ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XVIII - VOLUMEN **XVIII**

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDGCCGXXVI

Annus XVIII - Vol. XVIII 15 Ianuarii 1926 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PEOPKIO

DE NUMISMATE OPTIME MERENTIBUS DE EXPOSITIONE MISSIONARIA TRIBUENDO.

PIUS PP. XI

Singulari Dei benignitate contigit Nobis ut hunc sacrum Iubilaei annum - qui iam in exitu est - indiceremus; a quo quot quantaque spiritualia christifidelibus bona obvenerint et quam copiosi Nobismet laetitiae fructus parti sint vix attinet dicere. Atque in primis laetati sumus de illo novo egregioque opere, quod tam bene ac prospere cessit, ut exspectationem Nostram expleverit, nempe Expositionem Missionariam, in hisce Vaticanis Aedibus summo studio summaque diligentia apparatam, quam in Relligionis bonum atque incrementum et in ipsius hominum consortionis cultum atque profectum plurimum contulisse atque in posterum collaturam esse spem bonam habemus. Cuius tam mirae rei felix: laetusque eventus merito laudi tribuitur cum studiosis illis viris qui vicariatibus vel praefecturis apostolicis praesunt, tum supremis Ordinum, Congregationum ac Missionalium Institutorum Moderatoribus, tum denique iis qui in ordinandis tuendisque rebus, quae ibi propositae conspiciuntur, assidue elaboraverunt, qui omnes votis optatisque Nostris alacri animo sunt obsecuti. Quam ob rem decet omnino sollertem quam hi viri, hac in re, per huius anni decursum, collocarunt operam aliquo munere rependere, ut apud eos omnes tam fausti huius eventi grata perduret memoria et pater* nae Nostrae benevolentiae singulare maneat testimonium. Motu proprio igitur Nostro decernimus atque iubemus eos ipsos diplomate honoris atque argenteo nomismate donari atque honestari.

Cuius quidem nomismatis adversa pars nomen imaginemque Nostram ferat, in aversa vero id scriptum legatur: **DE • CHR • NOMINE • PROP AG • REBVS • IN • VATIC • EXPOSITIS • BENEMERENTI** • His autem omnibus, qui tali honore digni habiti sint, concedimus ut, sinistro pectoris latere dependens, idem nomisma gestare libere et licite queant. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die **III** mensis decembris, anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR TEMPLUM SANCTO DOMINICO, ORDINIS PRAEDICATORUM FUNDATORI SACRUM, IN CIVITATE SENENSI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Narrant historici iam inde ab anno **Mcoxx,** adhuc vivente divo Dominico, qui Senensem urbem invisit, illius Eeipublicae Eectores pro Dominici alumnis excipiendis coenobium erigendum decrevisse, pro eodem coenobio et continenti templo condendo familiam Malavolti aream munifice donasse anno **MCCXXV**, atque idibus decembribus anni **MCCXXVII** eiusdem Ordinis religiosos conventus ipsius possessionem iniisse. Compertum quidem est insignes sanctitate et doctrina viros conventum enunciatum habitasse, quos inter memorare iuvat Beatum Ambrosium Sansedonium, Bartholomaeum Dominici, Beatum Raymundum a Capua, nec non ibidem interdum diversatos fuisse Thomam Aquinatem, Ioannem Dominici ac Sanctum Antoninum. Sacra aedes adiecta coenobio, Deo dicata in honorem Divi Praedicatorum Ordinis Fundatoris Dominici, religiosum non minus quam civile monumentum habetur, et, structura decora atque insignibus artis operibus conspicua, inter sacras aedes potiores Senensis urbis atque Etruriae merito accensetur. In ea sacellum exstat vulgo ***delle volte*** nuncupatum, ubi Catharina Benincasa mirandis gavisa est visionibus et tertii Ordinis Dominiciani vestes induit; in ea quidem ecclesia, sacra supellectile abunde praedita, insignes Sanctorum relliquiae antiqua religione asservantur. Haec animo repetentes, ultro libenterque concedendum censuimus amplissimo suffragio dilecti filii Nostri Andreae S. B. E. Presb. Card. Prühwirth, ex Ordine Praedicatorum,

qui, Archiepiscopi populique Senensis vota exprimens, Nos enixe rogavit ut ecclesiam memoratam ad Basilicae minoris dignitatem evehere velimus. Collatis itaque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Euflnae, Sacrorum Eituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, templum Sancto Dominico Confessori et Ordinis Fratrum Praedicatorum Fundatori sacrum in civitate atque archidioecesi Senensi ad titulum Basilicae minoris cum privilegiis et honorificentiis adnexis evehimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vm mensis iulii anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD R. P. D. ANTONIUM BONAVENTURAM JEGrLlé, EPISCOPUM LABACENSEM: DE CONVENTU PRO STUDE03 RERUM ORIENTALIUM LABACI HABENDO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenti sane animo a dilecto filio Nostro Cardinali Ioanne Tacci, qui quidem Sacro Consilio praeest Orientalis Ecclesiae rebus provehendis, certiores facti sumus conventum propediem in ista honoris tui sede celebratum iri, quo viri coeant orientalium studiorum peritissimi, uti in praestante illo Velehradensi congressu, superiore anno habito a Nobisque dilaudato, peropportune statutum est. Constat enim et paucos esse homines ab orientalibus rebus omni numero instructos et ipsos per regiones dissitas dispersos; ita ut utilissimum sit eosdem saepius congredi (id est singulis saltem annis) non modo quo altius uberiusque ea omnia exponantur quae ad oecumenicam Ecclesiae unitatem pertineant, sed etiam quo efficacius rationes cognitae deliberationesque usquequaque evulgentur. Quapropter laetamur equidem quod doctores Instituti Nostri Orientalis de Urbe, una

eum aliis peritis viris, primum istum conventum pro orientalibus studiis participent, ut congregatis praecipua tradant orientalis theologiae capita no vosque excitent scientiae huius cultores; illud persuasum habentes, ex recta rerum cognitione aequam hominum aestimationem sinceramque benevolentiam efflorescere, quae, Christi caritati coniuncta, religiosae reconciliationi unitatique, quammaxime est, Dei munere, profutura.Ne cesses igitur, venerabilis frater, tam salutare coeptum urgere, una cum eis quos habes operis socios, imprimisque cum sollerti doctore Francisco Griveé, de his studiis tam bene merito. Nos vero, intercessoribus sanctis apud Deum interpositis Cyrillo et Methodio, regionum istarum apostolis, assistricem divini Spiritus sapientiam praecamur vobis vehementer; quorum caelestium donorum praenuntia caritatisque Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, iisque omnibus qui coetibus intererunt amantissime impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis iunii, in festo Apostolorum Principum, anno **MUMXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PEO VISIO ECCLESIA EUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

18 decembris 1925. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Hierapolitänae in Phrygia praefecit E. P. D. Ludovicum Couppé, hactenus Episcopum titularem Leriensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Acalyssensi, E. D. Aloisium Tardy, e Congregatione Spiritus Sancti, deputatum Vicarium Apostolicum de Gabon.

— Titulari episcopali Ecclesiae Centuriensi, E. D. Iosephum Perrachon, ex Instituto Taurinensi Missionariorum a *Consolata,* deputatum Vicarium Apostolicum de Kenia.

2 ianuarii 1926. — Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Gedanensi (Dantzig), E. P. D. Eduardum O' Eourke, hactenus Episcopum tit. Pergamensem et Administratorem Apostolicum eiusdem civitatis.

4 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Syenensi, E. P. D. Norbertum Klein, hactenus Episcopum Brunensem.

II

DESIGNATIONES

Ad normam respective can. 285 et can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Ordinarius Fluminensis, pro Concilio provinciali et pro appellationibus, designavit Patriarcham Venetiarum. Quam electionem Ssmus Dominus Noster, rescripto S. C. Consistorialis dato die 18 decembris 1925, approbavit.

Item Ordinarius Iadrensis, pro Concilio provinciali et pro appellationibus, eumdem Patriarcham Venetiarum designavit. Quam electionem Ssmus Dominus Noster, rescripto eiusdem Sacrae Congregationis dato die 11 ianuarii 1926, approbavit.

SACEA CONGREGATIO CONCILII

PANOEMITANA

CONDICIONIS CIVITATIS AD BENEFICIA

16 maii 1925

SPECTES FACTI. — Prouti fusius exponitur in Apostolica Constitutione *Sacri Apostolatus {ministerio* Clementis VIII, diei 15 octobris 1599 (ap. Rochum Pirro, *Notitia Ucci. Panormitano* f. 186),-Senatus Panormitanus, radicitus extirpare intendens abusus in administratione Sacramentorum saepe deploratos, consilium inivit iura stolae universim in urbis territorio abolendi, sive pro civibus, sive pro advenis, dotatis convenienter singulis paroeciis quas urbs illa tunc enumerabat; pro qua dotatione sibi reservari petierat ius praesentandi rectores idoneos « qui quidem esse debeant cives eiusdem urbis ». Hanc petitionem benigne excipiens E. P. praefata Constitutione, dotationem acceptavit et confirmavit, simulque eidem Senatui ius perpetuum concessit praesentandi «personas idoneas ex civibus dictae civitatis ad prae- « f atas ecclesias... ita quod iuspatronatus huiusmodi... omnibus privilegiis « gaudeat in omnibus et per omnia ac si ex fundatione et dotatione esset ». Verum, quoad ius patronatus - uti vocant - passivum, sic concessum favore civium civitatis Panormi, diuturna et gravis exstitit controversia, utrum illud coarctandum esjset ad cives *originarios,* seu indígenas, seu in ipsa urbe natos, ut quidam contendebant et contendunt; an extendendum ad cives *domiciliarios,* seu ad clericos qui, licet alienigenae, tamen cives ex domicilio effecti sint. De qua re, cum multa iam etiam publice in urbe et extra disceptaretur, ad certum consilium sequendum, Emus Archiepiscopus Panormitanus sententiam S. C. Concilii nuper rogavit, postulans responderi dubio: « Utrum verba *cives eiusdem civitatis* ad cives dumtaxat «originarios an ad cives quoscumque referenda sint in casu».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — Qui primam, restrictivam nempe, acceptionem verborum Bullae tuentur, arguunt in primis ex ipsa reduplicatione *cives... civitatis,* quasi diceret cives in civitate natos. Sic iam Marcus Serio, parochus S. Hippolyti, qui circa a. 1650 tractatum in Bullam edidit, scribebat: « optimo iure S. P. dixisse debere esse universos... cives eius- «dem civitatis, cum hac scilicet rêduplicatione ad excludendos cives « oriundos aut adoptatos per privilegia huius civitatis ». Arguunt quoque ex sententiis iuris consultorum Regni atque ex nonnullis Regum placitis

seu decretis, ex quibus liquet tunc temporis ut veros cives incolas seu domiciliarios non esse habitos: cum domicilium in tantum ad civitatem conferret, in quantum corroboraret titulos civitatis aliunde habitos, v. g. privilegium, matrimonium cum indigena. Sed potissimum provocant ad consuetudinem sive interpretativam sive praescriptivam. Nemo nimirum ambigit optimam legum interpretem consuetudinem esse, praesertim quae invaluerit tempore et loco quibus lex fuit introducta: iamvero, in casu, in comperto est scriptores qui proximiores Bullae Panormi scripsere, rigidiori interpretationi favere, ut Salerno *(Consiliorum sive responsorum iuris,* Panormi, 1640, t. I., p. 314), Muta *{Comment, in antiquiss. Panormi consuetudines,* ib., cire. 1600, in c. 21 ss.), Serio *(Tract, in Bull.,* n. 5), de quo supra; Mongitore, qui (in ms. ined. a. 1663, Eibl. Com. Panorm.) inquit: « In virtù di questa Bolla il Pontefice concesse al Senato il *ius «praesentandi* dei parroci all'Arcivescovo;... che siano gli eletti, citta« dini della città nati nella stessa, non per privilegio e origine ». Pariter in confesso est saltem inde a temporibus anno 1650 vicinioribus usque ad haec nostra, praxim restrictivam omnino invaluisse, imo gradatim extensam fuisse non modo ad omnes parochos, sed etiam ad cappellanos sacramentales, et ad ceteros beneficiatus cum cura vel sine ea. Quo posito, etiamsi primaevae concessionis verba ambigua fuissent vel etiam latiorem interpretationem ex se admitterent, quin immo exigèrent, iam liquet consuetudine praescriptiva contrarium firmatum, seu privilegium exclusivae adversus domiciliarios ab indigenis fuisse acquisitum. Nec illud in praesenti abrogari expedit, etiam quia hoc impedit ius tertio acquisitum, nempe Senatui Panormitano, qui ius huiusmodi patronatus passive tamquam consectarium integrativum iuris patronatus activi considerat, et ideo correspectivum factae dotationis habet; quamobrem sine illius consensu, nihil innovandum videtur.

Ex adverso autem haec afferuntur. In casu procul dubio agitur de privilegio iuri communi derogante: ergo in dubio interpretatio ita facienda est pro iure communi, ut hoc *ad minimum* laedatur: can. 58, 60 (cfr. Leuren., *Ius can.,* 1. V tit; 23, q. 444, n. 5). Iamvero in casu ius commune ad minimum laeditur, si simul cum civibus originariis saltem includantur cives domiciliarii: hoc igitur *in dubio* tenendum, id est, donec concedentis aut fundatoris voluntas, manifèsto aliud effugium non permittat. Cfr. S. E. Eota in Eoman., *Coli. benef.,* 10 maii et 14 aug. 1916, et apertius de Luca, *Mantiss.,* dec. 80,1.13, n. 16, 21, ad Vaden. 18 iun. 1705 advertens: «Qua« tenus verior opinio esset in oppositum, quod nempe sub nomine "illorum « de civitate „ non veniant tantum veri et naturales cives, sed etiam ficti « et tales effecti ex incolatu aut beneficio residentiale recedendum esset ab

«illa opinione *stante clara et manifesta Fundatoris voluntate in contrarium».* Sed ubinam, in Bulla clara et manifesta voluntas excludendi etiam domiciliarios? Colligi ea nequit ex verbis Bullae, quatenus *cives* denunciai: nam et domiciliarii, etsi *minus* veri et proprii cives, tamen cives *iure* vocantur, (cfr. v. g. Ferraris, *Bibl.* s. v. *Civilitas,* n. 42). Quod autem additur de *reduplicatione* « cives eiusdem civitatis », per merum et clarum aequivocum dicitur: nulla enim in casu reduplicatio formalis, de qua apud Ferraris, 1. c, n. 90, sed mere materialis, ad significandos nimirum « cives Panormi », civitatis nempe, seu urbis, de qua statim antea mentio occurrerat.

Quod vero attinet ad intentionem sive petentis sive concedentis, non modo ea ad interpretationem restrictivam non cogit, sed illam excludit. Satis est considerare, ex parte petentis, Senatus videlicet Panormitani, hanc concessionem illum petivisse veluti in correspectivum dotationis, quae profecto fiebat ex bonis civitatis universae seu ex contributionibus omnium utcumque civium, non modo indigenarum; et petivisse ad melius consulendum animarum bono, proborum nimirum pastorum delectu, qui non limitatione, at potius extensione candidatorum efficacius obtinebatur. Immo, si ex aliis supplicationibus ad similem effectum actis arguere licet, id videtur intendisse Senatum, cavere ne advenae pastores facilius residentiam desererent ac bona reditusque ecclesiarum extra urbem et regnum disperderent « perchè claramente se vede in lo regno predicto... l'introiti « et rendite di quelli (loci sacri) non si convertiri in reparatione et orna« mento de diete ecclesie, ma trasportarsi fora dello dicto regno, la qualcosa « procede per concedersi li beneficii a persone extere dello dicto regno: et « perchè stando absenti li loro prelati qui non pascunt gregem sed seipsos, « le cittadi proprio pastore carent », etc. (c. 34 suppl, ad Ferdin. II, a. 1509). Ad haec vero mala praecavenda oportebat advenas seu peregrinos, non autem cives domiciliarios excludere.

Concedentis demum intentio vel ex eo liquet quod privilegium, in casu, aegerrime prorsus adiudicatum fuit, post plures - saltem quinque - annos a supplicatione, cum refragaret in contrarium, ut videtur, ipse Archiepiscopus Panormitanus. Iamvero certum est strictius esse et interpretari debere privilegium in angustia veluti extortum quam quod motu proprio, vel saltem sponte concessum fuerit.

Ad consuetudinem quod demum pertinet, vel transmittendo factum, in casu negari ius potest. Factum ipsum quidem pluribus extenuatur: nam saltem aliqui scriptores ex adverso alligati possunt commode in contrarium exponi; nec defuere, praesertim recentiores, qui ius incolarum seu civium originariorum strenue tuerentur: unde Giampallari *(Dir. siculo, TL,* p. 43): « Su queste parole della Bolla " qui sint cives eiusdem civitatis „

« sono nate delle continue liti ». Iurisconsulti qui domiciliarios universim « videntur non habere ut cives, id referunt evidenter ad strictam verbi acceptionem, de qua illud Ouiacii notissimum: « Cives quidem origo, ma- « numissio, adiectio vel adoptio; incolas vero domicilium facit »; stylum autem Curiae Eegni clare manifestat Caroli V pragmatica, edita Bruxellis 12 mart. 1550, ubi decernitur termino « Eegnicolis oriundis » comprehendi vel cives privilegio civitatis ab Imperatore aut a Civitatibus donatos, vel qui feudos possiderent, vel qui domicilium a decennio in civitate foverent.

Consuetudo autem Senatus praesentandi solum originarios non modo quasdam de facto (licet paucas nec plene exploratas) exceptiones in casu recipit, sed frustra videtur alligari, cum agatur de facultativis: non enim Senatus tenebatur ad praesentandos domiciliarios, neque hi, praetermissi, reclamare potuerunt; ac praeterea falsam videtur habere causam, nimirum, praeter falsam intellectionem verborum Bullae, legem latam in populari seditione anni 1647 ubi inter alia, n. 29, decernebatur: « che tutti i *beneficiati* di questa città siano panormitani nativi », quae lex licet omnino, rebus restitutis, suppressa, tamen, ut fieri solet, de facto a Senatu servari coepit, ut studiis animorum in urbe, quae videbatur illa manifestare, obsequeretur.

Sed potissimum attendendum est num privilegium - per hypothesim - hac consuetudine praescriptiva acquisitum (c. 63, § 1), sustineri adhuc valeat. Certum enim est, ex can. 77 « cessare privilegium si, temporis pro- « gressu, adiuncta sic immutentur, iudicio Superioris, ut noxium evaserit ». De qua re, quamvis iudicium omne sit Superiori dimittendum, licet animadvertere, quod oculos ferit omnium, praesentes cleri conditiones, etiam Panormi, exigere ut restrictiones huiusmodi auferantur: temporibus enim quibus privilegium concedebatur seu requirebatur, ea civitas adeo affluebat clero, ut Ordinarius, anno 1703, futuras ordinationes edicto ita limitare debuerit ut nonnisi pro singulis centenis animarum novus sacerdos ordinaretur, cum iam pro singulis centenis quatuor aut quinque connumerarentur: hodie vero, inclusis religiosis, vix 600 habentur in tota dioecesi pro 550.000 incolis (cfr. *Annuario delle diocesi d'Italia,* 1924, p. 820) et plures parochi et sacerdotes diebus festis binare coguntur.

Ad rem autem conferri potest resolutio edita a Commissione Pont. pro Codicis interpretatione, 26 nov. 1922, *(A. A. S.,* XV, 128), quae si in littera agit de solis *canonicatibus,* tamen a fortiori mentem Ecclesiae manifestat circa paroecias, seu beneficia curata. Quare, etc.

EESOLUTIO. — In plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, die 16 maii 1925 habito in Palatio Apostolico Vaticano, Emi Patres, reformato dubio in hanc formulam: « Utrum verba *cives eiusdem civitatis* ad

« cives dumtaxat originarios referenda sint in casu », respondendum censuerunt: *Negative.*

Facta autem relatione SSmo Dno Nostro Pio PP. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, in audientia diei 2 iunii, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

f Iulius Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECLARATIO CIRCA NATURAM IURIDICAM CONGREGATIONIS SORORUM A MISERICORDIA (SISTERS OF MERCY).

Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae sequentia dubia, pro opportuna solutione, subiecta fuere:

I. An Congregatio Sororum a Misericordia, vulgo *Sisters of Mercy,* quae, iuxta earum Constitutiones, adprobatas sub die 6 iunii 1841 a Gregorio XVI per tramitem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, singulas domos separatas habent sub respectiva Episcopi iurisdictione atque auctoritate, censenda sit religio iuris pontificii vel iuris tantum dioecesani.

Et, quatenus affirmative ad primam partem et negative ad secundam:

II. An sint similiter iuris pontificii etiam plures illae Congregationes Sororum a Misericordia, quarum diversae domus variis in locis, cum apdrobatione Sanctae Sedis, sub uno gubernio centrali coaluerint.

Porro Sacra Congregatio, in congressu diei 7 novembris 1925, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II. *Affirmative.*

Facta autem de praemissis relatione Ssmo Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XI, in audientia habita ab Emo Card. Praefecto huius Sacrae Congregationis, die 24 novembris 1925, Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense et anno ut -supra.

C. **CARD. LATJRENTI,** *Praefectus.*

L. ✠ S.

Vincentius La Puma, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TUBIASONEK". SEU MAOTLBH". ET PASTOPQLITANA

INTRODUCTIONIS CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI EZECHIELIS MORENO DIAZ, ORDINIS EREMITARUM RECOLLECTORUM S. AUGUSTINI, EPISCOPI PASTOPOLITANI.

Àlphari, dioecesis Turiasonen. in Hispania, ex legitimis coniugibus Felice Moreno et losepha Diaz, pietate et censu conspicuis, ortum duxit Ezechiel Moreno Diaz, die decima aprilis anno 1848, eademque die ad sacrum fontem baptismate regeneratus est. Tertius e quinque fratribus, una cum his, studio et cura parentum, christianam et civilem institutionem accepit. Inde a tenera aetate, obediens, castus et pius inter aequales excelluit, eisque in exemplum praepositus. Duodecim annos agens in ecclesia Sancti Dominici, monasterio adnexa, munere aeditui a monialibus oblato, per octo circiter menses diligenter functus est, non minus de domus Dei decore sacraeque supellectilis nitore quam de sui et fidelium spirituali profectu sollicitus. Hoc tamen munus sponte dimisit, ut grammaticae latinae studio, quod inceperat, accuratius incumberet, simulque se disponeret ad statum religiosum et missionarium amplectendum, prouti signis et verbis saepe praenuntiaverat. Vertente anno 1861, frater eius germanus Eustachius vitam religiosam inter Eremitas Eecollectos Augustinianenses professus est, in sanctuario Beatae Mariae Virginis *del Camino* nuncupatae. Adstabat Ezechiel cum tota familia et illis sacris caeremoniis et devotissimae imaginis Mariae aspectu intime commotus se magis confirmatum sensit in sua vocatione religiosa. Attamen sanctum propositum nonnisi post aliquod tempus et difficultates superatas exsequi potuit. Mariae matris divinae gratiae patrocinio suffultus, die 21 septembris anno 1864 Ordinem Eremitarum Eecollectorum Sancti Augustini ingressus est et inter novitios adnumeratus. Adolescens bona indole, vitae innocentia et virtutum splendore praeditus, tyrocinium incepit et prosecutus est usque ad felicem exitum cum magno fervore. Eeli-

giosa professione emissa, maiore in virtute progressu, congruisque studiis philosophicis et theologicis valde bene absolutis, dignus est habitus, qui ad sacros Ordines per gradus ascenderei et ad altare Dei, minister et sacerdos Christi et Ecclesiae, immaculatam Hostiam divinae Maiestati offerret in gloriam Dei hominumque salutem. Sacerdotio insignitus die 3 iunii anni 1871, primum Sacrum litavit non minus caelesti lumine et voluptate perfusus quam seraphico amore et ardore inflammatus. A Superioribus caplanus militaris et missionarius in regionem *Paragua,* unam ex insulis Philippinis, missus, apostolicam operam suscepit tam pro fidelibus sibi commissis quam pro Infidelibus evangelica veritate imbuendis sed paulo post, gravi morbo vexatus, illam missionem interrumpere et Manilam redire coactus est. Eecuperata valetudine, suum Provincialem in regimine adiuvat donec, in aetate vigintiquinque annorum, a Superioribus Vicarius Provincialis insulae *Mondoño* nominatur et ab Archiepiscopo Manilensi etiam parochus et vicarius foraneus. Hisce officiis bene exercitis, eius opere ac studio plures missiones in ipsa insula institutae sunt quae adhuc florescunt. Postquam per quindecim annos in Insulis Philippinis Dei Famulus commoratus fuerit, mense maio anni 1885 a Capitulo Provinciali Manilae coadunato, Collegio primario Ordinis in *Monteagudo,* Turiasonensis dioecesis in Hispania, rector praepositus est: in quo Collegio etiam domus novitiatus constituta manet. Pater Ezechiel, bonus rector, orationi et choro assiduus, intra et extra domum concionator evangelicus, religiosos et laicos doctrina et unctione usque ad lacrymas commovebat. Anno 1888 Provincia Beatae Mariae Virginis de Candelaria subiicitur Commissario Apostolico Eecollectorum Sancti Augustini et Provincialis eligitur ipse Dei Famulus, qui ab ipso Commissario instructionibus amplisque facultatibus munitus et benedictione Nuntii Apostolici Di Pietro recreatus, una cum patribus missionariis in illam missionem profiscicitur, mense augusto in finem vergente. Plenus fide, caritate et fiducia in Deum, totum se tradidit officiis suis tam regiminis quam ministerii, in bonum proximi cuiusque aetatis, sexus et conditionis, dirigendo quoque moniales ex tribus monasteriis et centum alumnas Collegii Sacri Cordis Iesu, praeter multiplices functiones celebratas in propria ecclesia. Accedit quod Dei Famulus, assentiente Episcopo Ordinario loci, missionem instituit pro Indis *GuoMvos* et *Salivas* in pago *Orocué* dicto. Missio autem *Casanare* eius opere effecta est caput et centrum quinque missionum, nempe *Tamara, Arauca, Orocué, Tagaste o SanJuanito* et *Ghameza,* regente ac praeside Vicario Apostolico et adiutoribus tredecim religiosis. Vicarius autem Apostolicus a Superioribus designatus fuit idem P. Ezechiel, qui, licet reluctans, iubente tamen E\mo Commissario Apostolico, novi muneris onus et honorem inclinato capite assumpsit.

Deinde per Breve Apostolicum Leonis Papae XIII, fel. rec, electus Episcopus titulo Pinaren., ab Archiepiscopo Bogotensi Dño Herrera consecratur die 1 maii anni 1894, adstantibus patrinis Vicepraeside Reipublicae Dno Caro et Delegato Apostolico Praesule Sabatucci. Bonus Pastor cum suis missionariis terram illam aridam et sterilem ita excoluit, ut in bonam et frugiferam conversa sit, eiusque incolae, accepto evangelico semine et in odorem sua vitatis germinante, fructum bonorum operum copiose dederunt. Sed quod Christus discipulis suis praedixerat: « Si me persecuti sunt, et vos persequentur », accidit in tota Columbiae regione, ubi pravi homines et impii, nec legitimae potestati civili nec Ecclesiae catholicae pepercerunt, insectando missionarios ipsumque Praesulem, qui, non obstante civili insurrectione Missionem illam sacra visitatione perlustrare perrexit, donec ab impiis conquisitus, ad sedem *Cámara* reversus est; sua iura tamen et officium vindicare non timuit nec destitit. Mox Summus Pontifex, cognitis apostolicis qualitatibus et virtutibus Servi Dei, eum ad sedem episcopalem Pastopolitanam regendam translato titulo, in Columbiae regione meridionali sitam, misit, cuius incolae et subditi, sincere et aperte fidem catholicam profitentes, Ezechielem Episcopum amanter et solemniter exceperunt. In pastorali officio non paucas a *liberalismi* sectatoribus passus est vexationes, adiutus tamen et consolatus, in Ecclesiae catholicae et Romani Pontificis magisterio, libertate et iuribus tuendis, a potenti et benefica manu Dei atque ab opera et fidelitate suorum filiorum et amicorum. Nec praeteriri potest quod sanctus Praesul praestiterit ad gregem suum custodiendum incolumen contra insidias, minas et vires *liberalismi* et, exorto bello trium annorum, ad pacem restituendam atque ad viduas, infirmos et indigentes sua caritate ac industria sublevandos. In tot tantisque angustiis hic Praesul et athleta aliquando conturbatus Summum Pontificem adiit et semel iterumque rogavit, fortasse memor sententiae Ionae prophetae in procella et tempestate maris, ut benigne exciperet suam renunciationem sedi episcopali, per quam ipse, onere et honore deposito, redire posset ad antiquam et dilectam suam cellam, in praeparationem bonae mortis et subsequentis boni iudicii. Tunc audivit a Christi Vicario et veritatis magistro: *Tornate a Pasto, giacche di tali Vescovi abbisogna il mondo.* Huic expressae voluntati ac praecepto Ezechiel, humilis filius, se omnino conformavit, et, benedictione Apostolica exilaratus, episcopales labores non recusavit, imo adauxit usque ad mortem, probe sciens servum bonum et fidelem ad supremum iudicium et aeternam vitam eius opera secutura. Tandem bonus Pastor, multis iniuriis et aerumnis agitatus magnisque laboribus fractus in arduo ministerio, et gravi morbo in gutture afflictus, medicorum et amicorum consilio ad ipsius morbi curationem, in Turiaso-

nensem dioecesim reversus est. Illic incurabili morbo ingravescente, patientissime et fortiter tolerato, postquam, Sacramentis Ecclesiae refectus et Apostolica benedictione Pii Papae decimi recreatus ferventesque preces iaculatorias pronuntians in sacratissimum Cor Iesu et in Deiparam Virginem Mariam *del Camino* Matrem suam et patronam Collegii *de Monteagudo* (Navarra), Fidei catholicae professionem emiserit, virtutibus et meritis clarus obdormivit in Domino die 19 augusti anni 1906. Solemni funere celebrato cum ingenti cleri et populi concursu et pietate, exuviae Servi Dei singulari loco a fratribus conditae sunt in sacello Beatae Mariae Virginis de Consolatione. Interim fama sanctitatis huius Praesulis in vita et post obitum ita constanter invaluit, ut super' ea Inquisitiones Ordinaria auctoritate confectae sint in ecclesiasticis curiis Turiasonensi, Manilensi, Bogotensi et Pastopolitana, una cum tribus Processibus Eogatorialibus in dioecesibus Matritensi, Pampilonensi et Seguntina circa Inquisitionem Turiasonensem, et vita Servi Dei Ezechielis Moreno Diaz, ab Episcopo Seguntino Toribio Minguella conscripta typis edita et sacro Tribunali Turiasonensi exhibita in sui testimonii complementum. Hisce actis processualibus absolutis et ad sacram rituum Congregationem transmissis, servato iuris ordine atque instante E. P. Daniele Delgado, Ordinis Eremitarum EecoHectorum Sancti Augustini et huius Causae postulatore, fervida quoque vota sui Emi Prioris Generalis et universi Ordinis depromente, attentis quoque litteris postulatoriis E.morum Cardinalium et Archiepiscoporum Burgensis et Caesaraugustana ac E.morum Archiepiscoporum et Episcoporum Eeipublicae Columbianae et Eegni Hispaniae, necnon epistola Praesidis, Moderatorum ac Primorum eiusdem Eeipublicae Columbianae, rogantibus etiam archipresbytero, clero, 'moderatoribus civilibus, monialibus et sororibus religiosis loci Alphari, Emus ac Emus D.nus Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Eufinae, eiusdem Causae Ponens seu Postulator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium ad discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et E.mi ac E.mi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius E.mi Ponentis, audito voce et scripto E. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 novembris 1925.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem sacrae Eituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Eescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis

Causae Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ezechielis Moreno Diaz Ordinis Eremitarum Recollectorum Sancti Augustini, Episcopi Pastopolitani, die 25 eisdem mense et anno.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. @ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

VICEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE CLARET, ARCHIEPISCOPI S. IACOBI DE CUBA, DEINDE TRAIANOPOLITANI, FUNDATORIS CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULA TI CORDIS B. MARIAE VIRGINIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum: nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur'f

Gratum sane et maxime acceptum Servatori generis humani opus est lucrari animas fratrum, et satagere ut beneficium redemptionis quam pluribus proficiat. *Tanto enim studio* (ait **S.** Ioannes Chrysostomus), *tantaque cura Deus dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo pepereerit* (Homil. 60 in cap. 18 Matth.). In hoc porro sanctissimo negotio, quod tamquam munus caelitus sibi traditum suscepit, Ven. Servus Dei Antonius Maria daret adeo insudavit et excelluit, ut nedum optimi pastoris laudem sibi iure vindicaverit, sed et mirabilia ipsum fecisse in vita sua praedicare fas sit.

Adolescens, vix patris sui placitum assequi valuit, Vicense Seminarium ingreditur, in eoque decem commoratus est annis, sedulam impendens operam philosophicis ac theologicis disciplinis. Quibus egregie imbutus, et sacerdotio initiatus, suo in natali oppido sacri ministerii partes obire suscepit; sed vehementi quo fiagrabat animarum lucrandarum studio ad romanum aggrediendum iter impulsus est, ut facilius impetraret, se tamquam fidei praeconem ad barbaras gentes mitti. Inter Societatis Iesu tyrones adscitus, singularem animi fervorem praetulit; sed paucos post menses, morbo implicitus, in patriam reverti coactus est. Tunc ad pagum *Viladrau*

est missus, ut adiutricem operam senescenti curioni praestaret; eoque in loco ipsi datum est sacrarum missionum initium facere, quibus paulo deinceps se totum devovit, universamque pene Catalauniam lustravit, opimis conversionum manipulis ubique collectis. Ad insulas quoque Canarias appulit, ubi non paucos nactus est admiratores. Nullum umquam insectationum genus eius zelum remorari valuit. Interim ipse tempus advenisse censuit sodalitatem ecclesiasticorum virorum instituendi, qui sacris obeundis missionibus sese omnino manciparent. Eius incunabula Vicensi in civitate posuit, atque, tamquam filiam a se genitam, omni ope fovere omnique studio eam complecti contendens, eamdem late florentem, et laetos ubique fructus germinantem conspexit.

Ad Cubanam insulam missus, ut archiepiscopalem S. Iacobi sedem gubernaret, mirum est quanta tulerit et gesserit in apostolico obeundo munere, quas pugnas sustinuerit, quot palmas collegerit, quot animas Christo lucrifecerit, quam eximie de catholica religione promeritus sit. Etsi tempora et loca christianae virtuti valde infensa forent, Venerabilis Antistes numquam a laboribus quiescebat, intentatum nihil relinquens, ut perditarum morum mutationem induceret. Neque terreri est passus, quum impiorum coniuratione ferro sauciatus fuit; sed veniam inimicis benigne est largitus, simulque palam declaravit ad sanguinem suum totum pro fidei veritate effundendum se fore paratissimum.

Sexennio in Cubana insula exacto, Matritum petiit ab Hispaniae Eegina Elisabetha II accersitus, quae in sui spiritus moderatorem eum selegerat. Quo in munere Dei Famulus ita caute et prudenter se gessit, ut aulae regiae cuncta vitare discrimina valuerit, suique officii definitos limites numquam sit praetergressus, et quin interea a missionalibus obeundis muneribus cessaverit; imo libros plures edere perrexit, quibus populum fidei veritates edoeuit, pietatisque studium maximopere fovit. Sexagesimum iam expleverat aetatis annum, quum almam in Urbem se iterum contulit, arrepta Concilii Vaticani, quod tunc habebatur, occasione; sed apoplexiáe accessu correptus Galliam repetiit, atque in coenobium S. Mariae de Monte Frigido, intra Carcassonensis dioecesis fines, secessit; in eoque, die 24 octobris mensis, anno 1870, e vita migravit, omnibus Ecclesiae solatiis refectus, ac praeclara relinquens virtutum omnium exempla.

Ubi primum meliora tempora visa sunt, Ven. Servi Dei corpus Vicensem in urbem dalatum est, et iudiciales super eius virtutum et sanctitatis fama adornatae sunt inquisitiones; quibus rite excussis, Apostolica Sedes hanc causam benigne esse suscipiendam censuit. Ceteris subinde ad iuris normam religiose exactis, quadruplex de heroicis virtutibus habita est actio. Primo nempe de iisdem disceptatum est in Congregatione Antepraeparato-

ria; secundo ac tertio in duobus Praeparatoriis Comitiis; quarto denique in generali Coetu coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacto, die 9 decembris nuper elapsi anni. In quo cum Eeverendissimus Cardinalis Antonius Vico, causae Relator, ad discutiendum proposuisset dubium: *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Claret, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?* omnes, qui aderant, tum Reverendissimi Patres Cardinales, tum Patres Consultores suas ex ordine protulere sententias. Sed Sanctissimus Dominus noster mentem suam aperire distulit, et interim admonuit sufiragatores ut secum funderent preces ad impetrandum a divina Sapientia lumen et consilium,

Quum autem sententiam suam decretoriam patefacere statuisset, hodiernam designavit diem, qua Sapientes Deum Puerum adoratum, stella duce, perrexerunt; ideoque, sacris devotissime operatus, arcessiri mandavit ad Vaticanas Aedes Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una simul cum R. P. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis, eisque praesentibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Claret, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris, fieri, et in acta sacrorum rituum Congregationis referri iussit, octavo idus ianuarias anno **MDCCCCXXVI.**

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

III

POPAYANEK".

DUBIA

Maximilianus Crespo, Archiepiscopus Popayanensis, a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem reverenter expostulavit; nimirum:

I. Summus Pontifex Pius X sa. me., die 18 man 1907, indulgentias christifidelibus concessit qui devote sacram Hostiam adspexerint cum in

Missae sacrificio elevatur, additis in ipsa oculorum elevatione verbis « Dominus meus et Deus meus! » Hinc quaeritur:

1. An fideles Missae adstantes, in sacrae Hostiae elevatione, clara, et elata voce verba «Dominus meus et Deus meus!» proferre possint? An etiam ad Calicis elevationem?

2. An ipse celebrans idem agere valeat, submissa tamen voce?

II. Ex Decreto Sacrae Rituum Congregationis, diei 29 aprilis 1922, Missae sanctorum duodecim Apostolorum habent Evangelia stricte propria. Cum vero Sanctus Paulus inter duodecim Apostolos non recenseatur sed, ut ait Sanctus Beda Venerabilis, sit tertius decimus Apostolus, quaeritur:

An Evangelia quae leguntur in Missis de festis Conversionis et Commemorationis S. Pauli Apostoli, diebus 25 ianuarii et 30 iunii, sint stricte propria?

III. Si accidat ut aliquod festum duplex maius vel minus aut semiduplex a festo duplici primae classis impeditum commemoretur tantum ad Laudes, debetne omitti ad Matutinum nona Lectio historica vel stricte propria de festo impedito?

IV. Sacerdos Feria quarta Cinerum Missam lectam celebraturus in oratoriis semi-publicis, potestne ante Missam benedicere cineres sine cantu eosque omnibus petentibus distribuere?

V. Ex canone 1100 Codicis iuris canonici, extra casum necessitatis, in Matrimonii celebratione servandi sunt ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut laudabilibus consuetudinibus receptis. Hinc quaeritur:

1. An in his regionibus Manuale Toletanum, quod passim in celebrando Matrimonio atque in administratione Ssmi Viatici et Extremae Unctionis adhibetur, sit praeceptivum?

2. Et, in casu affirmativo, an Ordinarii locorum eius usui semel pro semper renuntiare valeant, ut eius loco Rituale Romanum dehinc ab omnibus adhibeatur?

VI. Attenta declaratione Sacrae Poenitentiariae Apostolicae (Sectio de Indulgentiis), diei 21 iulii 1919, inspectis etiam Decretis Sacrae Rituum Congregationis, diei 15 octobris 1920 et 10 novembris 1921, de ratione cantandi Litanias Lauretanas, quaeritur:

An in Litaniarum recitatione absque cantu iterari liceat priores invocationes hoc modo: T. *Kyrie, eleison. 1$. Kyrie, eleison. - Y- Christe, eleison. 1$. Christe, eleison.-y. Kyrie, eleison.* 1$. *Kyrie, eleison?*

VIL Sorores cuiusdam Instituti, ex perantiqua consuetudine, quoties aliqua Soror e vita decedit, huius defunctae cadaver in lignea capsa, *albo* panno undequaque obvoluta, vel *albo* colore ex omni parte picta, in signum virginitátis, recondunt; quae capsa postea, pro Officio et Missa

defunctorum, in medio oratorio Communitatis deponitur, sed undique variis *albi* coloris ornamentis circumsepta. Hinc quaeritur:

An talis perantiqua consuetudo tolerari possit?

VIII. Pluribus in locis, Deo favente, instituta est consociatio Sociarum Sacratissimo. Cordis Iesu, quae in prima cuiuslibet mensis Feria sexta peculiaria pietatis exercitia in honorem Divini Cordis peragere et sacram Communionem recipere student; et tunc celebratur Missa votiva de Sacratissimo Corde Iesu iuxta Decretum generale Sacrae Rituum Congregationis, n. 3712, diei 28 iunii 1889. Cum vero huiusmodi Sociae, ruri praesertim, ab ecclesia paroeciali valde disteni, et ob pauperem earum conditionem laboribus ad vitam sustentandam necessariis incumbere debeant, ac proinde sine gravi incommodo ecclesiam in Feria sexta adire nequeant, quaeritur:

An in hisce casibus Missa votiva de Sacratissimo Corde Iesu, a memorato Decreto indulta, in prima mensis Dominica celebrari possit, cauto tamen ut una saltem Missa dicatur de Officio diei?

Sacra autem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, praepositis quaestionibus accurate perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem, *negative in omnibus,* ad mentem Caeremonialis Episcoporum, lib. II, cap. VIII, n. 70, et Decreti generalis n. 3827, ad III, diei 22 maii 1894.

Quoad secundam partem, *negative,* iuxta canonem 818 Codicis iuris canonici et Rubricas Missalis Romani.

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Affirmative,* ex gratia, iuxta Memoriale Rituum, iussu Benedicti Papae XIII editum.

Ad V. Expedire ut adhibeatur Rituale Romanum, iuxta Decreta n. 3654, *Carthaginien.,* 16 februarii 1886, et n. 3792 ad IX, *Strigonien.,* 30 augusti 1892.

Ad VI. *Affirmative.*

Ad VII. Serventur Rubricae ac Decreta n. 3035 ad XI, *Briocen.,* 21 iulii 1855, et n. 4165 ad V, *Dubiorum,* 4 augusti 1905.

Ad VIII. *Negative.*

Atque ita rescripsit ac declaravit die 6 novembris 1925.

£8 A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L . © S .

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM

CIRCA CORONAS EX VITRO CONFECTAS

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequens dubium pro opportuna solutione exhibitum fuit:

Sacra Congregatio Indulgentiarum, die 29 februarii 1820, ad 2, expresse declaravit, Coronas Indulgentiis ditari posse etsi ex vitro seu chrystallo confectas, *dummodo globuli sint ex vitro solido atque compacto.*

At in Monito n. 1, praeposito authentico elencho Indulgentiarum Apostolicarum, edito die 17 februarii 1922, ita legitur: « Ees aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis, sunt « tantummodo Coronae, Eosaria, Cruces, Crucifixi, parvae Statuae, Numi- « smata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro aliave simili materia, « quae facile confringi vel consumi possit». Hinc quaeritur:

Num id, quod in allato Monito ita in genere et simpliciter statuitur de Coronis, quae sunt ex vitro, intelligi debeat ad tramitem praedictae declarationis Sacrae Congregationis Indulgentiarum, f

Et Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 24 novembris 1925, respondit: *Affirmative.*

Pacta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Papae XI, ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore, in Audientia diei 18 decembris 1925, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Poenitentiariae benigne approbavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Eomae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 21 decembris 1925.

Fr. **ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH**, *Poenit. Maior.*

L . . © S .

S. Fagiolo, *S. P. Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE BEL CONCILIO

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione dei Concilio avrà luogo un concorso per un posto di scrittore.

I sacerdoti che non hanno' oltrepassato il 35° anno di età e desiderano di prendervi parte, dovranno presentare alla Segreteria della detta Sacra Congregazione, entro il 15 del prossimo febbraio, la domanda corredata dal *nulla osta* del rispettivo Ordinario e del Vicariato di Roma, insieme ad altri documenti che crederanno necessario ed opportuno di esibire.

II concorso consisterà in una prova scritta e verserà su temi riguardanti la materia di competenza della Sacra Congregazione con speciale riferimento alle disposizioni canoniche per l'insegnamento del catechismo e per l'istruzione religiosa nelle scuole. La prova avrà luogo presso la Segreteria della Sacra Congregazione il giorno 25 febbraio del corrente anno.

Dalla Segreteria ü 14 gennaio 1926.

t Giulio, Vesc. tit. di Lampsaco, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1926

1. - *5 gennaio.* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini.
2. - *12* » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet.
3. - *19* » Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Ven. Servi di Dio Emanuele Ruiz e Compagni.
4. - *26* » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret.
5. - 9 *febbraio.* Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Ven. Servi di Dio Giacomo Sales e Guglielmo Saltomochio.
6. - *23* » Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Abba Ghebre Michele.

7. — *2 marzo.* Congregazione Generale sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini.
8. - 9 » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Bartolomea Capitanio.
9. - *16* » Congregazione Generale sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Giovanni Maria De Lau e Compagni.
10. - *23* » Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Ven. Servi di Dio Giacomo Sales e Guglielmo Saltomochio.
11. - *13 aprile.* Congregazione Generale sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet.
12. - *20* » Congregazione Generale sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Emanuele Euiz e Compagni.
13.-27 » Congregazione Generale sopra il martirio, segni o miracoli del Ven. Servo di Dio Abba Ghebre Michele.
14. - *4 maggio* Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Natale Pinot.
15. *-11* *y>* Congregazione Generale sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Giacomo Sales e Guglielmo Saltomochio.
16. - *18* » Congregazione Generale sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Bartolomea Capitanio.
17. - 1 » Congregazione Generale sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret.
18. - *8 giugno* Congregazione Generale sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Natale Pinot.
19. - *22* » Congregazione Ordinaria Particolare.
20. - *13 luglio* Congregazione Ordinaria.
21. - *20* » Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Bosco.
22. - *3 agosto.* Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Alice Le Clerc.
23. - *26 ottobre.* Congregazione Antipreparatoria sopra, le virtù della Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa.
24. - *16 novembre.* Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Battista Trona.
25; *-23* » Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Maria Dufrost de Lajmmerais, ved. Youville.
26. - *30* » Congregazione Ordinaria.
27. - *7 dicembre.* Congregazione Generale.
28. - *14* » Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Vincenzo Pallotti.
29. - *21* » Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti.

Mercoledì 9 dicembre, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Prelati e Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa del Ven. Antonio M. Claret, Arcivescovo di S. Giacomo di Cuba, fondatore dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuor di Maria.

Martedì 5 gennaio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Eevmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra tre miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie Filippini, come dal suo cognome.

Martedì 12 gennaio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, coli' intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori teologi, componenti la Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, volgarmente dette Suore di S. Andrea.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

24 dicembre 192S. Monsig. Angelo Mariani, *Segretario della Sacra Congregazione dei Ititi.*

» » » Monsig. Carlo Salotti, *Promotore Generale della Fede.*

» » » Monsig. Giovanni Batt. Romagnoli, *Assessore e Sotto-Promotore Generale della Fede.*

31 » » Il Revmo P. M. Domenico Tavani, ex Ministro Generale dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

8 gennaio 1926. Il Revmo P. Giuseppe Tosto, dei Chierici Regolari della Madre di Dio, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

11 » » Monsig. Gian Domenico Pini, *Assistente Ecclesiastico dell'Opera dei Congressi della Gioventù Cattòlica Internazionale.*

12 » » Il Revmo P. Lazzaro da Arbonne, dei Minori Cappuccini, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

18 settembre .202-5. L'Emo Sig. Card. Camillo Lamenti, *Protettore delle Suore della Congregazione di S. Maria a Parigi.*
21 ottobre » L'Emo Sig. Card. Francesco Bagonesi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Figlie di Maria* (Barcellona).
28 novembre » L'Emo Sig. Card. Francesco Bagonesi, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Immacolata Concezione* (Madrid).
1 dicembre » L'Emo Sig. Card. Pietro Gasparri, *Protettore delle Suore Scolari di San Francesco* (Milwaukee).
10 » » Monsig. Clemente Micara, Arcivescovo titolare di Apamea, Nunzio Apostolico in Belgio, *Delegato Straordinario e Commissario speciale per presentare la Posa d'Oro a Sua Maestà la Regina Elisabetta del Belgio.*
14 » » Monsig. Valerio Valeri, *Ablegato Apostolico per la presentazione della Berretta Cardinalizia a Monsig. Bonaventura Cerretti, Arcivescovo titolare di Corinto, Nunzio Apostolico in Francia.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

23 novembre 1925. Monsig. Leopoldo Euiz y Flores, Arcivescovo di Michoacan.
7 dicembre » Monsig. Martino Trischler y Cordova, Arcivescovo di Yucatán (Menda).
18 » » Monsig. Giacomo Klunder, Vescovo titolare di Selimbria.

Protonotari Apostolici ad instar participantium-

9 luglio 1925. Monsig. Zemrino Marois, dell'archidiocesi di Regina (Canada)
17 settembre » Monsig. Vincenzo Blazewicz, della diocesi di Sejny.
6 novembre » Monsig. Bernardo S. Conaty, della diocesi di Springfield.
21 » » Monsig. Vincenzo Legé, della diocesi di Tortona.
25 » » Monsig. Daniele A. Hanly, della diocesi di Seattle.
30 » » Monsig. Cesare Bobbi, della diocesi di Bobbio.
9 dicembre » Monsig. Geremia S. Buckley della diocesi di Manchester.
22 « » Monsig. Giuseppe Nathan, dell'archidiocesi di Olmütz.

Prelati domestici di S. S.

12 settembre 1925. Monsig. Pompeo Camisa, della diocesi di Parma.
» » » Monsig. Enrico Grassi, della medesima diocesi.
17 Monsig. Giuseppe Zlotkowski, della diocesi di Sejny.
Monsig. Vincenzo Bogacki, della medesima diocesi.
20 ottobre Monsig. Carlo Proulx, della diocesi di Mont Laurier (Canada).
» » Monsig. Edoardo Trinquier, della medesima diocesi.
26 Monsig. Antonio Sandirocco, dell'abbazia *nullius* di Montecassino.
27 » » Monsig. Pietro Giulietti, della diocesi di Orvieto.
» » » Monsig. Antonio Dianzani, della diocesi di Grosseto.
4novembre » Monsig. Alfonso Desrochers, della diocesi di Springfield.
» » » Monsig. Giovanni F. Fagan, della medesima diocesi.

4 novembre 1925. Monsig. Giovanni F. Tonlin, della diocesi di Springfield.
» » » Monsig. Giovanni T. Sheehan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Patrizio Phelan, della medesima diocesi.
9 » » Monsig. Giuseppe Hossu, dell'archidiocesi di Alba Giulia e Fagáras.
» » » Monsig. Ambrogio Chetianu, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Giuseppe Iannotta, dell'archidiocesi di Capua.
26 » » Monsig. Vincenzo Marucco, della diocesi di Novara.
» » » Monsig. Guglielmo Reyna, dell'archidiocesi di Torino.
30 » » Monsig. Teodoro M. Ryan, della diocesi di Seattle.
» » » Monsig. Guglielmo J. Noonan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo J. Stafford, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gustavo Achtergael, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Sweens, della medesima diocesi.
1 dicembre » Monsig. Gaudenzio Bisetti, della diocesi di Bobbio.
3 » » Monsig. Giacomo Sehiavon, della diocesi di Treviso.
» » » " Monsig. Giovanni Icart, della diocesi di Barcellona.
» » » Monsig. Raffaele Aita, della diocesi di San Marco e Bisignano.
9 » » Monsig. Cornelio Arnoldo de Gruyter, della diocesi di Harlem.
» » » Monsig. Ugo Cameron, della diocesi di Argyll.
» » » Monsig. Innocenzo Ryan, dell'archidiocesi di Cashel.
» » » Monsig. Gerardo Cotter, della medesima archidiocesi.
10 » » Monsig. Tommaso I. Ernesto Devoy, della diocesi di Manchester.
» » » Monsig. Raffaele Alvarez, dell'archidiocesi di Guatemala.
15 » » Monsig. Enrico Norman, dell'archidiocesi di Agra.
16 » » Monsig. Luigi Drago (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si **è** degnato di conferire:

Za Commenda dell'Ordine Piano:

8 dicembre 1925. Al sig. Zenone Frydrychowicz, dell'a-rchidiocesi di Gnesna e Posnania.

TI Cavalierato dell'Ordine Piano :

18 dicembre 1925. Al sig. Gustavo Kund, della diocesi di Vesprimia.

- *La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

19 dicembre 1925. Al sig. conte Renato Przezdziecki (Polonia).

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 gennaio 1925. Al sig. Niccolò Martelli, dell'archidiocesi di Firenze.

La Commenda dell'Ordine di 8an Gregorio Magno, elasse civile:

30 giugno 1925. Al sig. dott. Carlo Duba, della diocesi di Langres.
25 agosto » Al sig. Enrico Wijs, della diocesi di Harlem.
6 novembre » Al sig. Vincenzo Loidi Zulaica, della diocesi di Vittoria.
» » Al sig. giudice Giacomo B. Carrol, della diocesi di Springfield.
» » Al sig. dott. Michele J. Fallón, della medesima diocesi.
7 » » Al sig. Patrizio Agostino Heney, della diocesi di Seattle.
» » » Al sig. William Pigott, della medesima diocesi.
12 » Al sig. Giovanni Battista Tomegno, dell'archici, di Milano.
» » Al sig. Alfredo Taillade, della diocesi di Perpignano.
24 » Al sig. Lodovico Candido Desiderato Cardon, della diocesi di Lilla.
28 » Al sig. Antonino Caruso, dell'arehidiocesi di Siracusa.
3 dicembre » Al sig. prof. Giuseppe Okinczyc, dell'arehidiocesi di Parigi.
10 » Al sig. ing. prof. Crescentino Caselli, della diocesi di Casale Monferrato.
19 » Al sig. Eliodoro Sztark (Polonia).
» » Al sig. avv. Erberto Kelly, della diocesi di Shrewsbury.

Il Cavalierato dell'ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

20 aprile 1925. Al sig. Sigismondo Herz Lukanski, dell'arehidiocesi di Varsavia.
7 novembre » Al sig. Pietro Douìcet, Attaché all'ambasciata di Francia presso la S. S.
20 » » Al sig. dott. Ferruccio Ferrerò, dell'arehidiocesi di Torino.
24 » » Al sig. Pietro Plinio Sabel, dell'arehidiocesi di Torino.
» » » Al sig. not. Alberto Mabille de Poncheville, della diocesi di Lilla.
28 » » Al sig. dott. Maurizio Wibo, dell'arehidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Ermanno Tapke, dell'arehidiocesi di New York.
30 » » Al sig. Giuseppe Mazzoni, della diocesi di Sant'Agata dei Goti.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Bapa :

29 luglio 1925 Al sig. Filippo Rinaldini (Boma).
11 dicembre » Al sig. dott. cav. Vincenzo Petacci (Roma).
lôfdicembre » Al sig. prof. Francesco Zielinski, dell'arehidiocesi di VI adislavi a.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa :

26 novembre 1925. Al sig. Giovanni Spagnuolo (Gerusalemme).
3 dicembre » Al sig. Alberto Geiger, dell'arehidiocesi di Friburgo.
» » » Al sig. Enrico Prinzenberg, dell'arehidiocesi *ài* Colonia.
11 » » Al sig. Giuliano Niccoli (Roma).
16 » » Al sig. Giuseppe Cornelis, della diocesi di Gand.
16 » » Al sig. maestro Francesco Mannelli (Roma).
23 » » Al sig. dott. Carlo Wimmer, della diocesi di Spira.'

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri -Segreti Soprannumerari di Sua Santità:

23	*novembre*	*1925.*	Monsig. Enrico Donat, della diocesi di Litomërïce.
24	»	»	Monsig. Vitaliano J. Berroa, della diocesi di Huannco.
»	»	»	Monsig. Luigi Ortega, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. E. Isacco Llerena, della medesima diocesi.
27	»	»	Monsig. Carlo Muzio, della diocesi di Bobbio.
»	»	»	Monsig. Vincenzo Tassi, della medesima diocesi.
28	»	»	Monsig. Sebastiano Siciliano, della diocesi di Nola.
»	»	»	Monsig. Ignazio Dematteis, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Monsig. Michele Peretti, della medesima archidiocesi.
»		»	Monsig. Vincenzo Musso, della medesima archidiocesi.
10	*dicembre*	»	Monsig. Stefano Woznicki, della diocesi di Detroit.
11	»	»	Monsig. Zama Zamboni, dell'archidiocesi di Ravenna.
»	»	»	Monsig. Francesco Potenza, della diocesi di Nardo.
12		»	Monsig. Giovanni Volf, della diocesi di Budweis.
	»	»	Monsig. Adalberto Traxler, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Ferdinando Kadlacëk, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Domenico Brunner, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Pedro Esmeraldo da Silva, della diocesi di Crato.
»	»	»	Monsig. Francesco Sylvano de Souza, della medesima diocesi.
15	»	»	Monsig. Francesco Lukasinski, della diocesi di Tarnovia.
»	»	»	Monsig. Felice Argenteri, della diocesi di Alessandria.
16	»	»	Monsig. Salvatore Scaccianoce, della diocesi di Acireale.
18	»	»	Monsig. Giuseppe Dovera, della diocesi di Lodi.
»		»	Monsir. Luigi Fadini, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vincenzo Ponzoni, della medesima diocesi.
23	»	»	Monsig. Lorenzo Venanzini, dell'archidiocesi di Camerino.
2	*gennaio*	*. 126.*	Monsig. Emerico Potyondy, della diocesi di Alba Reale.
6	»	»	Monsig. Emilio Chiocchetti, della diocesi di Trento.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S S.:

25	*novembre*	*1925.*	Il sig. Algernon Bowring, dell'archidiocesi di Westminster.
»	»	»	Il sig. Ermanno Cameron Norman, della medesima archid.
30	»	»	Il sig. Carlo Buffer dell'archidiocesi di Parigi.
16	*dicembre*	»	Il sig. barone Agostino Pennisi di Fioristella, della diocesi di Acireale.
22	»	»	Il sig. conte Ferdinando Giovanni von und zu Trauttmansdorff-Weinsberg, dell'archidiocesi di Vienna.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. S.:

12 dicembre 1925. Monsig. Damiano Kunst, della diocesi di Limburgo.
8 gennaio 1626. Monsig. Giovanni O' Reilly, del Vicariato Apostolico del Capo di Buona Speranza.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario dì S. S.:

4 dicembre 1926. Il sig. Vincenzo Santoro, dell'arehidiocesi di Salerno.

NECROLOGIO *

20 marzo 1925. Monsig. Tommaso Boutry, Vescovo di Le Puy.
2 novembre » Monsig. Giovanni Patrizio Carrol, Vescovo di Helena.
2 dicembre » Monsig. Agostino Migliore, Vescovo di *Monocoli.*
4 » » Monsig. Giovanni Vaughan, Vescovo tit. di Sebastopoli.
14 » » Monsig. Enrico Ludovico Chapon, Vescovo di Nizza.

* *Enixe rogantur Officiales Curiarum ad quos pertinet ut notitiam obitus Episcoporum, etiam titularium, cum Moderatoribus Commentarii Officialis quamprimum post eventum communicent, adscriptis sedulo notis diei et mensis; ut nimirum eadem notitia, quae communiter tanti interest, tempestive per nos vulgari queat.*

Annus XVIII - Vol. XVIII 1 Februarii 1926 Sum. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CHIROGRAPHUS

AD EMUM P. D. PETRUM, TITULO S. LAURENTII IN LUCINA, S. R. E. PRESB. CARD. GASP ARRI, A SECRETIS STATUS.

Emo Signor Cardinale.

ÎÎ con particolare compiacenza che, all'indomani dell'Anno Santo e nel giorno saero alla Cattedra di San Pietro in Roma, Ci vediamo porta l'occasione di donarle, Emo Signor Cardinale, la bella e poderosa medaglia del Marschall, che si accompagna a queste Nostre righe ; a Lei che l'altissimo ufficio a tutti addita come il Nostro quotidiano collaboratore e l'interprete autorizzato del Nostro pensiero. Ci affrettiamo e Ci compiacciamo di aggiungere che Ella Ci è sempre stata e collaboratore indefesso e interprete fedele, alle difficoltà ed alle pene non poche nè lievi trovando conforto ano al gaudio, nella coscienza di servire alla causa del divino Re Gesù Cristo Signor Nostro e della Sua Chiesa. Così che possiamo bene applicare anche a Lei, dopo che a Noi stessi, le parole oggi lette di San Pietro Apostolo : *in quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristan in variis tentationibus.*

Di tutto cuore benedicendola

18 del '26.

afïmo e come f.llo in G. C.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SS.MI SALVATORIS MAIORIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In altis Sabinae montibus, inter flumina Saltum et Turanum, in quadam solitaria et alpestri planitie, sub initium duodecimi saeculi, prout fertur, monachi Sancti Benedicti coenobium erexerunt a *Ssmo Salvatore* nuncupatum, quod cito ad honorem Abbatiae *nullius dioecesis* exsurrexit, et iurisdictionem nedum ecclesiasticam sed et civilem obtinuit super nonnullis circumstantibus oppidulis et paroeciis.

Recentiori aevo Abbatia Ssmi Salvatoris, sicut Farfensis, cum omnibus suis reditibus, bonis et iurisdictionibus, in commendam transiit, quam Summi Pontifices alicui ex S. R. E. Cardinalibus conferre solebant; usque dum in magnis illis innovationibus, quae post bella Napoleonica contigerunt, fel. rec. Gregorius Papa decimus sextus Praedecessor Noster, anno millesimo octingentesimo quadragesimo primo, iurisdictionem *nullius* dioecesis Ssmi Salvatoris (sicut Sanctae Mariae Farfensis) suppressit, ac totum territorium, ex quo Abbatia ipsa constabat, novae dioecesi Mandelensi, ab eodem Pontifice per dismembrationem a dioecesi suburbicaria Sabinensi erectae, adiecit.

Verum nostris diebus, rerum et locorum conditionibus valde mutatis, cum Nos curam et iurisdictionem dioecesis Mandelensis ipsi Episcopo Suburbicario Sabinensi committere censuerimus, patuit, quod plures iam observaverat, partem illam dioecesis Mandelensis, quae olim sub iurisdictione erat Abbatiae Ssmi Salvatoris, a ceteris dioecesis Mandelensis locis disiunctam et in medio Reatinae dioecesis sitam esse, quin immo ex septem paroeciis, quae ohm Abbatiae territorium constituebant, tres, nimirum *Valle Cupola, Pratojanni* et *Vaccareccia* fractiones civiles esse municipiorum vulgo *Bocca Sinibalda* et *Concerviano,* quae sub iurisdictione sunt Episcopi Reatini.

Quapropter, rogante venerabili fratre Nostro Episcopo Sabinensi, et consentiente venerabili fratre novo Episcopo Reatino, Nos, Apostolicae

potestatis plenitudine, statuimus et decernimus, ut septem paroeciae, quae circumstant ecclesiam et coenobium SSmi Salvatoris, quaeque nuncupantur *Pratojanni, Vaccareccia, Longone, Valle Cupola, Bocca Vittiana, Poggio Vittiano, Varco Sabino,* una cum ecclesia et coenobio praefatis, distrahantur a dioecesi Mandelensi et uniantur dioecesi Reatinae, cuius propterea Episcopo pro tempore titulum Abbatis Ssmi Salvatoris Maioris attribuimus, cum omnibus bonis, reditibus et iuribus eidem Abbatiae pertinentibus, salvis canonibus et censibus, quae olim propria erant Seminarii Ssmi Salvatoris, quaeque Seminario Mandelensi iampridem adscripta fuerunt, contrariis quibusvis non obstantibus.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nemini, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat.

Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Nostrum Caietanum Episcopum Sabinensem S. R. E. Cardinalem De Lai, ei tribuentes facultates opportunas et necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum, et facto ei onere infra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Decernimus denique has Litteras Nostras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die tertia mensis iunii, Pontificatus Nostri quarto.

O. **CARD**. CAGIANO, *8. B. E. Cancellarius.*

© **R. CARD**. POMPILJ, Episc. Velitern.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g **Plumbi-**

Reg. in Cane. Apost., XXX, n. 56.

II

. SABINENSIS **ET** MANDELENSIS

UNIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

.AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Suburbicariae Sabinae dioecesis fines, qui ob quamdam controversiam sub saeculi decimi initium oppugnabantur, anno nongentesimo quadragesimo quinto per Apostolicas Litteras ad Episcopum Ioannem directas, quasque historicus Sperandius ex integro refert, definiti ad unguem fuerunt, neque deinde deminutionem sunt passi, sed substantialiter sarti tectique servati semper sunt, usquedum fel. rec. Gregorius Papa decimus sextus, Praedecessor Noster, per Apostolicas Litteras *Studium, quo impense afficimur,* diei vigesimae tertiae mensis novembris anni Domini millesimi octingentesimi quadragesimi primi, Mandelensem dioecesim erexit. Per eas partem mediam Suburbicariae dioecesis Sabinae abstraxit, et, adiunctis in altae Sabinae montibus septem aliis paroeciis, antiquae Abbatiae Ssmi Salvatoris olim obnoxiis, novam illam dioecesim erexit. Cuius rei assignabatur causa longitudo et asperitas viarum, quae tunc temporis habebatur. Ita vero Sabinensis dioecesis in duas partes, alteram prope Urbem, alteram trans dioecesim Mandelensem, divisa fuit.

Nostris vero diebus, multiplicatis et facilioribus redditis itineribus, cum causa potissima divisionis cessasset, et, vacata dioecesi Mandelensi, per translationem venerabilis fratris Aloisii Ferretti ad cathedrales Ecclesias Maceratensem et Tolentinam, de consilio venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis, censuimus expedire et decrevimus curam atque administrationem huius Mandelensis dioecesis committere venerabili fratri Suburbicario Episcopo Sabinensi, quod per decretum Sacrae Congregationis Consistorialis perfecimus.

Rebus autem ita ordinatis cito constitit partem illam Mandelensis dioecesis, in alta Sabina positam, et Abbatiae SSmi Salvatoris olim propriam, in medio dioecesis Reatinae manere. Quapropter, rogante hodierno Cardinali Episcopo Sabinensi et consentiente hodierno Episcopo Reatino, Nos, Litteris hac ipsa die datis, incipientibus *In altis Sabinae montibus,* septem illas paroecias cum Abbatia Ssmi Salvatoris dioecesi Reatinae concessimus et adiunximus.

Hisce autem Litteris, ceteras Mandelensis dioecesis paroecias dioecesi Suburbicariae Sabinensi denuo eoniungimus, seu quasi ex iure postliminii in pristinum statum restituimus, nomine tamen dioecesis Mandelensis cum suo cathedrali Capitulo servatis, ita nempe ut deinceps Suburbicariis Episcopus Sabinensis simul et Mandelensis vocetur, quibusvis contrariis non obstantibus.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Nostrum Caietanum S. R. E. Cardinalem De Lai, hodiernum Sabinensem Episcopum, eidem necessarias huic negotio facultates tribuentes, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, fidem authentica forma exaratam absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die tertia mensis iunii, Pontificatus Nostri quarto.

O. **CARD**. CAGIANO, © B. **CARD**. POMPILJ, Episc. Velitern.
8. R. B. Cancellarius.

Ioseph Wilpert, *Becanus Collegii Proton. Apost.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX; n. 33.

III

GEDANENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universa christifidelium cura, quae Nobis uti supremo Ecclesiarum Pastori incumbit, Nos urget ut, quoties id necessitas aut evidens utilitas exigat, novas dioeceses ex veterum dismembratione erigamus.

Cum itaque civitas Gedanensis cum adnexo territorio hisce ultimis temporibus in Statum liberum constituta sit, cumque per Apostolicam Constitutionem *Vixdum Poloniae unitas* territorium dioecesis Culmensis fuerit ad fines politicos Reipublicae Polonae coarctatum, Nos, re matura deliberatione considerata, censuimus expedire ut in dioecesim quoque propriam et separatam constitueretur. Quapropter, de Apostolicae potestatis plenitudine, auditis interesse habentibus, et suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, integrum territorium, quod comprehenditur in memorato Statu libero Gedanensi, quodque ad diversas dioeceses pertinebat, videlicet Culmensem et Varmiensem, atque paucis abhinc annis sub Apostolica administratione fuerat constitutum, cessante modo administratione Apostolica, in distinctam dioecesim erigimus, *Gedanensem* nuncupandam et Apostolicae Sedi immediate subiectam.

Eius episcopalem sedem in civitate *Gedano* statuimus, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus ceterae civitates episcopales iure communi gaudent. Ecclesiam autem paroecialem Olivae, sub titulo Sanctissimae Trinitatis, in praedicta civitate exstantem, ad dignitatem et honorem cathedralis ecclesiae extollimus, servato titulo et parochialitatis gradu simulque eidem Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis concedimus insignia, honores, privilegia ac iura quae aliis Ecclesiis cathedralibus earumque Episcopis ex iure communi competunt. Insuper Episcopo Gedanensi facultatem tribuimus assumendi, quum primum vacaverit, beneficium paroeciale memoratae ecclesiae Olivensis, facto tamen eidem onere ibi constituendi idoneum Vicarium, seu Administratorem, qui actualem exerceat curam animarum.

Praescribimus propterea ut circa Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, clericorum et fidelium iura et officia, aliaque huiusmodi, rite

serventur, quae sacri canones statuunt. Mandamus demum ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim respiciunt, quamprimum a Curiis episcopalibus, ad quas spectat, ad Curiam dioecesis Gedanensis transmittantur, ut in eius archivo asserventur.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut ñs repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Eduardum **O'** Rourke, hactenus Episcopum titularem Pergamensem et hucusque Administratorem Apostolicum Gedanensem, eidem tribuentes omnes facultates ad rem necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die trigesima mensis decembris, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO,
8. B. B. Cancellarius.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Apost., vol. XXXIII, n. 6.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

ACTA

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

SAC. ERNESTUS BUON AIUTI DECLARATUR NOMINATIM EXCOMMUNICATUS ET EXPRESSE VITANDUS.

Die 25 ianuarii 1926

Con decreto di feria IV, 26 marzo 1924 (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XVÎ, p. 159) il sac. Ernesto Buonaiuti veniva colpito di scomunica, di condanna di tutti i suoi libri e scritti e del divieto di più scrivere, tener conferenze ed insegnare nelle pubbliche scuole in materia attinente alla religione.

Con altro decreto di feria IV, 28 gennaio 1925 (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XVII, p. 69) lo stesso sac. Buonaiuti, in pena della sua pertinace disobbedienza, era privato del diritto di vestire l'abito ecclesiastico, condannandosi insieme le sue nuove pubblicazioni, nonché la Rivista *Ricerche religiose* da lui diretta.

Ma neppure questa volta, come è a tutti noto, ha egli ottemperato a queste categoriche disposizioni ed ingiunzioni della superiore Autorità ecclesiastica. Pubblicò invece una *dichiarazione,* da lui inserita nella suddetta Rivista (vol. I, marzo 1925, p. 203), del seguente tenore:

DICHIARAZIONE. - Con decreto in data 30 gennaio 1925 la Suprema Congregazione del Santo Uffizio ha voluto proscrivere solennemente tutte le mie nuove pubblicazioni ed ammonire i fedeli di guardarsi dalla mia opera di insegnante e di scrittore.

Mi sono sforzato di fissare in *Una fede e una disciplina* le ragioni di coscienza che mi hanno indotto a contravvenire alla ingiunzione rivoltami nel precedente decreto di abbandonare la mia cattedra.

Le medesime ragioni mi inducono a continuare il mio lavoro extra-accademico.

ìfon ho motivo di aprire allo sguardo della pubblica curiosità la tristezza della mia anima, costretta dalla voce imperiosa di una vocazione insopprimibile ad assumere, riluttante, un'attitudine di apparente indisciplina, che mortifica le più profonde mie esigenze religiose.

Ma alla diffida rivoltami, in nome di un canone solitamente invocato per ben altri argomenti di indegnità sacerdotale, perchè io abbandoni l'insegna della mia missione, debbo, con umiltà ma con fermezza, rispondere che,

èssendo il sacerdozio indelebile e sentendone io viva più che mai la consegna rigida e costante, il recarne dinanzi al mondo il simbolo esteriore e il sigillo appariscente, è un tassativo dovere, è un incoercibile diritto.

Ernesto Buonaiuti.

Dopo tanta ostinazione, da cui non hanno valso á scuotere il ribelle sacerdote anche recentissimi richiami ed ammonimenti, questa Suprema Sacra Congregazione, confermando tutte e singole le precedenti disposizioni, ingiunzioni, proibizioni, sanzioni, a nome e con l'autorità della Santità di Nostro Signore il Sommo Pontefice, dichiara col presente Decreto il sopra nominato sacerdote Ernesto Buonaiuti scomunicato nominatamente e personalmente e, secondo il disposto del can. 2258 § 2, *espressamente vitando,* con tutte le conseguenze di diritto.

Sono pertanto avvertiti i fedeli che, per effetto di questo Decreto, rimane loro vietata col nominato sac. Ernesto Buonaiuti ogni comunicazione a termini dell'altro canone 2267.

Dato a Eoma dal Palazzo del S. Uffìzio, 25 gennaio 1926.

Luigi Castellano,

Notaro della Suprema S. C. del S. Offizio.

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BEIENSIS

TRANSLATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

DECRETUM

R. P. D. Ioseph a Patrocinio Dias, Episcopus Beiensis, Ssmo Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XI, ea quae sequuntur exponere curavit. Vi exsecutionis Litterarum Apostolicarum diei 10 iulii 1770, quibus dioecesis Beiensis erigebatur, in cathedralem constituta fuit ecclesia Collegii Societatis Iesu sub invocatione Sancti Sizenandi, cuius exstructio tunc vix incepta erat, quaeque ita perseveravit usque ad annum 1910, in quo civile Gubernium illa aliisque bonis potitum fuit. Interea pro cathedrali, utpote proximiore episcopalibus aedibus, adhibita fuit ecclesia Ssmi Salvatoris; sed est nimis parva et minus apta. Verum quum in

Beiensi civitate exstaret ecclesia Sancti Iacobi Maioris vetustate, amplitudine atque artium operibus valde conspicua, idem Episcopus a Ssmo Domino Nostro petiit, ut illam in cathedralem ecclesiam erigere dignaretur sub invocatione principali, peculiaribus de causis, « Sacratissimi Cordis Iesu », reservato tamen eidem, uti secundario, titulo Sancti Iacobi Maioris. Porro Ssmus Dominus Noster, omnibus mature perpensis, his precibus annuendum esse censuit. Quapropter de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, memoratam ecclesiam Sancti Iacobi Maioris in cathedralem Beiensis dioecesis erigit sub invocatione principali Sacratissimi Cordis Iesu, eidem reservato secundario titulo Sancti Iacobi Maioris, cum omnibus iuribus et privilegiis, quae vel de iure vel de consuetudine ceteris cathedralibus ecclesiis competunt: contrariis quibuscumque minime obstantibus, speciali quoque mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 novembris 1924.

£g C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

DECRETUM

DE ORDINARIO MILITARI IN ITALIA

Ad consulendum curae spirituali militum in Italia, Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, praesenti Consistoriali decreto, eligit et constituit Ordinarium Militarem R. D. Camillum Panizzardi, Procuratorem Generalem Piae Societatis a S. Joseph, cum iuribus, facultatibus et privilegiis quae ceteris Ordinariis Militaribus sunt propria. Eius itaque i urisdictio erit tum personalis tum localis, et extendetur ad Cappellanos militares et ad omnes copias sive terrestres sive aereas, necnon ad stationes seu loca eisdem copiis propria et assignata, servata tamen Ordinariis cuiusque loci debita observantia.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 6 martii 1525.

£8 C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. •© S.

t Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ULTRAIECTEN.

DE PATRINIS BAPTISMATIS

24 iulii 1925

Die 8 octobris 1924 Revmus Archiepiscopus Ultraiecten, preces, quae sequuntur, huic Sacrae Congregationi porrexit:

Beatissime Pater, - Archiepiscopus Ultraiectensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit solutionem dubiorum quae hisce exponuntur:

Ex can. 765, 5° C. I. C. ut quis sit baptismi patrinus, oportet baptizandum in actu baptismi per se vel per procuratorem physice teneat aut tangat, vel statim levet, seu suscipiat de sacro fonte, aut de manibus baptizantis; et ex can. 768 patrinus cum baptizato contrahit spiritualem cognationem, quae quidem ex can. 1079 matrimonium irritat. Iam vero, uti apud nos moris est, qui patrinum agere vult, nemini mandatum confert expressum, sed, nisi per se officio illo perfungatur patrinus, baptizans vel baptizandi parentes aliam personam invitant, ut pro patrino absente agat.

Hinc sequentia dubia solvenda proponuntur:

I. *an ex tali agendi modo patrinus absens contrahat cognationem spiritualem, et inde exoriatur impedimentum canonis 1079; et si negative:*

II. *quidnam a patrino faciendum sit ut agere valeat per procuratorem; nimirum:*

a) an debeat conferre determinatae personae mandatum speciale;

b) an vero sufficiat, ut edat, sive scripto sive voce, mandatum generale pro persona per parentes vel per baptizantem determinanda: immo

c) an sufficiat mandatum generale praesumptum pro quavis persona,.

Hisce dubiis Emi Patres in plenario Conventu diei 24 iulii 1925 responderunt:

« Ad I. Si patrinus, agnoscens huiusmodi consuetudinem, eidem sese conformare intendat, et aliunde patrinus ipse esse possit ad normam can. 765, *Affirmative* ».

« Ad II. provisum in I. Attamen praedicta consuetudo est reprobanda: 1° quia indubitanter constare debet patrinum in facie Ecclesiae proprium

munus suscepisse, quod per dictam consuetudinem manet incertum et aequivocum; 2° quia patrinus suum munus suscipere debet cum plena notitia et conscientia inde exorientis obligationis ad mentem can. 769, quod excludere videtur praefata consuetudo, quippe quae redigit patrini officium ad quemdam inanem ritum; 3° quia ex tali recepto more facultas fere demitur parocho conditiones explorandi, quae a can. 765 et 766 requiruntur, ut quis valide et licite patrini munus suscipiat».

« Hisce prae oculis habitis, Instructio pro Emis Ordinariis locorum fiat ».

Facta insuper de his omnibus relatione Ssmo Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Secretarium huius Sacrae Congregationis, die 29 iulii 1925, Ssmus decisionem EE. Patrum ratam habuit et confirmavit.

f A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

INSTRUCTIO

Ex responsionibus datis ad proposita dubia, colligitur quae Emorum ac Revmorum PP. Cardinalium hac in re mens fuerit.

Equidem in spirituali hominis regeneratione, quae fit per baptismum, ex vetustissimo Ecclesiae more patrini adhibentur, qui a sacrarum rerum scriptoribus *susceptores,* vel *sponsores,* seu *fideiussores* sunt appellati, horumque mentio primis religionis christianae saeculis iam habetur, ut penes Tertullianum, *De baptismo,* cap. 18. Cum enim ex baptismo vita spiritualis incipiat et confirmatione perficiatur, Ecclesia iam e remotiore aetate baptizantem vel confirmantem nec non patrinum et matrinam habuit tamquam parentes spirituales baptizati vel confirmati; unde nomen patrini et matrinae. Qua ex spirituali cognatione consequens fuit processu temporis, ut inductum sit impedimentum matrimonium dirimens; idque religiose excepit lex Iustinianea (1. 26 Cod. V, 4), hanc reddens rationem: « quum nihil aliud « sic inducere potest paternam affectionem et iustam nuptiarum prohibi« tionem, quam huiusmodi nexus per quem, Deo mediante, animae eorum « copulatae sunt ». Et ex hodierni nostri Codicis praescripto vi cc. 768, 797 cognationis spiritualis institutum in sua substantia perseverat immutatum; verum hodie mutatur eius effectus, quia cognatio tantum quae ex baptismo oritur impedimentum secumfert dirimens matrimonium (c. 1079), idemque arctioribus limitibus constrictum.

Porro 'Ecclesia, pro diversa temporum conditione, impedimentum ob spiritualem cognationem constitutum, diversis limitibus constringere duxit: nihilominus Decretales RR. Pontificum, instructiones a Conciliis et a Sacris Congregationibus editae, id unum constanter docent, nempe stu-

díum, quo Ecclesia semper curavit, ut patrinorum munus sancte suscipiatur, eorumdemque obligationes fideliter expleantur.

Compertum est enim quam arctis vinculis et officiis patrini ac filioli inter se devinciantur. Ait Nicolaus Papa: « Ita diligere debet homo eum qui « se suscepit de sacro fonte, sicut patrem » (c. 1, C. XXX, q. 3). Ac veteres sacri canones obligationes patrinorum ita diserte describunt: « Vos ante « omnia, tam mulieres quam viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, «ut vos cognoscatis fideiussores apud Deum exstitisse pro illis, quos visi « estis de sacro fonte suscipere. Ideo semper eos admonete, ut castitatem « custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant. Ante omnia symbolum « et Orationem Dominicam et vos ipsi tenete, et illis, quos excepistis, osten« dite » (c. 105, D. IV, *De consecr.).*

Ecclesia nempe indesinenter monuit patrinos atque edixit eosdem teneri ad religiosam filioli institutionem, ut S. C. S. O. explicavit die 9 dec. 1745, ad Mission. Aegypti, ex origine et natura patrinatus, simul referens doctrinam D. Thomae: « Spiritualis regeneratio quae fit per baptismum, « quodammodo similis est generation! carnali; et quemadmodum in genera« tione carnali parvulus nuper natus indiget nutrice et paedagogo, ita quo« que in regeneratione spirituali oportet ut aliquis sit, qui fungatur vice « nutricis et paedagogi, filium suum spiritualem instruendo in iis quae perti« nent ad fidem et vitam christianam » *{S. Th.,$.* III, quaest. 67, art. 7). Item in aliis Instructionibus eiusdem S. C, ut mense ianuario 1763. ad Praef, mission. Tripol.; ac die 15 sept. 1869, ad Administratorem Apost. Perthen.

Et quemadmodum Catechismus Concilii Tridentini districte commonefacit: «Universe susceptores semper cogitent se hac potissimum lege obstri« ctos esse » (part. II, cap. II, n. 28), ita Codex iuris canonici gravissimis verbis de obligationibus patrinorum quoad baptismum praecipit: «Patri-' « norum est, ex suscepto munere, spiritualem filium perpetuo sibi commen« datum habere, atque in iis quae ad christianae vitae institutionem spe« ctant, curare diligenter ut ille talem in tota vita se praebeat, qualem «futurum esse sollemni caeremonia spoponderunt » (can. 769). Atque in *Rituali Romano,* nuper ad normam Codicis accommodato, iisdem verbis officia patrinorum inculcantur *(De patrinis,* n. 38, tit. II, c. I).

Quod autem ad confirmationem spectat, in Pontificali Romano ita edicitur: « Pontifex patrino et matrinae annuntiat quod instruant filium « suum bonis moribus, quod fugiat mala et faciat bona, et doceant eum *« Credo in Deum,* et *Pater noster,* et *Ave Maria,* quoniam ad hoc sunt obli« gati » (tit. *De confirmandis).* Et Codex iuris canonici, can. 797: « Pa« trinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum «habendi eiusque christianam educationem curandi ».

Quapropter semper Ecclesia prohibuit ne ad patrini munus admittantur, qui eius obligationes implere fideliter nolint, aut sedulo non possint; et Codex iuris canonici conditiones distincte enumeravit ad munus illud licite suscipiendum requisitas, scil. pro baptismo can. 765 et 766 quae item recoluntur in *Rituali Rom.*, 1. c, nn. 35-36; ac pro confirmatione can. 795 et 796.

Quod vero ad quaestiones propositas a E. P. D. Archiepiscopo Ultraiecten, attinet, etiam Synodus prov. Ultraiectensis anno 1865 habita, vehementer conquerebatur quod nimis leviter et negligenter patrini munus susciperetur et perageretur, ita arguens: « Hoc officium nimium negli- « genter habetur nostris diebus, deque eo vix cogitant sive ii quibus patrini « inducendi cura est, sive iis qui sanctam hanc curationem in se suscipiunt. » Et Catechismus Concilii Tridentini graviter ita hunc morem reprehendit: « Hoc munus adeo negligenter in Ecclesia tractatur, ut nudum tantum « huius functionis nomen relictum sit, quid autem sancti in eo contineatur, « ne suspicari quidem homines videantur » (1. c, n. 28). Qui contemptus ecclesiasticae disciplinae hodierno tempore eo magis est deplorandus, quo gravior urget necessitas christianae fidelium institutionis.

Quamobrem Emi Patres Cardinales Sacrae huius Congregationis de disciplina Sacramentorum, cum ad proposita dubia responderint, ex relata agendi ratione cognationem spiritualem contrahi, ut supra scriptum est, acriter insimul improbarunt expositam consuetudinem, et rationes ad rem spectantes in vulgus edi iusserunt, Instructione scilicet adiecta, ut nempe gravitas muneris patrini et obligationum eius fidelibus sedulo explicetur, ab iisque intimius cognoscatur, cum praesertim Codex leges de patrinis in baptismo diserte tulerit, lib. III, part. I, tit. I, cap. IV, quae in *Rituali Romano* denuo recensentur, et pro confirmatione, tit. II, cap. IV.

Etenim prouti nemo a parocho proprio est admittendus ad patrini munus, qui conditionibus ad validam aut licitam huius muneris susceptionem requisitis non praestat, ita quoties in sacramenti collatione quis patrini partes expleat non suo nomine, sed alterius certae et determinatae personae nomine eiusque mandato, huiusmodi mandatum seu mandantis voluntas legitime probetur oportet, videlicet per idoneos testes aut per scriptum ac legitimum documentum, nisi aliunde intentio mandantis sit certo et indubitanter parocho proprio baptizandi vel confirmandi explorata, adeo ut parochus investigare queat an designatus patrinus polleat qualitatibus iure requisitis, atque in libris, ubi ad tramitem ss. canonum est notanda sacramenti collatio, inscribatur nomen tum procuratoris tum mandantis, qui se quidem patrini munus cum huius legalibus effectibus suscepisse scire debet. Hisce praecipue de rationibus hic Sacer Ordo reprobandam cen-

suit consuetudinem quae, etsi recte observetur, mandatum dumtaxat generaliter praesumptum continet.

Id denique animadvertendum est, nempe patrinorum munus suapte natura ad laicos pertinere; quare in *Catechismo Tridentino,* 1. c, n. 26, praecipitur, accurate a pastoribus et a sacris concionatoribus efficiendum esse, ut fideles intelligant quae potissimum ad illud rite explendum sint necessaria. Prae primis explicare oportet quae causa fuerit cur patrini adhibeantur, quaeque sint partes eorum, quidque ab illis exigatur; quae maxime in ipsa sacramenti collatione opus est explanari, tum fidelibus omnibus, tum illis praecipue qui hoc munus suscipiunt.

Illud peculiariter est valde inculcandum, patrinorum esse, ex fideiussoris munere suscepto, spiritualis filii christianam institutionem curare (cc. 769, 797, 1335), eumque perpetuo sibi commendatum habere; unde eruitur quantum dedeceat ut, qui se alterius paedagogum et custodem professus est, illum deserat, quem semel in fidem et clientelano, suam recepit, donec illum opera et praesidio suo egere intellexerit *(Catech. Trid.*, eod. L, n. 28). Quod instantius nostris temporibus urgendum est, quibus fides et boni mores magis periclitantur, cum ipsi quandoque parentes, gravium officiorum obliti, christianae liberorum educationi haud sedulo incumbant; proindeque patrinorum opera diligentius est impendenda « ne a munere, « cuius nomen et signum retinetur moribus, observantia exulet christianae «caritatis, quae illud instituit et commendat» (Ex Conc. Prov. Pragen., a. 1860).

Quae dum recoluntur gravissima documenta, adnotare praestat quod tam nobilis, excellens et efficax visa est Ecclesiae huiusmodi institutio de patrinis, ut passim in civilibus nationibus inducti sint patrinatus seu patronatus, veluti pro pueris, qui scholis incumbant, aut e scholis discesserint; uno verbo, pro omnibus fere huiusmodi necessitatibus, quibus parentes aut ipsi civiles magistratus haud satis prospicere valeant; sed cum fides christiana frigescat, hodie despicitur vel parvi fit sanctus patrinatus ab Ecclesia iam pridem institutus, et ex adverso studiose datur opera laicis institutionibus. At hoc incommodum tam grave tamque probrosum pro christianis viris e medio penitus tollendum est, et menti sanctae matris Ecclesiae obsequendum cum id in salutem quoque ipsius consortii civilis vertat.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 25 novembris 1925.

M. CARD. LEGA, *Praefectus.*

L. © S.

f A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO CONCILII

ADRIEN.

INCARDINATIONIS

lâ februarii et 11 iulii 1925

SPECIES FACTI. — Sacerdos quidam e dioecesi Adriensi oriundus ibique ordinatus et curati munere functus, a. 1907 excardinari petiit ac dioecesi Cerviensi incardinari; quod obtinuit litteris excardinatoriis datis ab Ordinario Adriensi die 4 novembris, et incardinatoriis ab Ordinario Cervien., ***t*** die 7 eiusdem mensis. In hac dioecesi conspicuum quidem paroeciale beneficium obtinuit, verum a. 1914 ab eodem se abdicavit et cum licentia Ordinarii Cerviensis in dioecesim Montisfalisci se contulit, ubi ab Episcopo loci beneficium paroeciale in oppido L... obtinuit. Iterum vero, exeunte a. 1918, adversae valetudinis causa, huic beneficio renuntiavit, et munus ludimagistri in urbe Asisio exercuit: quo perdurante a quodam Episcopo Sardiniae invitatus est ut Seminarii regimen et canonicatum cathedralem susciperet. Verum vix in novam dioecesim ingressus erat, cum Episcopus supremum diem obiit, et sacerdos, tamquam extraneus habitus a fratribus, ad suum Ordinarium redire coactus est. Sed Ordinarius Adriensis eum respuit tamquam formaliter excardinatur^ Cerviensis vero non recipit et provocat ad aequipollentem incardinationem per residentialis beneficii collationem ***c*** \ Ordinario Faliscodunensi peractam: hic demum negat huiusmodi incardinationem in iure sustineri. Quamobrem, re delata coram hac Sacra Congregatione, in praesenti quaeritur:

Ad quamnam dioecesim sacerdos N. pertinere dicendus sit in casu.

Cum, contra quod in prima disquisitione causae videbatur, iam constet de litteris incardinationis ab Ordinario Cerviensi die 7 novembris 1907 datis, sine quibus praeviae litterae excardinationis ex parte Ordinarii Adrien, proculdubio negotium minime confecissent (S. C. C, decr. *A primis* 20 iul. 1898; Eota, in *Londonen.,* 9 ian. 1912, *A.A. 8,,* IV, 249), tota quaestio reducitur ad controversiam inter Ordinarios Cerviensem et Faliscodunensem, de vi aequipollentis incardinationis tribuenda collationi beneficii residentialis ab altero Ordinario cum licentia alterius factae, praesertim attento quod, die Pentecostes a. 1918, quo Codex iuris canonici, et cum eo can. 114, vigere coepit, sacerdos quo de agitur paroeciale beneficium in loco L., dioecesis Montisfalisci adhuc servaverat, et in eo servando

plures menses perrexit. Hinc duplex quaestio: 1) Utrum anno 1914 aequipollens incardinationis ratio iure vigeret per assecutionem beneficii ecclesiastici residentialis; 2) Et quatenus *negative,* ulterius quaeritur, utrum vis et ratio incardinationis tali collationi perseveranti, ope Codicis can. 114 tribuenda sit. Praestat autem de utraque quaestione audire

VOTUM CONSULTORIS. — I. Modus ordinarius et usitatissimus excardinationis et incardinationis in iure vetere erat alicuius promotio ad primam tonsuram vel ad Ordines cum adscriptione alicui ecclesiae particulari et hac mediante etiam dioecesi, facta ab Episcopo, qui promovendi Episcopus proprius censebatur ob aliquem ex titulis, qui variis Ecclesiae temporibus variis legibus statuebantur. Eiusmodi titulorum antiquissimi erant titulus *originis* itemque *beneficii,* de quibus iam Clemens III vel IV in c. .1, *de temporibus ordinationum,* I, 9, in VI. Quibus mox a Bonifacio VIII adiungebatur titulus *domicilii,* ac post tria fere saecula a Concilio Tridentino, sess. XXIII, *de ref.,* e. 9, titulus *familiaritatis triennalis.* Iam secundum citatas leges Episcopus, qui ob aliquem ex memoratis titulis promovendi proprius reputabatur, potuit, non requisitis ab alio Episcopo circa promovendum litteris dimissorialibus, cum solis Episcopi originis (vel domicilii) litteris testimonialibus ordinandum promovere ita, ut ordinatus *ratione Ordinis collati* exinde iam censeretur Ordinantis dioecesi incardinatus, ac proinde a dioecesi, cui eousque insertus fuerat, legitime excardinatus. Pari modo., cum Episcopus non proprius alienum subditum ad Ordines promovit acceptis ab ordinandi Episcopo proprio *litteris dimissorialibus perpetuis,* ita ordinatus per ipsam ordinationem excidebat a potestate Episcopi eousque proprii atque sub potestate constituebatur Episcopi ordinantis, seu e prioris dioecesi excardinatus in alterius dioecesi incardinabatur (Cf. Gasparri, *De sacra Ordinatione,* vol. II, n. 863).-Igitur in casibus hucusque enumeratis excardinationem et incardinationem non ordinationis tituli, neque litterae dimissoriales perpetuae, sed *ipsa ordinatio* operabatur vel perficiebat.

II. Alius excardinationis et incardinationis modus erat ab ordinatione {et etiam a quolibet beneficio in aliam dioecesim transeunti conferendo vel collato) plane independens. Consistebat autem in clerici dimissione perpetua e dioecesi, cui eousque insertus fuerat, et in receptione in aliena dioecesi itidem perpetua. Ista excardinatio olim fiebat per litteras dimissoriales perpetuas Episcopi *a quo;* incardinatio vero per consensum (scriptum vel etiam non scriptum) Episcopi *ad quem.* Ita iam can. 6 Conc. Carthag. I (a. 348): c. 6, D. LXXI, itemque can. 21, Conc. Carthag. III (a. 397): c. 2, D. LXXII. Quae disciplina confirmatur decretalibus Alexandri III,

c. 5, X, *de clericis non residentibus,* III, 4, et post complura saecula a Conc. Baltimoren. III (a. 1884), n. 62, 63, 66 vocatur *formalis,* si fiat scripto documento Episcopi *a quo et ad quem; praesumpta,* si excardinatio fiat scripto, mcardinatio vero per clerici in aliena dioecesi triennalem vel quinquennalem probationem, qua Episcopi *ad quem* consensus in incardinationem iure praesumitur. Demum per S. C. C. decr. *A primis,* 20 iul. 1898, praeter formalem excardinationis scripturam, formalis quoque incardinationis scriptura ad validitatem transitus in alienam dioecesim praescribitur, quoties transitus independenter ab ordinatione fiat. Quae excardinatio et incardinatio formalis, seu per scripturam perficienda, etiam ad laicos non proprii Episcopi Seminario adscribendos extendebatur a S. C. C, decr. 24 ian. 1906 *{A. A. S.,* II, 105, 106).

III. Alius praeter istos duos excardinationis et incardinationis modos in antiquo iure ex lege generali scripta ante Codicem non vigebat. Quodsi quidam sic dictam aequipollentem excardinationem et incardinationem, de qua in Codicis can. 114 (quaeque fit per collationem beneficii residentialis in aliena dioecesi, consentiente Episcopo *a quo),* ad tempora ante Codicem protendunt: profecto non advertunt in antiquo iure, uti supra innuimus, per beneficii collationem alieno clerico factam, non immediate perfectam esse incardinationem, sed *mediante ordinatione,* ad quam Episcopus beneficium conferens tamquam ordinandi Episcopus proprius legitimum titulum acquisierat.

Revera textus iuris, qui de incardinatione in connexione cum beneficio agunt, nonnisi *mediante ordinatione* ad incardinationem referuntur. Ita iam cit. c. 1, *de temporibus ordinationum,* I, 9, in VI. Pari modo secundum innumerabiles S. C. C. decisiones Episcopus, qui clerico ab Episcopo ori-.ginis ad tonsuram vel ad Ordinem aliquem promoto cuiuscumque generis verum beneficium contulerat, fiebat eiusdem Episcopus ordinationis proprius, quare potuit vel ipse eundem ad superiores Ordines promovere (S. C. C, *Aversana,* 10 apr. 1683; *Senen. seu Pientina,* 9 dec. 1690; *Cusentina,* 30 ian. 1694; Pallottini, sub voce *Sacramentum Ordinis,* § II, n. 49,. 52, 57), vel eum ordinationis gratia ad alium Episcopum dimittere (S. C. C, *Eugubina et Camerinen.,* a. 1588; *Tirasonen.,* a. 1596; *Sarzanen.,* 4 maii 1641; Pallottini, s. v. *Sacramentum Ordinis,* § II, n. 43, 46, 73).

Dum autem secundum istas leges *quodlibet,* etiam tenue, immo tenuissimum beneficium sufficiebat, Innocentius XII, constit. *Speculatores,* 4. nov. 1694 statuit, ut ad effectum subiectionis clerici *pro Ordinibus* ab alieno Episcopo legitime suscipiendis, beneficium deberet esse talis reditus, ut ad congruam clerici sustentationem iuxta taxam synodalem ea ve defiU ciente iuxta morem regionis, detractis oneribus, per se sufficeret, sublata

quacumque facultate supplendi quod deficeret etiam adiectione patrimonii pinguioris, quod ordinandus in eadem aut in alia dioecesi obtineret. Idem confirmatur Innocentii XIII const. *Apostolici ministerii,* 23 maii 1723, et Benedicti XIII const. *In supremo,* 23 sept. 1724 *{C. I. C. Fontes,* nn. 280, 283) itemque S. O. C, *Elboren.,* 23 aug. 1721; *Pientina seu Ilcinen.,* 18 iul. et 8 aug. 1733; *Tarraconen.,* 1 iul., 16 dec. 1741 et 18 apr. 1744; *Spoletana,* 20 nov. 1756; *Camerinen. et Sutrina,* 17 sept. 1794 (Pallottini, s. v. *Sacramentum Ordinis,* § II, n. 61, 60, 64, 66, 57).

Exposito sensu citatas leges intellexerunt etiam coaevi scriptores iuris canonici. Ex his satis sit referre:

Engel, *Collegium Universi Iuris Canonici* (ed. 1670), lib. I, tit. II, n. 28, ubi Auctor non distinguit inter beneficia residentialia vel non residentialia.

Schmalzgrueber, *Ius Eccles. Univers.,* pars III, lib. I, tit. XI, n. 36, ubi Auctor exponit, quidnam requiratur, ut Episcopus Ordines licite conferre possit, et dicit: requiritur, « ut sit Episcopus proprius ordinandi vel saltem a proprio huius Episcopo licentiam habeat.... ». «Potest autem aliquis tripliciter esse Episcopus proprius, ut quis ab eo licite recipere Ordines de iure communi et Ordinario possit, videlicet ratione *originis, domicilii et beneficii.* Ex quo sequitur, casu quo aliquis in una dioecesi natus est, in altera habitat, in tertia obtinet beneficium, eum ab unoquoque istarum dioecesium Antistite ordinari posse ». Deinde pressius describit Episcopum beneficii (ib., n. 40): « Episcopus beneficii is dicitur, in cuius dioecesi aliquis beneficium habet. Ad hoc ut aliquis ordinari possit, qui alibi natus est, vel domicilium habet, requiruntur sequentia: I° ut beneficium quod ordinandus habet, veri beneficii ecclesiastici rationem habeat; 2° eiusmodi beneficium debet actu fuisse collatum; 3° debet ei datum fuisse in titulum; 4° praeter titulum etiam accedere debet possessio beneficii in titulum dati ». Et mox subiungit (ib., n. 41): « Ut aliquis ordinari possit ab Episcopo beneficii/sufficit, quaiecumque istud sit, modo verum sit beneficium, quia c. *Nullus,* 3, h. t. in VI° generalis est, neque distinctionem facit inter beneficia. Adeoque 1° sufficit, si sit etiam manuale: licet enim titulo illius ordinari non possit aliquis, ordinari tamen poterit ad alium titulum ab Episcopo loci, in quo situm est eiusmodi beneficium; 2° etiamsi tenue sit; 3° etiamsi residentiam non exigat in loco beneficii, neque clericus in illo actu resideat: alias non tam ratione beneficii, quam ratione domicilii, quod acquiritur per beneficium exigens residentiam, ab Episcopo beneficii ordi-. nari posset; sicque duo solum modi essent, quibus aliquis, quoad susceptionem ordinum, subiiceretur Episcopo, originis nempe et domicilii ».

Pichler, *Ius Canon.,* lib. I, tit. XI, n. 10, pariter verum beneficium ecclesiasticum, quaiecumque demum illud sit, sufficere dicit, ut eiusdem col-

lator Episcopus proprius censeatur pro conferendis Ordinibus clerico, cui beneficium collatum est.

Wernz quoque *(IusDecret.,* ed. altera, tom. II, pars I, n. 26) ad proprium tantum *ordinationis* Episcopum refert leges de incardinatione in connexione cum beneficio: « Bonifacius VIII, cap. 3, h. t. in Sexto generaliter statuit eum solum Episcopum esse proprium ad conferendos ordines, qui esset Ordinandi Episcopus aut ratione originis aut beneficii aut domicilii. Postea Conc. Trid. et Innocentius XII const. *Speculatores* a. 1694 quartum titulum familiaritatis consuetudine paulatim introductum expresse certis additis conditionibus confirmarunt (Sess. XXIII, *de ref.,* c. 9). Quibus quatuor titulis nunc ex decreto S. C. C, 20 iul. 1898, pro clericis accessit quintus titulus *incardinationis* in clero novae dioecesis ».

Licet igitur secundum citatas leges Auctorumque relatas explicationes clericus ratione cuiusvis veri beneficii (sufficientis) in aliena dioecesi obtenti *subiiciatur* iurisdictioni illius Episcopi, in cuius dioecesi beneficium huiusmodi situm est: ista tamen *subiectio* nondum dicit *incardinationem,* sicut neque similis subiectio ratione originis vel domicilii aut familiaritatis, quia ista in pluribus etiam dioecesibus simul haberi possunt, dum incardinatio in una tantum dioecesi fieri potest; sed dicit Episcopum dioecesis, in qua beneficium obtinetur, fieri Episcopum proprium *ordinationis* clerici beneficio provisi. Quod si quis clerici subiectionem ratione beneficii incardinationem dixerit, seu in citatis legibus beneficium in ordine ad clerici incardinationem descriptum affirmaverit: vel sustinere debet secundum citatas leges ad incardinationem quodcumque verum (post Innocentii XII const. *Speculatores:* sufficiens) beneficium sive residentiale sive non residentiale satis esse, vel proferre debet legem, quae ad incardinationem beneficium *residentiale* requirit. Cum vero talis lex non existat, uti iam superius diximus, distinguendum est inter conditiones, quae in antiquo iure pro licita *ordinatione* requirebantur et inter conditiones ipsius *incardinationis.* Habitis conditionibus ordinationis (h. s. origo, beneficium, domicilium, familiaritas), nondum sequebatur incardinatio, nisi *post et per ordinationem* (secus enim idem clericus, consideratis origine, beneficio, domicilio, familiaritate, simultanee pluribus dioecesibus fuisset incardinatus); dum, positis conditionibus incardinationis, eo ipso secuta est incardinatio. Conditiones pro Ordinatione et, mediante ordinatione, pro incardinatione praescribunt leges relatae in n. I; conditiones pro incardinatione independenter ab ordinatione leges allegatae in II.

IV. Porro ad vindicandam aèquipo.llentem incardinationem, quae videlicet independenter ab ordinatione, ipsa beneficii residentialis collatione in aliena dioecesi perficeretur, frustra fit provocatio, ad quasdam SS. Con-

gregationum decisiones, quia etiam illae vel de incardinatione agunt quae *mediante s. ordinatione* perficitur, vel de incardinatione formali iudicant, quae formalem excardinationem subsequitur. Eiusmodi decisiones in actis afferuntur hae:

S. CC., *Colonien, seu Limburgen.,* 24 febr. 1893 *(A. 8. 8.,* XXV, 727 sq.), quae tamen evidenter non est ad rem; quia in ea sermo est de excardinatione et incardinatione non per beneficium, sed per scripturam. Videlicet quidam ex archidioecesi Coloniensi oriundus indeque excardinatus atque Congregationi S. Spiritus novitius adscriptus, acceptis proprii Superioris religiosi litteris dimissorialibus, dioecesi Limburgensi incardinatus edicitur, quare Archiepiscopus Coloniensis eum recipere non tenetur.

S. C. Ep. et Eeg., *Viterbien.,* 14 iul. 1905 *(A. S. S.,* XXXIX, 207 sq.) decidit laicum oriundum e dioecesi Civitatis Castellanae, qui in Seminario dioecesis Viterbiensis receptus cum dimissoriis Episcopi originis in dioecesi Viterbiensi ordinatus in eadem dioecesi cum consensu eiusdem Episcopi originis ante S. C. C. decr. *A primis* beneficia residentialia obtinuerat (nempe a. 1872 canonicatum: a. 1887 paroeciam), fuisse dioecesi Viterbiensi incardinatum. Quae resolutio explicari potest hac ratione: si Episcopi originis dimissoriae pro s. ordinatione in dioecesi Viterbiensi recipienda erant perpetuae, tunc incardinatio in dioecesi Viterbien. fiebat iam *per ipsam ordinationem-,* si vero non erant perpetuae, tunc excardinatio et incardinatio perficiebatur *utriusque Episcopi consensu,* quem, occasione collationis beneficii residentialis (canonicatus) clerico factae, manifestarunt: quia a. 1872 pro isto actu iuridico scriptura ad validitatem non requirebatur. Deficiente vero alterius Episcopi consensu pro incardinatione, haec non perficitur, uti decisum est in S. C. C, *Bottemburgen.,* 26 mart. 1866 *(A. S. 8.,* XIX, 87 sq.).

S. C. C, *Dioecesis T.,* 27 ian. 1917 *(A. A. S.,* X, 18 sq.) non sustinet religiosi saecularizati excardinationem e dioecesi Episcopi benevoli receptoris, quia religiosus saecularizatus vi voti obedientiae perpetuo subditus est huic Episcopo, uti vel ipsa resolutionis verba vindicant et Iurisconsulti docent (cf. Piatus Montensis, *Praelect. Iuris Begul.,* tom. I, p. 187, Qu. 190).

V. Ast non solum scriptae leges pro aequipollente incardinatione in antiquo iure desiderantur, sed neque afferri potest legitima consuetudo, quia illius ante Codicem nullum vestigium. Ceterum si lex vel consuetudo ante Codicem viguisset, Auctores iuris canonici de ea sine dubio loquerentur, quia excardinatio et incardinatio pro dioecesium administratione semper magni momenti res erat. Verum Auctores de aequipollente incardinatione tacent, ac de incardinatione in connexione cum beneficio, uti vidimus, nom nisi *dependenter ab ordinatione* tractant, ita ut incardinatio non per benefi-

cium, sed per ordinationem perficiatur. Ita O j etti in 2ª editione *Synopsis rerum moral, et iuris ponti],* de aequipollente incardinatione ne mentionem quidem facit (s. v. Dimissoriae, Excardinatio, Incardinatio, Ordo). Quodsi S. E. Rotae decisio *(Londinen.,* 9 ian. 1912; *A. A. S.,* IV, 249 sq.) in veteri iure aequipollentem incardinationem in usu fuisse asserat, addit tamen: « dummodo certo constaret de voluntate utriusque Episcopi clericum perpetuo et absolute dimittendi eumque item perpetuo et absolute recipiendi », ac propterea non est contra nostram opinionem, quia Rotae assertum tempora respicit ante S. C. C, decr. *A primis,* atque incardinationem tandem voluntate etiam non scripta utriusque Episcopi perfici affirmât, quod et nos pro eo tempore ultro concedimus.

VI. Cum igitur ante S. C. C, decr. *A primis,* aequipollens incardinatio per beneficium residentiale neque ex lege scripta neque ex consuetudine viguerit: eadem revocari non debuit. Sed etiamsi uti lex vel consuetudo generalis revera viguisset, per cit. decr. *A primis,* utpote legem generalem, spectatis eius clausulis revocatoriis, revocata fuisset, uti revocata declarabatur incardinatio praesumpta (S. C. C, *Romana et aliarum,* 15 sept. 1906, ad I quaest.; *A. S. S.,* XXXIX, 486 sq.). Praestat ad rem afferre haec verba ex cit. causa *Viterbien.,* 14 iulii .1905: «Si praesens controversia (in qua beneficii collatio acta est a. 1872) adiudicanda esset ad tramitem decreti S. C. C, a. 20 iul. 1898, quod incardinationem in scriptis *sub poena nullitatis* faciendam esse praescribit, sacerdotem M. ad dioecesim Civitatis Castellanae non esset dubium pertinere» (L. c, p. 208).

VII. Quod demum attinet ad vim can. 114 circa statum facti a. 1918 in casu perseverantem, haec adnotentur:

1. Excardinatio et incardinatio, quamvis a duobus Episcopis fiat, est tamen unus idemque actus iuridicus, nempe quasi-contractus, per quem Episcopus *a quo* subditum sibi clericum in perpetuum dimittit, Episcopus vero *ad quem* eundem subditum in perpetuum recipit. Iam vero unus idemque contractus sub eadem sane lege perfici debet. Revera cum tantopere inter se correlativae sint excardinatio et incardinatio, ut altera sine altera fieri nequeat: nunquam alia lege regebatur excardinatio, alia incardinatio, sed constanter eadem lex, quae normas pro excardinatione praescripserat, simul etiam incardinationis regulas exhibuit.

2. Neque excardinationis et incardinationis invaliditas per Codicem sanabatur, quia Codex, sicut quasi-contractum invalidum repperit, ita etiam, deficiente canonum vi retroactiva (can. 10), invalidum reliquit. Igitur cum aequipollente incardinatione in casu eodem ferme modo res est, sicut cum matrimoniis invalide contractis ante Codicem, obstante aliquo impedimento dirimente, quod per Codicem sublatum est. Nam eiusmodi

matrimonia regebantur iure tunc vigente, quando contracta sunt. Quare, etiamsi partium consensus post Codicem perseveret, matrimonia (seu contractus) per Codicem non reddebantur valida, sed deficiente Codicis vi retroactiva, relinquebantur invalida indigebantque sanatione, ad normam resolutionis Pontif. Commiss, ad Codicis canones authent. interpret., **2-3** iun. **1918**, ad IV, **6**, **7** *{A. A. S.,* **X, 346).**

3. Etiam dato, non concesso, alia lege posse regi excardinationem, alia (nempe, in casu, *Codicis)* incardinationem: ex can. **114** incardinatio in casu sustineri nequit, quia in hac hypothesi clerici incardinatio fieri debuisset per canonicam provisionem beneficii residentialis *tempore quo Codex iam vigere coepit.* Atqui canonica provisio, quae consistit in collatione tituli et completur capta possessione beneficii, in casu fiebat iam ante Codicem^ Ergo etiam propter non impletam conditionem in Codice praescriptam talis incardinatio invalida habenda est. Neque dicas sufficere ipsam beneficii residentialis *retentionem* sub Codice, quia retentio beneficii non est eiusdem *collatio,* quam Codex pro aequipollente incardinatione requirit.

4. Neque ultimo dicatur per can. **114** permitti, ut inchoata a. **1914** incardinatio effectum sortiatur post **19** maii **1918**, ad normam can. **116**, quia can. **116** non habet vim retroactivam. Quod can. **116** dicit: « excardinationem non sortiri effectum nisi secuta incardinatione in alia dioecesi », etiam ante Codicem verum est, sed tunc refertur tantum ad excardinationis et incardinationis leges eo tempore vigentes: id est ad incardinationem mediante ordinatione et ad incardinationem formalem secundum decr. *A primis.* Aliis verbis ante Codicem excardinatio formalis effectum non sortie^-batur nisi secuta incardinatione formali in alia dioecesi. - Quare, etc.

RESOLUTIO. — In plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, habito die **11** iulii **1925**, ad propositum dubium, nimirum:

Ad quamnam dioecesim sac. N. pertinere dicendus sit in casu.

Emi Patres rescribi mandarunt: *Ad dioecesim Cerviensem.*

Facta postmodum Ssmo **Dno** Nostro Pio divina Providentia PP. **XI** relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

f Iulius Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius**

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

10 novembris 1925. — Congregationem religiosam Ursulinarum in Polonia, cuius domus princeps sita est Cracoviae, sub nova forma votorum simplicium ac regimine Moderatricis generalis, *approbavit, itemque, esperimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones ;*

24 novembris 1925. — Congregationis Sororum, quae *Filiae Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis* nuncupantur, cuius domus princeps sita est in loco vulgo *Jazlowiec,* in archidioecesi Leopoliensis *Constitutiones definitive approbavit;*

20 decembris 1925. — Institutum Sororum a Sancta Familia, Tertii Ordinis S. Francisci, nuncupatum, cuius domus princeps sita est in dioe^ cesi Mutilensi, *approbavit, itemque experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones;*

— Instituti Sororum a S. Infante Iesu nuncupati, cuius domus princeps sita est in dioecesi S. Fiori, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Decreto diei 30 decembris 1925, R. D. Angelus Sagarminaga renuntiatus est Praeses Consilii Nationalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Hispania.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DUBIA

DE RESPONSORIA PRIMI NOCTURNI ET DE EVANGELIO DOMINICAE IN FINE MISSAE.

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime proposita sunt; nimirum:

I. Quando resumuntur vel anticipantur Lectiones primi Nocturni de quavis Dominica impedita, debentne semper dici cum suis Responsoriis, etiamsi haec in Dominicis seu Feriis praecedentibus recitata fuerint?

IL In fine Missae de Festo duplici I vel II classis cum Commemoratione de occurrente Dominica debetne recitari Evangelium eiusdem Dominicae, quamvis Missa Dominicae infra hebdomadam resumatur?

III. In fine Missae de Officio diei cum Commemoratione de Missa Dominicae primo infra hebdomadam resumpta debetne omitti Evangelium eiusdem Dominicae?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative,* iuxta novas Rubricas generales Breviarii Romani, tit. I, n. 4; nisi anticipentur Lectiones primi Nocturni de Dominica quinta Octobris, quae dicuntur cum Responsoriis de Feria currenti, iuxta specialem Rubricam.

Ad II et III. *Affirmative,* iuxta novas Rubricas generales Missalis Romani, tit. IX, nn. 1 et 2.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 11 decembris 1925.

£8 A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

***It.* £8** S.

Alexander Verde, *Secretarius,*

II

DUBIUM

DE FORMA PARAMENTORUM

A Sacra Rituum Congregatione nuper exspostulatum est: « An in con« ficiendis et adhibendis paramentis pro Missae sacrificio sacrisque functio« nibus liceat recedere ab usu in Ecclesia recepto, aliumque modum et force mam etiam antiquam inducere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, respondendum censuit: « Recedere non licere inconsulta * « Apostolica Sede: iuxta Decretum seu Litteras circulares Sacrae Rituum « Congregationis ad Rmos Ordinarios datas sub die 21 augusti 1863 ». *

Atque ita, Summo Pontifice Pio XI approbante, rescripsit, declaravit et servari iussit, die 9 decembris 1925.

£g A. **CARD**. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. C. Praefectus.

L. **£8** S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

* *.'En harum litterarum exemplum :*

Eme Domine uti Frater,

Quum, renuntiantibus nonnullis Rmis Episcopis aliisque Ecclesiasticis et Laicis viris, Sanctam Sedem non lateret quasdam in Anglia, Gallus, Germania et Belgio Dioeceses immutasse formam sacrarum vestium, quae in celebratione Sacrosancti Missae Sacrificii adhibentur easque ad stylum quem dicunt gothicum elegantiori quidem opere conformasse; Sacra Congregatio legitimis pro tuendis Ritibus praeposita super huiusmodi mutatione accuratum examen instituere haud praetermisit.

Ex hoc porro examine, quamvis eadem Sacra Congregatio probe nosceret sacras illas vestes stylum gothicum praeseferentes praecipue saecu^ Us XIII, XIV et XV obtinuisse, aeque tamen animadvertit Ecclesiam Romanam aliasque latini ritus per orbem Ecclesias, Sede Apostolica minime reclamante, a saeculo xvi, nempe ab ipsa propemodum Concilii Tridentini aetate, usque ad nostra haec tempora illarum reliquisse usum; simulque,

eadem perdurante disciplina necnon Sancta Sede inconsulta, nihil innovari posse censuit, ut pluries Summi Pontifices in suis edocuere Constitutionibus, sapienter monentes mutationes istas, utpote probato Ecclesiae mori contrarias, saepe perturbationes producere posse, et fidelium animos in admirationem inducere. Sed quoniam Sacrorum Rituum Congregatio arbitrato alicuius ponderis esse posse rationes, quae praesentem immutationem persuaserunt, hinc, audito Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX oraculo, verbis amantissimis invitare censuit Amplitudinem Tuam, ut, quatenus in Tua Dioecesi huiusmodi immutationes locum habuerint, rationes ipsas exponere velis, quae illis causam dederunt.

Interim Amplitudini Tuae fausta omnia a Domino adprecor.

Amplitudinis Tuae

Romae die 21 augusti 1863.

Uti Frater

C. Ep. Portuen. et S. Rufinae **CARD. PATRIZI,** *Praefectus.*

D. Bartolini, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

VIENNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ANGERMEYER-DERTINGER)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Iuliae Dertinger in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94), die I[a] martii 1926, hora II[a], ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Iuliae Dertinger curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

U. Mannucci, *Ponens.*

L. $ S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R, Rotae, die 17 ianuarii 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Madame Julie Dertinger, défenderesse en cette cause, UsTous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le l'* Mars 1926, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Conste-t-ïl de la nullité du mariage dans ce eas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Julie Dertinger, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

METEN.

NULLITATIS MATRIMONII (EHRHARDT-LANGE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Alf ridi Lange in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. E. Eotae (Eoma, via della Dataria, 94), die I[a] martii 1926, hora 12[a], ad concordandum jle dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Alfridi Lange curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

IL Mannucci, *Ponens.*

L. © S. •

Ex Cancellaria Tribunalis S. E. Eotae, die 17 ianuarii 1926.

Ioannes Lad eici, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Monsieur Alfred Lange, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Eote Eomaine (Borna, via della Dataria, n. 94), le l[r] Mars 1926, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Eote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas f

. Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr. Alfred Lange, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 19 gennaio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultóri teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della eausa del martirio e dei segni o prodigi dei Venerabili Servi di Dio Emanuele Ruiz e Compagni, dell'Ordine dei Frati Minori, i quali si asseriscono uccisi in odio alla Fede.

Martedì, 26 gennaio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Venerabile Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice delle Suore della Carità, i quali vengono proposti per la di lei beatificazione.

S. CONGREGAZIONE PER LA CHIESA ORIENTALE

COMUNICATO

Fino dal 20 giugno scorso, mediante comunicazione dell'Emo Cardinale Segretario di Stato all'Emo Cardinale Segretario della S. Congregazione per la Chiesa Orientale, la Santità di Nostro Signore, per rendere più spedito l'esame e il disbrigo delle questioni e cause riguardanti i Russi - sia quelli residenti in patria sia quelli che si trovano all'estero - si è degnata di costituire in seno alla S. Congregazione per la Chiesa Orientale una speciale Commissione, sotto la Presidenza dell'Emo e Rmo Signor Cardinale Segretario della stessa S. Congregazione, e con a capo l'Emo e Rmo Signor Cardinale Luigi Sincero, in qualità di *Ponente stabile* per tutte le suddette cause.

Della stessa Commissione sono stati chiamati a far parte:

Monsig. Isaia Papadopulos, Assessore della S. Congregazione per la Chiesa Orientale;

il Rmo P. Michele D'Herbigny, S. I., Preside del Pontificio Istituto Orientale, con la qualifica di *Consultore speciale;*

e Monsig. Carlo Margotti, Minutante della predetta Congregazione, in qualità di *Minutante speciale.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 gennaio 1926. Il Revmo P, Marco Sales, O. P., Maestro dei Sacri Palazzi Apostolici, e il Revmo P. Luigi Fizzotti, dei Chierici Regolari Passionisti, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti.*

24 » » Il Revmo P. Giuseppe Tosto, Rettore Generale dei Chierici Regolari della Madre di Dio, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Pide.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti Soprannumerari di S. S.:

11 dicembre 1925. Monsig. Lorenzo Mantellini, della diocesi di Cervia.
15 gennaio 1926. Monsig. Ermenegildo Brugnola (Roma).
» » » Monsig. Eliseo Scarabattoli, dell'arehidiocesi di Perugia.
18 » » Monsig. Gioviniano Barreto, della diocesi di Crato.
» » » Monsig. Miguel Ta vares Campos, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Aleramo Cravosio, dell'arehidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Giovanni Vörös, della diocesi di Veszprimia.
» » » Monsig. Andrea Rimanóczy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Michele Horváth, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gaetano Mauro, dell'arehidiocesi di Cosenza.
» » » Monsig. Giovanni Cavigioli, della diocesi di Novara.
20 » » Monsig. Guglielmo Burke, della diocesi di Dunedin.
2.1 » » Monsig. Stefano Kulinski, della diocesi di Vladislavia.
23 » » Monsig. Emmanuele Navarro de Alba, dell'arehidiocesi di Siviglia.
25 » » Monsig. Silvio Boni, della diocesi di Foligno.

Camerieri segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

15 gennaio 1926. Il sig. Guglielmo Giuseppe O'Reilly, dell'archid. di Armagh.
23 » » Il sig. marchese Oddo Pellicano, della diocesi di Gerace.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S.'S.:

18 gennaio 1926. Monsig. José da Lima, della diocesi di Orato.
» » » Monsig. Francesco d'Assisi Feitosa, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Vito Provenzano, della diocesi di Nicastro.
21 » » Monsig. Adamo Jankowski, della diocesi di Vladislavia.
» » » Monsig. Giuseppe Lesnik, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Natanaele Boattini (Roma).

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

li gennaio 1926. Il sig. dott. Agostino Matthis, dell'archidiocesi di Torino.
16 » » Il sig. Jesús Cenai Prieto, della diocesi di Oviedo.
18 » » Il sig. Giuseppe Casinello Damas, dell'archidiocesi di Granada%

Cameriere d'onore extra Urbem:

21 gennaio 1926. Monsig. Vincenzo Gmachowski, della diocesi di Vladislavia.

NECROLOGIO

12 maggio 192-5. Monsig. Guglielmo Kloske, Vescovo tit. di Teodosiopoli di Cappadocia.
17 giugno » Monsig. Giuseppe Beniamino Keiley, Vescovo tit. di Scillio.
22 » » Monsig. Matteo Gibney, Vescovo tit. di Balanea.
7 dicembre » Monsig. Giovanni Maria Camilleri, Vescovo tit. di Modona.
13 gennaio 1926. Monsig. Antonio Hernández, Vescovo tit. di Traili.
22 » » Monsig. Andrea Machado, Vescovo di Guayaquil.
23 » » Emo sig. Card. **DESIDERATO MERCIER**, del titolo di S. Pietro in Vincoli, Arcivescovo di Malines.
26 » » Monsig. Giuseppe Sarsfield Glass, Vescovo di Salt-Lake.

Annus XVIII - Vol. XVIII 1 Martii 1926 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE SACRIS MISSIONIBUS PROVEHENDIS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Rerum Ecclesiae gestarum memoriam animo intento qui repetant, fugere eos nequaquam potest, inde a prioribus reparatae salutis aetatibus, eo praecipuas curas cogitationesque Romanorum Pontificum fuisse conversas, ut evangelicae lucem doctrinae christianaeque humanitatis beneficia populis «in tenebris et in umbra mortis » sedentibus, nullis unquam difficultatibus impedimentisque deterriti, impertirent. Neque enim ad aliud nata Ecclesia est, nisi ut, regno Christi ubique terrarum dilatando, universos homines salutaris redem^ptionis participes efficiat : quisquis autem est, qui Iesu Pastorum Principis vices in terris divinitus gerat, is tantum abest ut dumtaxat in tuendo ac servando, quem regundum accepit, grege dominico possit acquiescere, ut, contra, praecipuo muneri suo desit, nisi alienos externosque Christo lucrari atque adiungere omni contentione nitatur. Divinum profecto mandatum, quo obstrin-

gerentur, docendi baptizandique omnes gentes, nullo non tempore, decessores Nostros sic confecisse constat, ut missi ab iis sacri ordinis homines, e quibus non paucos aut ob vitam sanctissime ductam aut ob factum animose martyrium, publice veneratur Ecclesia, Europam et vix inventas, exploratasque deinceps ignotas terras fide nostra, vario quidem exitu, collustrare studuerint; vario exitu, inquimus; interdum enim contigit, ut, missionalibus paene incassum laborantibus vel caesis eiectisve, quem colere coeperant agrum, idem aut suam vix exueret asperitatem aut, in hortum floribus consitum ante conversus, deinde, sibi ipse relictus, denuo in vepres dumosque, gradatim, abiret. ,— Laetari interea licet, postremis hisce annis, sodalitates illas, quae sacras Missiones apud infideles populos obeunt, novo quodam studio, curas et fructus duplicasse auctisque missionalium laboribus auctam respondisse ab christifidelibus opis subsidiique largitatem. Ad rem non est dubitandum quin magnopere valuerit Epistola illa Apostolica, quam proximus fel. rec. decessor Noster die xxx mensis novembris an. MDCCCCXIX « de fide catholica per orbem terrarum propaganda » ad Episcopos universos dedit; etenim cum ipsorum a Pontifice acueretur ad opitulandum industria ac sollertia, tum sapientissimis monitis Vicarii Praefectique Apostolici docebantur, quae propulsan incommoda, quae a suis officia, ad fructuosiorem sacrae legationis exercitationem, praestari oporteret.

Ad Nos quod attinet, cognitum ac perspectum habetis, Venerabiles Fratres, ab ipsis Pontificatus primordiis, deliberatum Nobis esse nihil non experiri, ut ethnicis gentibus, praelato cotidie latius per apostolicos praecones evangelicae veritatis lumine, unam salutis viam sterneremus. Qua in re duo imprimis desiderari videbantur, utrumque non tam opportunum quam necessarium, alteramque arctissime cum altero coniunctum; scilicet ut multo maior, isque ab variis cognitionibus instructior, in immensas interminatasque regiones, christiani adhuc cultus exsortes, dimitteretur operariorum numerus, itemque ut fideles intellegerent, ad opus tam sanctum ac frugiferum quo animi ardore, qua precum apud Deum

instantia, qua denique liberalitate esset sibi conspirandum. Huc nonne etiam intendebamus, cum in ipsis Aedibus Nostris sacrarum res Missionum publice ad spectandum proponi iussimus? Atque benignissimo Deo illud referimus acceptum, quod, quemadmodum audivimus, iuveniles nonnullorum animi, in eo conspectu et quasi spectaculo cum divinae gratiae tum magnanimitatis ac nobilitatis humanae, primos catholici apostolatus concepere igniculos; et, quae tanta invisentium multitudines inoessit apostolicorum operariorum admiratio, non eam inanem, non ab omni vacuam fructu futuram iam nunc spe bona praecipimus. At vero, ne documenta ac monita maximi ponderis, quae ex ipsis Missionum rebus quasi tacite significantibus exstiterunt, unquam concidant ac pereant, Museum - quod fortasse non ignoratis - ex delectissimis rebus, aptiore quidem modo dispositis, in Aedibus Nostris ad Lateranum constitui decrevimus, eo nempe loco, unde, post datam Ecclesiae pacem, in regiones, quae *albae iam ad messem* viderentur, tot a decessoribus Nostris apostolici viri, sanctitate vitae et religionis studio mirabiles, sunt deinceps dimissi. Quod quidem Museum quotquot invisuri sunt Missionum duces imprimis et gregarii, ut ita dicamus, milites, cum inter se singularum rationes comparaverint, iam ad meliora atque ad maiora spectabunt; qui autem e populo illud adierint, eos putamus non minus commotum iri quam qui Expositionem Vaticanam celebrarent. Interea, ut excitata haec acriter christifidelium erga sacras Missiones voluntas acrius ad agendum incendatur, vos, Venerabiles Fratres, veluti inclamando, operam advocamus adhibitamque volumus vestram; quam, si in alia unquam re collocari decuit oportuitque, at in hoc potissimum genere ne assiduam studiosissimamque récusetis, prohibet vestrae officium dignitatis, et vel pietas in Nos vestra suadet. Quantacumque sane Nobis divino consilio reliqua erit huius lucis usura, Nos habebunt continenter anxios sollicitosque hae apostolici muneris partes; saepe enim reputantes, ethnicos homines ad decies milies centena milia numeran, non habemus requiem spiritui Nostro,[1] et Nobis vide-

[1] II *Cor.*, VII, 5,

mur Nosmet quoque voce illa percelli; *Clamarne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.*[1]

Qui de ovili Christi sunt, eos nihil quicquam curare de reliquis qui extra saepta infeliciter vagantur, quam longe a caritate abhorreat, qua Deum atque homines universos complecti debemus, non est cur multis dicamus. Postulat sane nostrum in Deum caritatis officium non modo ut pro viribus eorum numerum augeamus, qui ipsum cognoscunt et adorant « in spiritu et veritate[2] », sed etiam ut sub amantissimi Redemptoris imperium quamplurimos subiungamus, quo uberior in dies « utilitas in sanguine[3] » eius exsistat, magisque eidem gratificemur, cui quidem nihil esse gratius potest, quam ut homines salvi fiant et ad agnitionem veritatis veniant.[4] Quandoquidem vero Christus hanc discipulorum suorum notam fore edixit peculiarem ac propriam ut diligerent inter se,[5] numne maiorem insignioremque exhibeamus proximis nostris caritatem, quam si eos e superstitionis tenebris educendos germanaque Christi fide imbuendos curaverimus? Hoc immo ceteris caritatis operibus testimoniisque sic praestat, quemadmodum animus corpori, caelum terris, aeternitas tempori antecellit; quod quidem caritatis opus quicumque, quantum in se est, exercet, donum fidei tanti se facere ostendit, quanti aequum est, et gratum praeterea erga numinis benignitatem animum suum patefacit, id ipsum donum, omnium pretiosissimum, et alia quibuscum coniungitur, cum miserrimis ethnicis communicando. Quodsi eiusmodi officium delectare nullus e fidelium communitate queat, num clerus possit, qui sacerdotium et apostolatum Christi Domini, miro ipsius delectu ac concessu, participat: num vos, Venerabiles Fratres, possitis, qui, pro vestra cuiusque parte, christiano clero et populo, sacerdotii plenitudine insignes, divinitus praeestis? Legimus equidem, non uni Petro, cuius Cathedram obtinemus, sed omnibus Apostolis,

[1] ISAI., LVIII, 1.
[2] IOAN., IV, 24.
[3] *Ps.* 29, 10.
[4] I *Tim.* II, 4.
[5] IOAN., XIII, 35; XV, 12.

quorum vos in locum successistis, Iesum Christum praecepisse: *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae:* [1] unde liquet, propagandae fidei curam ita ad Nos pertinere, ut in laborum societatem Nobiscum venire Nobisque hac in re adesse, quantum singularis ac propria vestri perfunctio muneris sinit, sine ulla dubitatione debeatis. Itaque ne gravemini, Venerabiles Fratres, Nobis paterno animo hortantibus pie obsequi, **a** quibus rationem tantae rei haud exiguam Deus aliquando repetet.

Atque primum, alloquendo id scribendoque efficite, ut apud vestros sanctam inducatis et sensim increbrescere iubeatis consuetudinem cum rogandi *Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam,* [2] tum caelestis luminis et gratiae precandi infidelibus adiumenta; consuetudinem, inquimus, ac stabilem perpetuumque usum, quem nemo non videt multo plus, quam preces aut semel aut identidem indictae, apud divinam misericordiam posse ac valere. Elaborent quidem in traducendis ad catholicam religionem ethnicis et desudent et vel vitam profundant evangelii praecones; industriam, sollertiam artesque omne genus humanas adhibeant; at vero nihil iidem profecturi sunt, omnia in irritum cadent, nisi gratia Deus sua infidelium tetigerit animos mollitosque ad se traxerit. Facile autem intellegitur, quemadmodum orandi copia nulli non datur, ita hoc Missionum praesidium ac quasi alimentum in potestate esse omnium; atque idcirco rem feceritis ab optatis Nostris et a popularium ingenio sensuque haud alienam, si iusseritis, exempli gratia, Mariali Rosario aliisque eiusmodi precibus, in curialibus ceterisque templis, aliquam unam pro Missionibus et pro ethnicis ad fidem deducendis precationem accedere atque adiungi. In id ipsum, Venerabiles Fratres, pueri praecipue et sacrae virgines advocentur, incendantur; cupimus scilicet, ut in Asylis, in orphanothropheis, quae vocant, in puerilibus ludis et conlegiiSj itemque in omnibus religiosarum feminarum domibus vel coenobiis cotidie sursum adscendat oratio, et descendat in tot

[1] MARC, XVI, 15.

[2] MATTH., IX, 38,

infelices homines, in tam crebras etlmicorum gentes Dei miseratio; innocentibiis enim casteque viventibus quidnam abnuat Pater caelestis ac deneget? Nec alioqui diffidendum, in teneriores puerorum animos, quotquot, cum primum flos caritatis emergit, pro aeterna infidelium salute orare assuescant, posse appetentiam apostolatus, Dei numine, insinuari: quae, si accurate foveatur, datura fortasse est, successu temporis, operarios apostolico muneri non impares.

Rem vix attingimus sane dignissimam, in quam, Venerabiles Fratres, perdiligentem ipsimet considerationem intendatis. Nullum putamus esse, qui ignoret, detrimenta profecto haud par^a fidei propagationem e recenti bello cepisse, cum e missionalibus alii, domum revocati, per immanis conflictionis vices occubuerint, alii, e suo laborum campo deturbati, territorium quisque suum diu incultura reliquerint: quae quidem detrimenta ac damna non tam reparari oportuit hodieque oportet, quam res in pristinum restitui, immo etiam provehi atque amplificari. Praeterea, sive infinitas locorum magnitudines spectemus, quae christianae humanitati nondum patuere, sive ingentem eorum numerum, qui redemptionis beneficiis ad hunc diem carent, sive necessitates et difficultates, quibus missionales, pro eorum paucitate, implicantur ac praepediuntur, eo concordes Episcoporum catholicorumque omnium conatus ferri oportet, ut sacrorum legatorum numerus augeatur et multiplicetur. Si qui igitur in dioecesi cuiusque vestra aut adulescentes aut clerici aut sacerdotes ad apostolatum eiusmodi praecellentissimum vocati divinitus videantur, propensis eorum consiliis studiisque gratia et auctoritas vestra obsecundet, nedum aliquo pacto obsistatis. Liceat quidem vobis, animo integro, probare spiritus si ex Deo sint;[1] at si saluberrimum propositum Deo auctore haberi coepisse et maturescere iudicaveritis, iam nulla vos aut cleri penuria aut dioecesis necessitas exanimet atque ab consentendo detineat, cum populares vestri, salutis adiumenta ad manum, ut ita dicamus, habentes, longe absint minus a salute, quam ethnici, ii praesertim qui in sua feritate ac barbaria consi-

[1] I IOAN., iv, 1.

stunt. Data vero eius rei occasione, aequo animo, ob Christi animarumque caritatem, alicuius e clero iacturam faciatis, si quidem iactura dicenda est; quem enim amiseritis adiutorem laborumque vestrorum socium, eundem, vel copiosiore gratiarum in dioecesim effusione vel aliis excitatis sacri ministerii tironibus, divinus Ecclesiae Conditor profecto supplebit.

At tamen ut cum ceteris pastoralis officii curis huiusmodi negotium apte componatur, Consociationem cleri Missionalem apud vos aut iubeatis constitui aut iam constitutam ad acriorem in dies actionem consilio, hortatu, auctoritate vestra incitetis. Quam quidem Consociationem, octavo ante anno providentissime conditam, cum proximus decessor Noster multis indulgentiae muneribus auxerit et in dicione Sacri Consilii christiano nomini propagando esse voluerit, tum Nosmet, in plurimas orbis catholici dioeceses, postremis hisce annis, diffusam, non uno pontificalis benevolentiae testimonio honestavimus. Quotquot enim de ea sunt sacerdotes - atque ad suam condicionem accommodate, sacrarum disciplinarum alumni - ii, pro instituto suo, fidei donum innumerabili etlmicorum multitudini et ipsimet, inter sacra potissimum, implorare et ad implorandum aliis auctores esse; quoties et ubicumque licuerit, de apostolatu ad infideles provehendo aut contionari apud populum aut curare identidem ut, statis diebus ac coetibus, communiter fructuoseque agatur; opuscula in rem edita vulgo propagare; in quibus eiusdem apostolatus semina auspicato inesse animadverterint, iis ad congruentem institutionem eruditionemque expedire aditum; in suae dioecesis finibus Opus a Fidei Propagatione et duo illa, quae huic tamquam subsidiaria inserviunt, quoquo pacto fovere. Quantum vero stipis adhuc Consociatio cleri Missionalis ad opitulandum iis ipsis operibus conrogaverit, quanto plus posthac - crescente in annos singulos largitate fidelium - sperare iubeat, vos, Venerabiles Fratres, non praeterit, quorum plerisque, pro uniuscuiusque territorio, patronis atque impulsoribus utitur; optandum tamen, ut nullus iam sit clericus qui huiusmodi caritatis flamma sit expers. Etenim Operi a Fidei Propagatione, aliorum quidem omnium, quae ad sacras Missiones

pertinent, sane principi, quod, incolumi piissimae feminae, quae eam condidit, et Lugdunensis urbis gloria, huc, novata ordinatione, transtulimus et romana veluti civitate donavimus, ea christianus populus liberalitate subveniat oportet, quae multiplicibus Missionum, quae nunc sunt, quaeque iis deinceps accèdent, necessitatibus omnino respondeat. Quae profecto necessitates quot quaiitaeque numerentur, qualis sit plerumque evangelii praeconum inopia, ex ipsa Vaticana Expositione satis apparebat, at fortasse ne perspexere quidem bene multi, oculis copia, novitate ac pulcritudine rerum propositarum praestrictis. Ne vos igitur, Venerabiles Fratres, pudeat pigeatve, quasi mendicos pro Christo animarumque salute fieri, et, scripto profectaque ex medullis eloquentia popularibus instare vestris, ut quam Opus a Fidei Propagatione quotannis colligit messem, eandem munifificentia et benignitate sua multiplicent multoque faciant auctiorem. Cum, ceteroqui, nulli tam inopes aut nudi habendi sint, nulli tam infirmi aut ieiuni aut sitientes, quam qui Dei cognitione gratiaque carent, nemo non videt, qui misericordiam egentissimis omnium hominibus exhibuerint, eos divina misericordia et remuneratione non posse destitui.

Operi autem a Fidei Propagatione principi duo alia adiuncta sunt, ut diximus, quae, cum Apostolica Sedes fecerit sua, christifideles prae ceteris operibus, quae peculiare aliquid sibi propositum habent, conrogata collatave stipe adiuvent ac sospitent, alterum scilicet a S. Infantia, alterum a Petro Apostolo nuncupatum. Illius est, ut habent omnes exploratissimum, pueros nostros asciscere, qui peculium suum reponere assuescant praesertim infidelium infantibus, ubicumque eos proiici vel necari contingit, reclimendis catholiceque educandis; huius vero et precibus et collecta pecunia efficere, ut delectos indígenas in Seminariis rite excoli et ad sacros Ordines evehi liceat, quo ipsorum tribules facilius, successu temporis, ad Christum traducantur vel in fide confirmentur.

Petriano huic sodalicio, ut nostis, Teresiam ab Infante Iesu haud multo ante caelestem patronam attribuimus, utpote quae,

cum in terris claustralem vitam ageret, unum vel alterum missionalem, sibi, quasi quodam adoptionis iure, adiuvandum sumpsisset, pro quo et preces et voluntarias vel praeceptas corporis castigationes et praecipue vehementes morbi, quo laborabat, cruciatus Divino Sponso offerre consueverat. Atque, auspice Lexoviensi virgine, uberiores rei fructus Nobis pollicemur: quo in genere magnopere laetamur, quod Episcopis bene multis placuit inter socios Operis perpetuos se numerari et quod Seminaria aliique catholicorum iuvenum coetus aliquem unum clericum indigenam communi suo ipsorum sumptu alendum instituendumque suscepere.

Utrumque sane Opus, quod recte subsidiarium Operis principis appellari solet, ut Episcoporum sollertiae fel. rec. decessor Noster Benedictus XV per Epistolam Apostolicam, quam memoravimus, commendavit, ita Nos vobis commendare non desinimus; quibus suasoribus, confidimus, christifideles neutiquam passuros, se ab acatholicis, qui errorum suorum propagatoribus tam large adsunt, liberalitate vinci ac superari.

Iam ad vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, sermonem convertimus, qui, ob gestam diu, laboriose prudenterque sacram inter ethnicos legationem, digni facti estis, qui vicariatibus ac praefecturis apostolica auctoritate praeficeremini. Atque ut affari vos aggrediamur, quae in universum incrementa, annis proxime superioribus, cepere Missiones, vestrae debita caritati ac sollertiae, ea vobis et evangelii nuntiis, quos regitis ac moderamini, summopere gratulamur. Praecipua sane, quae incumberent vobis officia, quaeque vitanda essent in perfunctione eorum incommoda proximus decessor Noster tam sapienter magnificeque docuit, ut nihil supra potuisset; placet tamen, quid de quibusdam rebus sentiamus, vobiscum, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, communicare.

Ac primum omnium, cogitationes eo vestras revocamus, quanti intersit, indigenas in clerum cooptari: quod nisi pro viribus effeceritis, non tam mancum fore censemus apostolatum vestrum, quam Ecclesiae in regionibus istis constitutioni atque ordinationi diutius moram allatum iri ac tarditatem. Oui quidem ne-

cessitati libenter fatemur atque agnoscimus alicubi consuli ac provideri coeptum Seminariis excitandis, ubi optimae spei adulescentes indigenae ad adipiscendam sacerdotii dignitatem atque ad suae stirpis homines fide christiana imbuendos recte instituuntur ac conformantur; verumtamen ab iis rei progressionibus, quas haberi necesse est, nimio longius absumus. Meministis quaenam fel. rec. decessor Noster Benedictus XV hac in re conquestus sit: « Dolendum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse nonnullos, mature Evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emerserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari Evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint ».[1]

Nunquam fortasse perpensum satis est, qua via et ratione cum Evangelium propagari tum Ecclesia Dei ubique gentium constitui coeperit; quod cum leviter, in claudenda publice Expositione Missionaria, ut aiunt, attingeremus, monebamus, ex primis christianae antiquitatis litterarum monumentis manifesto apparere, clerum novae cuivis fidelium communitati ab Apostolis praepositum, non aliunde importatum, sed ex natis in ipsa regione electum atque adscitum. Quod autem vobis adiutoribusque vestris apostolicum munus Romanus Pontifex concredidit christianae veritatis ethnicis gentibus praedicandae, non idcirco putetis sacerdotes indígenas in id unice esse oportere, ut missionalibus in minoris momenti ministeriis adsint eorumque actionem aliquo pacto compleant. Quorsum, quaesumus, sacrae Missiones pertinent, nisi ut in tanta immensitate locorum Ecclesia Christi instituatur ac stabiliatur? Et unde haec apud ethnicos hodie constabit, nisi ex omnibus iis elementis, ex quibus apud nos olim coaluit, id est ex suo cuiusque regionis et populo et clero, suisque religiosis viris ac feminis? Curnam clerus indigena ab eo,

[1] **Ep. Ap.** ***Maximum illud.***

qui proprius et nativus ipsius est, agro colendo, scilicet a populi sui gubernatione arceatur[1]? Iam ut vobis liceat ad alios aliosque infideles Christo lucrandos cotidie expeditioribus progredi, nonne proderit vehementer, sacerdotibus indigenis stationes custodiendas uberiusque excolendas relinquere? Immo etiam, in regno Christi latius proferendo, quam maxime iidem praeter que omnem exspectationem profecturi sunt. « Nam sacerdos indigena - ut verbis Nostri ipsius decessoris utamur -, utpote qui ortu, ingenio,^ sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam; multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam eis persuaden queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet[1] ». Quid quod missionales externi, ob inchoatam sermonis cognitionem, sensa quidem sua exprimere interdum prohibentur adeo, ut valde praedicationis suae vis atque efficacitas infirmetur? Huc profecto aliae accedunt incommodorum causae, quorum aequam rationem habeamus oportet, licet aut ea rarius incidere aut non magno negotio amoveri posse videantur. Fac, ex bello aliisve politicis eventis in alicuius Missionis territorio alterum regimen alteri suffici, et aut posci aut decerni missionalium exterorum e certa quadam natione discessum: fac item - quod sane difficilius eveniet - indígenas, qui ad altiorem humanitatis gradum pervenerint et civilem quandam maturitatem attigerint, velle, ut sui iuris fiant, externae civitatis sibi imperantis et procuratores et copias et missionales ab suo territorio exigere, idque aliter, quam vi adhibita, impetrare non posse. Quae tum, rogamus, impenderet per eas regiones Ecclesiae pernicies, nisi, quasi quodam rete sacerdotum indigenarum per totum territorium disposito, necessitatibus plebis Christo adiunctae esset plene consultum? At praeterea - neque enim praesenti rerum condicioni minus illud Christi congruit: *Messis quidem multa, operarii autem pauci*[2] - vel ipsa Europa, unde plerique missionalium proficiscuntur, clero

[1] Ep. Ap. ***Maximum illud.***

[2] **MATTH., IX, 37;** Luc, **X, 2.**

hodie eget, eoque magis eget, quo pluris interest, adiuvante Deo, dissidentes fratres ad Ecclesiae unitatem restitui et acatholicis errores suos eripi; nec quisquam ignorat, ad sacerdotalem vel religiosam vitam si quidem haud minor in praesenti adulescentium numerus, quam antea, vocatur, tamen divini afflatus permotioni numerum parere longe minorem.

Ex hisce, quae memoravimus, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, efficitur, eam sacerdotum indigenarum copiam territoriis vestris suppetere oportere, quae, nulla cleri adventicii habita ratione, cum ad propagandes christianae societatis fines, tum ad communitatem fidelium e sua natione regundam ipsa per se satis valeat. Alicubi quidem, ut paulo ante significavimus, Seminaria erigi coepta sunt alumnis indigenis excipiendis, et ea pleraque medio sita loco inter finítimas Missiones, uni eidemque Ordini vel Congregationi commissas; atque illuc adulescentes Vicarii ac Praefecti Apostolici mittunt singuli lectissimos, sumptu cuiusque suo alendos, quos sacerdotio initiatos et ad sacra idoneos ministeria aliquando recipiant. Itaque quod alicubi a nonnullis inchoatum, id ab omnibus, qui Missionibus praesunt, haud dissimili ratione perfici non tam cupimus quam volumus et iubemus: ut ex indigenis nullus bonae spei sit, quem ab sacerdotio et apostolatu, utique a Deo instinctum vocatumque, arceatis. Certe, alumnos rite instituendos quo plures delegeritis- et plurimos delegi omnino opus est - eo vos maiorem facere sumptum cogemini: verum, ne animo concidite, amantissimo hominum Redemptori confisi, cuius providentia futurum, ut, aucta catholici orbis liberalitate, Apostolicae Sedi ne desit unde vobis, ad saluberrimi effectum consilii, largius opituletur.

At si curandum, ut alumnorum indigenarum frequentia sit unicuique vestrum quam maxima, eos praeterea rite effingere atque excolere studete ad sanctitatem sacerdotali vitae congruentem ad eumque apostolatus spiritum cum studio fraternae salutis coniunctum, ut parati sint vel vitae iacturam pro tribulibus civibusve suis facere. Summopere tamen interest, eos uno tempore de disciplinis profanis ac sacris non confusam

atque mcompositam, non breviorem et quasi compendiariam institutionem suscipere, sed per usitatum studiorum curriculum bona doctrinarum copia instrui. Quos enim et integritate vitae ac pietate conspicuos et ad sacra ministeria apprime aptos et peritissimos divinarum legum magistros intra Seminarii saepta effeceritis, ii non modo apud suos, vel optimates litteratosve homines, in honore erunt, sed etiam paroeciis ac dioecesibus tandem aliquando, vixdum Deo placuerit, constituendis nihil quicquam obstabit quominus auspicato praeponantur. Perperam sane iudicat quisquis eiusmodi indígenas quasi inferioris generis ac retusi ingenii homines habet. Etenim diu experiundo cognitum est, populos, qui dissitas orientales australesque incolunt regiones, interdum nostris non cedere, atque etiam certare mentis acie et contendere cum his posse; quodsi in hominibus ex intima barbaria summam fere tarditatem reperias, id quasi quadam necessitate fit, cum ad cotidianas vitae necessitates, sane exiguas, eorum intellegentiae usus contrahatur. Cuius quidem rei si vobis licet, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, esse testibus, at Nos quoque fidem afferre possumus, quorum paene ante oculos indigenae, quotquot in urbanis conlegiis ad omne genus disciplinas instituuntur, non tam ceteris alumnis celeritate ingenii sunt pares doctrinaeque fructibus, quam saepe antecedunt ac praestant. Est praeterea cur sacerdotes indigenas ne patiamini inferiore veluti loco haberi et humilioribus ministeriis addici, quasi non eodem ipsi, ac missionales vestri, sacerdotio potiantur, aut non sint eiusdem omnino apostolatus participes; quin etiam eos in oculis ferte, ut qui conditis vestro sudore ac labore Ecclesiis futurisque catholicorum communitatibus praeesse aliquando debeant. Quamobrem europaeos inter et indigenas missionales nihil esto discriminis nullusque distinctionis temiinus intercedito, sed alteri cum alteris reverentia et caritate copulentur.

Quod autem, ut supra monuimus, ad ordinandam in populis vestris Ecclesiam Christi, omnia, ex quibus ipsa divino consilio conflatur, elementa adhiberi necesse est, ex hoc consequitur, in potioribus officii vestri partibus eam numerari, ut religiosas ex

utroque sexu sodalitates indigenas instituatis: quos enim novos Christi asseclas superno Deus afflatu tetigerit atque ad altiora impulerit, quidni iidem consilia evangelica profiteantur? In quo ne missionales, ne religiosas feminas, in ipso agro vestro laborantes, Instituti cuiusque sui caritas, honesta sane ac recta, plus aequo abripiat atque a latiore rerum comprehensione detineat. Si qui enim indigenae sunt, qui in veteres Sodalitates cooptari cupiant, modo ad imbibendos earum spiritus et non degenerem dissimilemve in regionibus suis subolem gignendam apti videantur, eos a consilio dehortari atque ab re prohibere nefas esto; verumtamen integre religioseque consideretis, utrumnam expediat, novas potius condi Sodalitates, quae cum ingenio studiisque indigenarum et cum locorum rerumque condicione aptius cohaereant.

Nec alia de re silendum, quae ad evangelii propagationem permagni referat: quantum scilicet proderit, catechistarum multiplicari numerum — sive ex europaeis, sive, potius, ex indigenis deligantur — qui missionalibus operam navent suam, catechumenos potissimum erudiendo et ad baptismum comparando: quos quidem catechistas quales esse oporteat, ut non tam verbo quam vitae exemplo infideles ad Christum alliciant, dicere vix attinet. At vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, certum decretumque sit, eos accurate instituere, ut doctrinam catholicam calleant, et, cum eam proponent atque explanabunt, ad mentem intellegentiamque auditorum accommodare se sciant: quod facturi eo commodius sunt, quo indigenarum naturam interius perspexerint.

De adlectis adlegendisve laborum vestrorum consortibus cum usque adhuc locuti simus, unum hoc in genere restat ut studiosae voluntati vestrae insinuetur: quod si quidem ad effectum deducatur, censemus fidei ocius dilatandae esse haud mediocriter profuturum. Quanti equidem contemplativam Nos vitam, quam vocant, faciamus, testis satis superque est Constitutio illa Apostolica, qua legem Cartusiensis Ordinis propriam, pontificali inde ab initio auctoritate probatam, altero ante anno, post exactam ad Codicis canones emendationem, Apostolicae confirmationis robore perlibenter munivimus. Austerior sane ista vitae contemplati-

vae consuetudo ut in Missionum territoria, conditis coenobiis, inducatur latiusve provehatur, summos horum Ordinum moderatores, quemadmodum Nosmet impense adhortamur, sic vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, opportune importune rogando, curatote; solitarii enim ii viri mirum quantum caelestium gratiarum vobis laboribusque vestris conciliabunt. Atque dubitare non licet quin eiusmodi monachi locum opportunum apud vos nanciscantur, cum incolae, alicubi potissimum, etsi maximam partem ethnici, natura sint ad solitudinem et ad orandum contemplandumque proclives. Qua in re animo obversatur Nostro magnum illud coenobium, quod Cistercienses Reformati de Trappa in vicariatu apostolico Pekinensi condidere; ubi centum fere monachi, quorum plerique Sinenses, perfectissimarum exercitatione virtutum, assiduitate precum, vitae asperitate laborisque tolerantia, ut Dei numen sibi et infidelibus placando propitiandoque demerentur, ita hos ipsos, per exempli efficacitatem, Christo lucrifaciunt. Unde luce clarius apparet, anachoretas nostros, lege ac spiritu Conditoris, sui prorsus incolumi nullamque vitae actionem experiundo, posse haud parum momenti ad prosperiorem sacrarum legationum exitum cotidie afferre. Quodsi Ordinum id genus gubernatores vestris postulationibus morem gesserint et sedes suorum, ubicumque de communi consilio placuerit, collocaverint, rem fecerint et tantae ethnicorum multitudini imprimis salutarem et Nobis, ultra quam credibile est, acceptam et gratam.

Iam ad nonnulla, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, gradum faciamus, quae ad meliorem Missionum temperationem pertinent: quo in genere si qua proximus decessor Noster haud dissimilia dudum docuit ac monuit, idcirco ea iterare placet, quia magno fore ad fructuosam apostolatus exercitationem praesidio iure meritoque censemus.

Itaque cum catholici inter ethnicos apostolatus magnam partem in vos recidat exitus, res aptius volumus a vobis ordinari, ut facilior posthac ad christianae sapientiae propagationem pateat aditus et numerus eorum augeatur quibus ea feliciter collucet. Sacros igitur praecones ita vobis cordi sit dispertire, ut nulla terri-

torii pars ab evangelii praedicatione vacet et in aliud tempus excolenda reservetur. Quare longius, per mansiones, procedite, missionalibus in aliquo loco, quasi quodam centro, constituendis, quem locum minores undique stationes circumstént, uni saltem catechistae commissae et sacra aediculâ auctae, quas missionales e sede media identidem, stato scilicet tempore, ministerii causa, adeant atque invisant.

Meminerint interea evangelii praecones, haud secus sibi ad indigenas accedendum, ac Divinus Magister cum populo in terris se gessit. Qui, ante quam turbas doceret, aegros sanare consueverat : *Omnes male habentes curavit ;*[1] *Et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes ;*[2] *Misertus est eis, et curavit lánguidos eorum.*[3] Atque id ipsum, facta potestate, Apostolis imperavit: *Et in quamcumque civitatem intraveritis... curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: appropinquavit in vos regnum Dei;*[4] *Egressi cmtem circuihant per castella evangelizantes et curantes ubique.*[5] JSTe obliviscatur quidem missionales, quam se Iesus benignum amabilemque infantibus puerisque praeberet: quos cum discipuli increpuissent, praecepit ne ad ipsum venire prohiberent.[6] Ad rem id commemorare libet, quod alias diximus: missionales nimirum, qui Deum infidelibus praedicant, probe nosse, in iis quoque regionibus — ut facile caritatis officiis capiuntur humana corda — quisquis publicam valetudinem curat aegrotantibusque medetur, quisquis infantibus ac pueris blanditur, hunc profecto hominum sibi benevolentiam studiumque conciliare.

Atque ut ad ea quae modo attigimus redeamus, si iis in locis, ubi sedem domiciliumque ipsorum vestrum, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, constituentis, itemque in amplioribus ob incolarum numerum stationibus, domum Dei et cetera Missionis aedificia latius patere opus est, vitandum tamen, ne sumptuosa magnique

[1] MATTH., VIII, 16.
[2] MATTH., XII, 15.
[3] MATTH., XIV, 14.
[4] Luc, X, 8-9.
[5] Luc, IX, 6.
[6] MATTH., XIX, 13-14.

pretii ant templa ant aedificia excitentur, quasi cathédrales aedes et episcopales domus futuris dioecesibus comparatae; haec suo qui» dem tempore commodius. Numne ignoratis, in certis quibusdam dioecesibus iam pridem canonice erectis, templa eiusmodi ac domicilia aut paulo ante fuisse exstructa aut in praesenti exstrui? Nec recte ac pro vide aut in principem aliquam stationem aut in eum, quem incolitis ipsimet, locum instituta atque opera coguntur ac veluti conglobantur, quaecumque bonum animorum ac corporum tuentur; nam si magni sint momenti ac ponderis, iam vestram vel missionalium vindicare adeo sibi praesentiam ac sollicitudinem possunt, ut saluberrima totius territorii, evangelii causa, lustratio gradatim remittat ac desinat. Quoniam vero horum operum mentio huc incidit, praeter hospitia vel conclavia aegris curandis remediis ve diribendis, et litt erarios elemento^ rum ludos — quae quidem instituta nusquam desiderari patiemini — praestat, iis qui ex pueris excesserint, nisi agrorum cultionem suscipiant, ad altiores disciplinas vel ad operosas praesertim artes, in scholis per vos conditis, aditum fieri. Atque hoc loco hortamur, ne optimates regionis, eorumque subolem, neglegatis. Esto quidem, ab humilioribus e plebe verbum Dei eiusque praecones facilius admitti; esto, Iesum Christum de se testificatum *esse: Spiritus Domini________evangelizare pauperibus misit me.** Sed, praeterquam quod debemus illud Pauli ante oculos habere propositum: *Sapientibus et insipientibus debitor sum,*[2] usu atque experientia praeterea docemur, primoribus civitatis ad Christi religionem semel traductis, tenuiores e populo eorum vestigiis facile ingredi.

Quod autem postremo occurrit, id, Venerabiles Fratres, Due* cti Filii, ut est gravissimum, pro cognito ac perspecto, quo flagratis, religionis animarumque salutis studio, piis accipite ani* mis atque ad prompte obtemperandum compositis. Territoria ea quidem, quorum curam navitati Apostolica Sedes vestrae demandava ut ea Christo Domino adiungeretis, cum sint plerumque

[1] Luc, IV, 18.

[2] *Rom.,* I, 14.

amplissima, fieri interdum potest, ut missionalium ex Institutis cuiusque vestris longe inferior sit numerus quam necessitas postulet. Ne igitur dubitetis, quemadmodum in dioecesi rite constituta solent Episcopo alii ex alia Sodalitate aut clericali aut laicali religiosi viri, aliae ex alia Congregatione Sorores, adesse atque auxiliari, ita in propagationem christianae Fidei, ad institutionem iuventutis indigenae, ad ceteras huiusmodi utilitates promovendas, laborum socios advocare atque adsciscere religiosos sodales ac missionales qui e vestro sodalicio non sint, sive ii sacerdotii potiantur, sive ad laicalia, quae vocant, Instituta pertineant. Sancte quidem glorientur Ordines ac Congregationes religiosae cum de sibi data ad ethnicos populos missione, tum de partis ad hunc diem Christi regno accessionibus; at meminerint, se territoria Missionum non iure quodam proprio ac perpetuo accepisse, sed ad Apostolicae Sedis nutum habere, cui propterea et ius et officium incumbit rectae et plenae eorum cultioni prospiciendi. Nec igitur Romanus Pontifex apostolico muneri hoc unice satisfaciat si territoria maioris minorisve magnitudinis alia inter alia Instituta distribuat; sed — quod pluris interest — nullo non tempore omnique sua cura providere debet, ut ea ipsa Instituta tot missionales ac, potissimum, tales in regiones sibi creditas dimittant, qui his, qua late patent, christianae veritatis luce complendis abunde sufficiant atque efficacem dent operam. Quoniam vero Divinus Pastor gregem suum requiret de manu Nostra, quotiescumque necessarium vel opportunius utiliusque ad proferendos Ecclesiae sanctae fines videbitur, territoria Missionum cum de altera in alteram Sodalitatem transferre, tum iterum iterumque partiri, et clero indigenae aliisve Sodalitatibus novos vicariatus ac praefecturas committere neutiquam cunctabimur.

Iam reliquum non est, nisi ut vos omnes, Venerabiles Fratres, quotquot per catholicum orbem pastoralis muneris et sollicitudines et solacia Nobiscum participans, denuo hortemur, velitis iis, quas diximus, artibus praesidiisque sacras Missiones adiu-

Vare, ut eaedem, quasi quadam renovatione virium, messem in posterum afferant multo uberiorem. Communibus autem benigne adrideat faveatque coeptis sanctissima Regina Apostolorum Maria, quae, cum homines universos in Calvaria habuerit materno animo suo commendatos, non minus eos fovet ac diligit, qui se fuisse ab Christo Iesu redemptos ignorant, quam qui ipsius redemptionis beneficiis fruuntur feliciter.

Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xxvin mensis Februarii anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

CHIROGRAPHUS

AD EMUM P. D. PETRUM, TITULO S. LAURENTII IN LUCINA PRESB. CARD. GASP ARRI, A SECRETIS STATUS.

Eminentissimo Signor Cardinale,

Si è annunciato che le proposte formulate dalla Commissione Ministeriale circa la legislazione ecclesiastica in Italia siano per essere tradotte in appositi disegni di legge dal Ministero della Giustizia e poi presentate al Parlamento. Si tratta, com'Ella ben sa, di quella riforma della legislazione ecclesiastica della quale si è più volte pubblicamente trattato nella stampa. Dal fatto che periti ecclesiastici furono invitati a far parte della Commissione costituita per lo studio e la preparazione della detta riforma, si è voluto argomentare e far credere che la riforma stessa venisse studiata e preparata d'accordo colla Santa Sede e colla suprema Autorità ecclesiastica; ma già fu più di una volta chiaramente dimostrato che l'argomentazione non correva e non esisteva l'accordo, non avendo gli accennati periti ecclesiastici ricevuto alcun mandato. Che se i loro Superiori lor diedero licenza di aderire all'invito, bene quelli fecero, non sapendosi che cosa precisamente si pensasse di fare nè da quali premèsse si volesse partire ed a quali risultati arrivare. Delle quali cose quando si ebbe poi sufficiente notizia, si ebbe pure nuova conferma delle non rette nè vere conclusioni che se ne traevano in ordine all'accordo ed alla cooperazione della suprema Autorità ecclesiastica; nè poteva pertanto mancare n è mancò infatti il rinnovarsi delle opportune osservazioni e rettifiche in piena conformità al Nostro pensiero, pur tenendosi il dovuto conto delle migliorie e degli alleviamenti che la più volte ricordata riforma sembrava annunciare alla Chiesa ed al Clero in Italia.

Ora che le proposte vogliono tradursi in legge e si vuol quindi per necessità di cose legiferare su materie e persone che sotto-

stanno, almeno in principalità, alla sacra potestà da Dio a Noi affî'data, Ci impone il debito del ministero apostolico, del quale a Dio stesso ed a Dio solo rispondiamo, di dire e dichiarare che su tali materie e persone non possiamo riconoscere ad altri diritti e potestà di legiferare, se non previe le convenienti trattative ed i legittimi accordi con questa Santa Sede e con Noi.

E certamente nessuno al mondo si indurrà facilmente a pensare ed a credere che senza tali trattative e tali accordi col Sommo Pontefice Romano siasi da uomini cattolici in questa stessa Roma preteso di dare nuovo assetto legale alla Chiesa cattolica in Italia; giacche di questo appunto si tratta ora e non più soltanto di uno od altro provvedimento come quelli intesi a restituire alla scuola di un popolo cattolico l'insegnamento religioso, al Clero ed alle chiese qualche parte del già maltolto. Quale accoglienza Noi riserbiamo a provvedimenti di tal sorta, abbiamo, non ha molto, chiaramente lasciato intendere parlando in solenne occasione, vogliamo dire nell'allocuzione concistoriale del giorno 14 dicembre 1925; ma nessuna conveniente trattativa, nessun legittimo accordo ha avuto luogo nè poteva o potrà luogo avere finche duri la iniqua condizione fatta alla Santa Sede ed al Romano Pontefice.

Queste cose abbiamo giudicato opportuno e necessario comunicare a Lei, Signor Cardinale, perchè ne faccia a sua volta le opportune e necessarie partecipazioni; e di cuore Le impartiamo la Apostolica Benedizione.

18 Febbraio 1926.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

EVECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE UCAYALI IN PERUVIA IN VICARIATUM APOSTOLICUM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi apostolatus officium divinitus gerentes, ex hac Divi Petri Cathedra, sublimi tanquam e specula, in omnes orbis catholici regiones vel longo terrarum marisque tractu seiunctas, oculos mentis Nostrae convertimus et quae ibidem rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, sollicito ac paterno studio decernere maturamus. Iam vero cum praefectura apostolica de Ucayali, quae prima inter ceteras missiones Peruvianas erecta fuit, assidua praesertim ope Missionariorum Ordinis Fratrum Minorum insigne ceperit incrementum, adeo ut opportunum videatur eandem praefecturam ad gradum Vicariatus Apostolici promovere, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quae infra scripta sunt statuenda censuimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de *Ucayali* in Peruvia, eisdem nomine et confiniis servatis, Vicariatum Apostolicum edicimus atque instituimus.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis iulii anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO NILI SUPERIORIS ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KAVIRONDO IN AFRICA CENTRALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut, aucto pastorum numero, christiani gregis custodiae uberius provideamus, Decessorum Nostrorum vestigiis haerentes, novas pro re ac tempore missiones, in regionibus potissimum longo terrarum marisque tractu seiunctis ab hoc catholici nominis centro, erigere maturamus. Hoc ducti consilio, ut uberes salutis fructus iam in apostolico vicariatu Nili Superioris in Africa centrali feliciter suscepti laetius augeantur, opportunum censuimus ab eodem. apostolico vicariatu, curis concredito Missionariorum Instituti de Mill-Hill, qui amplissimo territorio patet, orientalem territorii partem a colonia, vulgo de *Kenia* nuncupata, constitutam distrahere, ac novam inde missionem erigere. Collatis itaque consiliis cum VY. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente consideratis, haec quae infrascripta sunt statuimus, edicimus, mandamus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, novam Praefecturam Apostolicam nomine *Kavirondo* appell landam erigimus in Africa centrali, eandemque iisdem Patribus Instituti de Mill-Hill committimus. Novae autem huius Praefecturae, eadem auctoritate Nostra, territorium distrahimus sive separamus a vicariatu apostolico Nili Superioris, et sequentibus hmitibus constitutum volumus: ad occidentem, e limitibus civilibus inter protectoratum Ugandensem et coloniam de Kenia exsistentibus, ita tamen ut ad novam Praefecturam Apostolicam de *Kavirondo* pertineant etiam parvulae illae insulae', quae in lacu Victoria inveniuntur; ad septentrionem autem, orientem ac meridiem ex iisdem confiniis, quibus in praesens vicariatus Nili Superioris circumscribitur.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atonie obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus

super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis iulii, anno **MDCCCOXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

i

III

ERIGITUR IN PROPRIIS OONFINIIS PRAEFECTURA APOSTOLICA SINUS DE HUDSON IN AMERICA SEPTENTRIONALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Divini verbi praeconum in omnem terram sonus exivit, nec glacies hyperboreae aut nivales circa polum regiones apostolicam caritatem eorum devincere potuerunt. Quare etiam squallentibus illis in terris missiones constitutae sunt, quarum bono atque incremento Nos Ipsi, ex supremi Apostolatus officio consulere satagimus. In dissita asperaque regione, quae patet ad septentrionem vicariatus apostolici de Keewatin rari incolae, vulgo *EscMmenses* nuncupati, hac illae peregrinantur. Horum curae spirituali prospicientes, Patres Oblati a Maria Immaculata iam plures annos ibidem adlaboraverunt, non sine magno spirituali emolumento. Sed cum Vicarius Apostolicus de Keewatin longe remotam habeat sedem, ita ut regioni eidem apte vigilari nequeat, Nos id perspectum habentes, eidem incommodo medelam afierre studuimus. Collatis itaque consiliis cum VV. FP. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente consideratis, septentrionalem ipsam regionem, motu proprio fitque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore a vicariatu apostolico de Keewatin segregamus, eamque in missionem sui iuris erigimus, Praefecturae Apostolicae *Sinus de Hudson* nomen ipsi facimus, Patribusque Oblatis a Maria Immaculata eam committimus. Hanc autem novam Praefecturam Apostolicam *Sinus de Hudson* sic per Nos erectam, auctoritate pariter Nostra, constare volumus parte septentrionali supra dicti vicariatus de Keewatin, addita parte septentrionali vicariatus apostolici Sinus S. Laurentii, nec non quadam parte orientali vicariatus apostolici de Mackenzie. Porro huius Praefecturae Apostolicae limites sienft ad orientem, fines Dominii Canadensis inde a 56° parallelo usque ad Polum septentrionalem; ad meridiem, parallelum 56^{m} inde a limite orientali Dominii Cana-

densis usque ad meridianum 72^{m}: exinde vero linea recta usque ad lacum *Apiskigamish:* idem lacus ac flumen *31 agni ceti* ad Sinum de Hudson: linea recta ad meridianum 82^{m}: parallelum 58^{m} usque ad meridianum 96^{m}: parallelum 60^{m} ad meridianum 102^{m}; demum ad occidentem, meridianum 102^{m} usque ad Polum septentrionalem.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque, ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XY** mensis iulii anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

NOTIFICATIO

QUAEDAM DECLARANTUR CIRCA COMPETENTIAM ET CONSTITUTIONEM SACRAE CONGREGATIONIS PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS.

Sanctitas Sua, Litteris ad Emum Cardinalem a Secretis Status, die 5 iulii 1925 datis, baec quae sequuntur declarare ac statuere dignata est :

1. Canon 255 de promovendis per Sacram Congregationem pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis ad vacantes dioeceses idoneis viris, quoties cum civilibus Guberniis agendum sit, ita intelligendus est ut ad eamdem Sacram Congregationem spectet Episcopos promovere etiam in casibus, in quibus Gubernia interrogantur circa difficultates, si quae sint, ordinis politici contra personas ad id officii praeelectas.

2. Inter Emos Patres Sacrae Congregationis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis in posterum de iure cooptabuntur : Cardinalis Secretarius S. Officii, Cardinalis Secretarius Sacrae Congregationis Consistorialis, Cardinalis S. E. E. Cancellarius atque Cardinalis Datarius.

3. Eadem Sacra Congregatio suum habebit Praefectum, Cardinalem a Secretis Status, cui, iuxta can. 255, a Summo Pontifice negotia mandantur, examini eiusdem Congregationis subicienda.

4. Omnibus autem Membris et officialibus eiusdem Sacrae Congregationis secretum imponitur S. Officii, emisso speciali iureiurando.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACEA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

NOTANDUM. - *In decreto diei* 6 martii 1925 *relato pag. 42 huius voluminis XVIII, in linea 7 textus, post verba* sive terrestres, *addatur* sive maritimas, *ita ut sententia sit:* Eius iurisdictio ... extendetur ... ad omnes copias sive terrestres, sive maritimas, sive aereas, *etc.*

I

ANTILLARUM

ERECTIONIS NOVAE DELEGATIONIS APOSTOLICAE

DECRETUM

Ea est Antillarum insularum conditio, ut expedire videatur quo unus S. Sedis delegatus omnibus maioribus et minoribus illis insulis consulat. Quae considerans Ssmus D. N. Pius PP. XI, de consulto Emorum Patrum S. C. Consistorialis et Negotiorum Ecclesiasticorum Extraordinariorum, statuit et decrevit unam eamque unicam Delegationem Apostolicam constituere, quae sedem ordinariam in civitate Habana habeat, et in omnibus praefatis insulis quae necessaria sunt videat et curet.

Hoc igitur Consistoriali decreto, de mandato Sanctitatis Suae, nova Delegatio Apostolica erigitur cum sede in civitate Habana, cuius iurisdictio ad omnes extenditur maiores et minores Antillas insulas ; et includere debet quae íiucusque curae et officio commissa erant Delegati Apostolici Cubani et Portoricensis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 mensis decembris anni 1925.

£g C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

L. Œl S.

f Pr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

IT

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Koster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

11 ianuarii 1926. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ratiariensi praefecit R. P. D. Gustavum Carolum Mutel, hactenus Episcopum titularem Mopsuestenum.

18 ianuarii. — Titulari Ecclesiae Irenopolitanae in Isauria, pro hac vice ad archiepiscopalem evectae, R. D. Eduardum Mooney, Delegatum Apostolicum ad Indias Orientales.

29 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Archelaidensi, R. D. Arthurum Jara, Piae Societatis Salesianae Ven. Ioannis Bosco, deputatum Vicarium Apostolicum Magellanensem.

26 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Barcaeae, R. D. Alafridum Odilon Comtois, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Francisci Xaverii Cloutier, Episcopi Trifluvianensis.

III

DESIGNATIO ORDINARII

PRO APPELLATIONE IN SECUNDO GRADU

R. P. D. Raphael Rodié, Archiepiscopus Bellogradensis et Administrator Apostolicus Sanatus Serbi, designavit pro appellatione in secundo gradu Ordinarium Zagabriensem. Quam designationem Ssmus Dnus Noster rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 29 ianuarii 1926 approbare dignatus est.

IV

NOTIFICATIO

Pro norma Ordinariorum, praesertim Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis et Ditionis Mexicanae, declaratur Sacerdotem Alfonsum De Maria, dioecesis Rheginensis in Italia, incidisse in suspensionem *a divinis.*

SACKA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

3 februarii 1926. — Instituti Sororum a Sancta Iuliana, vulgo *Apostolines du Très-Saint Sacrement* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in archidioecesi Mechliniensi, *Constitutiones definitive approbavit ;*

— Congregationem religiosam pro Operariis christianis, a Sancto Iosepho Calasanctio nuncupatam, cuius domus princeps sita est Vindobonae, in archidioecesi Viennensi, *laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit ;*

. —Institutum Sororum Tertii Ordinis Sancti Francisci, vulgo *Minime Suore del Sacro Cuore* nuncupatum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Pistoriensi, *laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

7 decembris 1925. *Vicarius Apostolicus de Saigon* R. D. Isidoras Maria Ioseph Dumartier, e Societate Parisiensi pro Exteris Missionibus.

4 ianuarii 1926. *Vicarius Apostolicus Gabonensis in Africa Centrali* R. P. Aloisius Tardy, e Congregatione a Spiritu Sancto, electus Episcopus Acalyssensis.

— *Vicarius Apostolicus de Kenia in Africa Centrali* R. P. Ioseph Perrachon, ex Instituto Taurinensi B. M. V. a Consolata, electus Episcopus Centuriensis.

28 ianuarii 1926. *Vicarius Apostolicus Magellanensis* R. P. Arthurus Jara, e Pia Societate Salesiana.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM SEU DECLARATIO

CIRCA OFFICIA PROPRIA ET MISSAS, EORUMQUE EXTENSIONEM

Sacra Rituum Congregatio, per Apostolicae Sedis indulta, quibus Officia et Missae, iam ex speciali privilegio pro aliquibus locis sive Institutis approbata, extendi ad alia loca seu Instituta contigerit, declarat concessionem fieri dumtaxat Officii et Missae de respectivo Communi, exceptis tantummodo Oratione et Lectionibus II Nocturni propriis, nec non una vel tribus Missae Orationibus item propriis, quicumque sit diei festi ritus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Hac vero occasione, Sacra eadem Congregatio Revrños Ordinarios dioecesium et Superiores Ordinum seu Religiosarum Congregationum enixe rogat ut, quoties ipsi ab Apostolica Sede impetrare velint nova Officia vel Missas, eorumque extensionem, prae oculis habeant normas quae in Decreto S. R. C, n. 3926, diei 13 iulii 1896 * praescriptae sunt.

Die 20 februarii 1926.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. $ S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

* DECRETUM

QUO AD IMPETRANDA NOVA SANCTORUM OFFICIA NOVASQUE MISSAS AB HAC SACRA RITUUM CONGREGATIONE, NORMAE SEQUENDAE PRAESCRIBUNTUR.

1. Exhibitae nobis petitiones Sanctos Beatosve tantummodo spectare debent in Romano Martyrologio conscriptos, aut publico cultu a Sancta Sede decreto, vel confirmato iamdiu fruentes. At vero semper speciali proprii Episcopi commendatione opus est: qui etiam, si exquiratur, sui Capituli cathedralis consensum allegabit.

2. Ad ceteros Sanctos Beatosve quod attinet, etsi longo iam tempore publico fuerint cultu honorati, cum Officio et Missa propria, necesse est ut iuxta communes regulas eorum cultus ab Ecclesia comprobatus et confirmatus sit, antequam Officium ipsum ac Missa permittatur.

3. Postulationes ad obtinenda Officia Missasque proprias pro novis eorum Sanctorum sive Beatorum Festis, qui, sub alio quidem titulo, publico iam fuerint cultu donati, raro admodum excipientium Semper autem eae rationibus omnino peculiaribus ac solidis, specialissimaque commendatione et, si id materia ipsa exposcat, historicis documentis apprime validis fulciantur oportet.

4. Ex Calendariis perpetuis vel Propriis cuiusque Dioeceseos, quae huic Congregationi Sacris Ritibus tuendis praepositae approbanda exhibentur, ii sive Sancti sive Beati expungendi sunt, quibus conditiones in § 1 recensitae desunt; novaque item Festa in § 3 indicata; quum de his singillatim ac serio agendum sit.

5. Quaelibet iiovi Officii ac Missae postulatio Curationi Liturgicae prius examinanda subiicietur; dein summa diligentia in conventu, cui Emus Cardinalis Praefectus praesidet, discutienda. Cuius discussionis exitus si postulanti faverit, postulatio exhibita, una cum allegatis et necessariis declarationibus super peracto examine et insuper cum Rmi Promotoris Fidei adnotationibus, typis mandabitur. Documentorum fasciculus ita comparatus, ab Uno e Cardinalibus Relatoribus, Sacrae Congregationi in Ordinario Conventu exhibebitur.

6. Si Sacra Congregatio petitioni favens annuat, illius sententia Ssmo Patri confirmanda subiicietur; ac tantummodo post Pontificiam confirmationem, Officii et Missae schema, quod exhibitum fuerat, cooperante Hymnographo Sacrae Congregationis, cara Cardinalis Ponentis et Emi Promotoris Fidei, recognoscetur et approbabitur,.

7. Extensiones Officii et Missae, alicui peculiari Ecclesiae vel Dioecesi iam concessae, ad alias Dioeceses Ecclesiasve, specialibus rationibus inniti debent. Eae vero a delectis per Nos viris sacrae Liturgiae expertis et a Congressu supradicto, sicut primitivae postulationes, expendentur; et, si id iste necessarium existimabit, in pleno Sacrae Congregationis Conventu proponentur, antequam Pontifici comprobandae exhibeantur; quae quidem approbatio semper necessaria est, nisi forte primitiva concessio *singulis petentibus* facta fuerit.

8. Immutationes vel additiones, quas in Officiis vel Missis iam concessis fieri contigerit, eaedem examini ac discussioni sicut extensiones, de quibus in § praecedente sermo est, subiicientur.

Die 13 iulii 1896.

' Ssmus Dominus Noster Leo Papa XIII in audientia die nn iulii MDCCCXCVi Eminentissimo Card. Praefecto Sacrae Eituum Congregationis facta, quum hasce supra expositas normas sedulo perlegisset, easdem singulas approbare dignatus est, atque earum observantiam quam accuratissimam praecipere.

CAIETANTTS CARD. ALOIST-MASELLA.

L. $ S.

Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

Causae in Tribunali S. B. Eotae anno 1925 actae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. **MOGUNTINA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo et F. Solieri.

Vinculi defensor: I. Trezzi.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 5 ianuarii : « Negative ».

II. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, et I. Florczak.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocati: N. Ferrata, H. Bènvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 ianuarii: « Affirmative ».

III. **BONAËREN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex ûapite vis et metus,*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia Eotalis diei 13 octobris 1922 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 9 ianuarii: « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii in casu ».

IV. **CARTHAGINEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus, ac conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* **I.** Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. D'Agata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 9 ianuarii: «Negative».

T. BiTURicEN. - N**ULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* E. Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: « An sententia Eotalis diei 4 augusti 1923 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 13 ianuarii: « Sententiam Eotalem esse confirmandam, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

VI. ALEXANDRINA ARMENORUM. - SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: **I.** Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, et A. Jullien.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: **I.** P. Certo, A. Carabini.

Dubium: « An constet de legitimis causis separationis quoad thorum, mensam et cohabitationem in casu ».

Sententia diei 4 februarii: « Constare de legitimis causis separationis quoad thorum, mensam et cohabitationem ex culpa solius mariti decernendae ad tempus indefinitum, ad normam can. 1131 et 1132 », addito decreto provisoriae exsecutionis sententiae ad tramites can. .1917 et seq.

VII. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: **I.** Trezzi.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 7 februarii: « Negative ».

VIII. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *propter intentionem viri bono fidei contrariam.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* **I.** Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocati: C. Santucci et C. Astorri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 februarii: « Affirmative ».

IX. POSNANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: **I.** Trezzi.

Advocatus: *A.* Wynen.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 11 februarii: « Affirmative ».

X. **N. IST. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus, ac conditionis appositae contra bonum fidei et sacramenti.*

Turnus Rotalis: F. Solieri, *Ponens,* I.[1] Florczak et U. Mannucci.

Vinculi Defensor deputatus: A. Carabini.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 13 februarii: « Affirmative ».

XI. **LUGANEN. - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET DIFFAMATIONIS.**

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: **V.** Sacconi, *A.* **D** Alessandri.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 19 ianuarii 1923 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 16 februarii: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu non esse locum restitutioni in integrum, in casu ».

XII. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: *A.* Juliien, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocati: **N.** Ferrata et **Y.** Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 3 iulii 1922 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ». ;

Sententia diei 17 februarii: « Infirmandam esse sententiam Rotalem, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XIII. **N. N. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae viri* **ET DISPENSATIONIS.**

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, R. Hindringer.

Defensoris Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: *A.* Wynen.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate in casu », et, quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato nec consummato, in casu ».

Sententia diei 21 februarii: « Ad I. Providebitur in altero; ad IT. affirmative ».

XIV. **COLONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis; M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, P. Guglielmi.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: «An sententia Eotalis diei 27 maii 1924 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 21 februarii: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu constare de nullitate matrimonii ».

XV. **BRIOCEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocati: N. Ferrata, H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 21 februarii: « Affirmative ».

XVI. **ALGERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci et A. Jullien.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocatus: **A.** Carabini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 28 februarii: « Negative ».

X VTI. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: **U.** Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, R. Hindringer.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: A. D Alessandri.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 10 martii: « Affirmative ».

XVIII. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 14 martii 1924 sit confirmanda vel infirmanda in casu».*

Sententia diei 23 martii: « ïnfirmandam esse sententiam Rotalem seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XIX. **CATANEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, R. Hindringer.

Vinculi Defensor Substitutus: *C.* Conte.

Advocati: '**N.** Ferrata, **V.** Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 28 aprilis 1922 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 24 martii: «Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex ^capite conditionis appositae.*

Turnus Eotalis: R. Hindringer, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus: Y. Pozzani.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 13 iunii 1924 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 1 aprilis: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu constare de nullitate matrimonii in casu ».

XXI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I.** Grazioli, *Ponens* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo, *ac eiusdem Substitutus :* C. Conte.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 28 iulii 1923 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 25 aprilis: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus**

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, **I.** Florczak.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocati: **N.** Ferrata, **V.** Sacconi.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 21 iunii sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 28 aprilis: « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXIII. NICIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite consensus simulati itemque vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi,

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocatus: **N.** Patrizi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 11 iunii 1920 confirmanda sit, irei potius infirmanda in casu ».

Sententia diei 28 aprilis: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXIV. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* **E.** Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocati: N. Ferrata, **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 2 maii: « Affirmative ».

XXV. EOMANA. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex*** *capite nullitatis concessae dispensationis ab impedimento affinitatis.*

Turnus Rotalis: **U.** Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, **E.** Hindringer.

Vinculi Defensor: **I.** Trezzi.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 25 maii: « Negative ».

XXVI. VICARIATUS APÓSTOL. NOVAE GUINEAE NEERLANDICAE. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: J.. Florczak, *Ponens,* **U.** Mannucci, A. Jullien.

Vinculi Defensor deputatus: **I.** Stella.

Ad perpetuam rei memoriam. — Historicis constat documentis ecclesiam paroecialem ad Sanctorum Marcellini et Petri in oppido *Seligenstadt* dioecesis Moguntinae intra fines, undecim abhinc saeculis primum erectam fuisse per celeberrimum illum Eginhardum, qui, summa familiaritate cum Carolo Magno imperatore coniunctus, libros notissimas exaravit de Caroli Magni vita, nec non de translatione SS. Martyrum Marcellini et Petri. Constat etiam ecclesiam nominatam paulo post ab eodem conditore fuisse monasterio coniunctam sodalium Ordinis Sancti Benedicti; dictoque monasterio piissimum quidem fundatorem Eginhardum tanquam abbatem praefuisse, multaque per saecula divi Benedicti alumnos ibidem ad Dei laudes concinendas, animarumque aeternam salutem procurandam vigili studio alacrem navasse operam. Thesaurum vero pretiosissimum ecclesia super laudata possidet; gaudet enim reliquiis SS. Marcellini et Petri, Martyrum, quorum nomina quotidie in Canone Missae invocantur, quas relliquias Eginhardus a Gregorio PP. IV rec. mem. Nostro Praedecessore, dono acceptas, initio saeculi noni, sollemnibus habitis supplicationibus, summoque cum gaudio christianae plebis, in hanc sacram aedem transtulit. Hac in percelebri translatione, Deus ipse, uti fertur, Sanctorum Martyrum corpora mirandis illustravit prodigiis, quibus fidem catholicam, paulo ante Germaniae populis per Sanctum Bonifacium praedicatam et invectam, valde roboravit. Has ad recolendas pio cultu reliquias plura per saecula ingenti quotannis numero fideles confluxerunt; nec e Germania tantum sed etiam e dissitis Galliae Belgiique regionibus ad idem templum properarunt peregrini, quos inter saepius fuere imperatores ac reges, archiepiscopi et sacrorum Antistites. Sacra autem íypsana Martyrum Marcellini et Petri in ecclesia praefati loci, qui exinde in eorum honorem *Seligenstadt* nomen accepit a « civitate Beatorum », adhuc in praesens honorifice asser-

vantur, et una cum aliis insignibus reliquiis, quibus templum enunciatum nobilitatur, a fidelibus religiosissime recoluntur. Haec animo repetentes, cum dictae aedis hodiernus parochus, una cum aliis sacerdotibus ibidem cultui divino inservientibus, vota exprimens Seligenstadensis oppidi magistratus, procerum, populique universi; Nos enixis precibus rogaverit ut hoc anno, exeunte undecimo saeculo a prima templi illius fundatione, percelebrem eandem ecclesiam ad Basilicae minoris dignitatem promovere velimus, Nos votis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, attento amplissimo suffragio et commendationis officio Episcopi Moguntini, collatisque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate praesentium vi perpetuumque in modum ecclesiam paroecialem Sanctorum Marcellini et Petri Martyrum, oppidi *Seligenstadt,* dioecesis Moguntinae intra fines, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris cum privilegiis et honorificentiis, quae huic titulo competunt iuxta decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei **xxvii** mensis augusti anno **MDCCCXXxvni,** n. 2744, evehimus.

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xxn** mensis augusti, anno **MDCCCÇXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CAED. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

IV

TITULUS ET PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONCESSA PAROECIALI ECCLESIAE B. M. V. REGUM, VULGO « DEL PINO », IN CIVITATE BARCINONE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Refert ad Nos Barcinonensium Episcopus, paroecialem ecclesiam, quae Sanctae Mariae Regum vulgo *del Pino* dicata est in Barcinonensi civitate ac dioecesi, non antiquitate modo, sed

operibus etiam affabre factis enitere. Hodiernum vero templum loco antiquioris sacelli, quod ibidem fuerat, exstrui coeptum esse videtur anno Dominicae Incarnationis **MCCCXX**, at eiusdem consecratio anno tantum **MCCOCLm** evenit, quamvis aedificium iam ab anno **MCCCXOI** expletum esset. Unica navi efformata sacra ipsa aedes elegantia formae atque amplitudine fulget, et inter praecipua artis catalaunicae monumenta Barcinonensia merito accensenda est. Conspicua vero christifideles tum Barcinonensis urbis tum vicinitatis observantia eandem ecclesiam celebrant; cum in ipsa presbyteri cleri paroecialis et Capituli beneficiariorum assidue diligenterque ad animorum ministerium incumbant, compluresque sodalitates erectae sint, quae augendam pietatem fidelium quam maxime iuvant. Hoc praeterea templum plurimae atque insignes sacrae Reliquiae ornant; eiusdemque intra septa corpus asservatur Sancti Iosephi Oriol, qui, dum in humanis adhuc agebat, eadem in ecclesia pro fidelium salute ad maiorem Dei gloriam studiose laboravit. Libenter propterea supplicem Episcopi Barcinonensium hbellum accepimus, quo ipse, vota quoque exprimens tum moderatoris et Capituli beneficiariorum praefatae ecclesiae, tum praepositorum regimini municipali civitatis, enixe Nos rogavit ut titulo privilegiisque Basilicae minoris, pro benignitate Nostra, eandem ecclesiam honestare dignemur. Conlatis igitur consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, de certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum enunciatum templum Beatae Mariae Virginis Regum, vulgo « del Pino » nuncupatae, intra civitatem ac dioecesim Barcinonensem dicatum, dignitate ac titulo Basilicae minoris decoramus cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure vel consuetudine competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **x** mensis novembris anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

Y

SANCTUARIUM DIVI FRANCISCI ASSISIATIS OPPIDI CANINDÈ, ARCHIDIOECESIS FORTALEXIENSIS INTRA FINES, HONORIBUS BASILICAE MINORIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex amplissimis Archiepiscopi Fortalexiensium htteris compertum habemus in parva urbe, quae *Canindé* nuncupatur, intra fines archidioecesis Portalexiensis, sanctuarium exstare in honorem Sancti Francisci Assisiensis Deo dicatum, quod christifideles clerusque non modo ex eadem archidioecesi atque e Statu Cearà sed e ceteris quoque septentrionalibus Brasilianae nationis Statibus celebrant. Ipsum enim in sacrum locum sive seorsim sive turmatim, peregrinorum more, ex omni ordine cives etiam a dissitis regionibus, Sancti Francisci intercessionem imploraturi, singulis annis, septembris praesertim atque octobris novembrisque mensibus, conveniunt. Sanctuarium ipsum, quamvis iurisdictioni Archiepiscopi seu Ordinarii Fortalexiensis subiectum, curis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci concreditum est, qui sub regimine proprii moderatoris in sacrum ministerium ibidem peragendum, cum haud mediocri fidelium utilitate, sollerter incumbunt. Iidem praeterea Fratres Minores scholam apostolicam sacrorum alumnis instituendis sanctuario adnexam moderantur, simul atque unum e duobus orphanotrophiis, quae pupillis utriusque sexus tutandis in aptis appositisque aedibus sanctuario contiguis sunt constituta. Christifideles vero, qui pie ac devote ad memoratum templum continuo affluunt, maxima cum largitate non modo oblationibus suis decori magnificentiaeque prospiciunt sanctuarii, ita ut idem sit necessariis opportunisque ornamentis copiose instructum, sed sustentationi quoque earumdem caritatis domorum amplissime consulunt ac provident. Quapropter cum hodiernus Fortalexiensium Archiepiscopus, vota quoque cleri populique sui plane exprimens, enixas Nobis supplicationes adhibuerit, ut ecclesiam seu sanctuarium praefatum titulo privilegiisque Basilicae minoris honestare dignaremur, Nos, quibus, Decessorum Nostrorum vestigiis prosecutis, ecclesiarum decoris augendi maxima cura est, huiusmodi precibus adnuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Eufinae, Sacrorum Eituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam seu sanctuarium in hono-

rem Sancti Francisci Assisiatis Deo dicatum atque meivitate *Canindémm*-cupata positum, intra fines Fortalexiensis archidioecesis, ad Basilicae minoris titulum et dignitatem evehimus, illique privilegia atque honorificentias omnes tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae basilicis de more competunt. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis novembris anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PEO VISIO ECOLESIABUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastores providit, nimirum:

15 ianuarii 1926. — Titulari Ecclesiae Mariamnensi pro hac vice ad archiepiscopalem evectae, praefecit E. P. D. Dionysium 0'Connell, hactenus Episcopum Eichmondensem.

9 februarii. — Titulari Ecclesiae Aeniensi pro hac vice ad archiepiscopalem evectae, E. P. D. Petrum Mankowski, hactenus Episcopum Camenecensem.

10 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Daniensi, E. D. Gregorium Lakota, Archipresbyterum Capituli cathedralis, Eectorem Seminarii et Vicarium generalem dioecesis Premisliensis ruthenorum, quem deputa vit Auxiliarem E. P. D. Iosaphat Iosephi Kocylowskyj Episcopi Premisliensis ruthenorum.

19 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Methonensi, E. D. Salvatorem Meo, Canonicum Ecclesiae metropolitanae Neapolitanae.

8 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippopolitanae, E. P. D. Ioannem Petrum Eey, hactenus Archiepiscopum Tokiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lundensi in Phrygia, E. D. Ioannem Norton, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Michaelis 0'Earrell, Episcopi Bathurstensis.

12 martii. — Metropolitanae Ecclesiae Mechliniensi, E. D. Ernestum van Eoey, Protonotarium Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Claudii, E. D. Eambertum Faure, Protonotarium Apostolicum, Vicarium generalem archidioecesis Lugdunensis.

15 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Echinensi, E. P. D. Franciscum Iosephum Seminara, hactenus Episcopum Candiensem.

•— Titulari episcopali Ecclesiae Lerensi, E. D. Henricum Valtorta, e Societate Mediolanensi pro Missionibus ad exteros, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Hom-Kom.

22 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mylasensi, R. D. Franciscum M. Kelly pro-Rectorem Collegii Sanctae Mariae civitatis Winona, quem deputavit Auxiliarem E. P. D. Riehardi Hefíron, Episcopi Winonensis.

23 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Scythopolitanae, E. P. D. Franciscum Karevicz, hactenus Episcopum Samogitiensem.

27 martii. — Cathedrali Ecclesiae Quinquecclesiensi, B. D. Franciscum Virag, Abbatem tit. abbatiae vulgo *Koronczó.*

5 aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Kaunensi, nuper erectae, E. P. D. Iosephum Skvireckas, hactenus Episcopum titularem Ceramensem.

— Cathedrali Ecclesiae TelSensi, nuper erectae, E. D. lustinum Staugaitis, Antistitem Urbanum, parochum loci *Panemunê,* quem etiam praeposuit Praelaturae *nullius* Klaipêdensi, pariter nuper erectae.

— Cathedrali Ecclesiae Panevêzensi, nuper erectae, E. D. Casimirum Paltarokas, canonicum metropolitanae Ecclesiae Kaunensis.

— Cathedrali Ecclesiae VilkaviSkensi, nuper erectae, E. P. D. Antonium Karas, eiusdem territorii hactenus Episcopum Ordinarium.

— Cathedrali Ecclesiae Kaisedorensi, nuper erectae, B. D. Iosephum Kukta, ipsius territorii hactenus Administratorem Apostolicum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tidditanae, E. D. Miecislaum Beinys, Cubicularium intimum Sanctitatis Suae, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. D. Antonii Karas, Episcopi Vilkaviskensis.

Praeterea idem SSmus *D.* IST., decreto S. C. Consistorialis diei 12 martii 1926 deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. D. Caroli Gibier Episcopi Versaliensis, B. P. D. Beniaminum Boland-Gosselin, Episcopum titularem Mosynopolitanum.

SACKA CONGKEGATIO CONCILII

RATISBONEN.

DUELLI

4 aprilis et 13 iunii 1925

SPECIES FACTI. — Inter ephebos scholarum, praesertim Universitatum, germanicarum monomachiae quoddam genus in usu est, quod dicitur « Mensura academica »: in hoc nimirum consistit ut contendentes, armis

peculiaribus, ad modum parvi cultri, utentes, ceteris partibus corporis bene tectis, vulnus, seu potius incisionem in faciem adversam inferre nitantur, cuius vestigia plerumque brevi tempore oblitterantur. Nequaquam igitur mors seu mutilatio intenditur, nec nisi per accidens, ex imprudentia aliave causa, ex his mensuris sequitur: quae, immo, ut plurimum, non ad ulciscendam iniuriam, vel honorem reparandum committuntur, sed potissimum ludi, crudelis profecto, vel virium animique exercitandi causa. Generatim catholici ab huiusmodi monomachiis se abstinent; non tamen semper, quia potius ludus temerarius, vitae integritatisve periculo carens, quam res magni momenti aestimantur.

Haec eadem referens iam anno 1890 Episcopus Wratislaviensis - cum ad sacros Ordines nonnullos adolescentes promovere intenderet, qui his mensuris, ut committentes vel patrocinantes, partes habuerant, - ab hac Sacra Congregatione postulavit declarari: «An, a quibus et ex quonam « titulo irregularitas contrahatur quando duellum ea ratione committitur, « qua his temporibus inter Germaniae Universitatis alumnos neri solet in « casu ». Et sacra, haec Congregatio die 9 augusti eiusdem anni respondit: *« Affirmative,* a duellantibus eorumque patrinis *ex infamia iuris* ». (Cfr. *Thesaur. resol. 8. C. G.* tom. CXLIX, p. 769 ss.) Ex quo responso retentum est certamina illa esse vera duella sensu canonico, et exinde duellantes poenis ab Ecclesia constitutis esse obnoxios. Ad rem Santi-Leitner *(Prael. iur. can.,* 1899, vol. V. tit. XXXIV): «S. C. C. caput Tridentinum authentice interpretata est sic ut sub voce *duellantes* etc., comprehendantur duellantes modo ab alumnis Universitatum Germaniae usitato ». Quamobrem, cum, dato Codice, poenae in duellantes can. 1240 s., 2351 iisdem fere verbis enunciarentur ac in Tridentino, sess. XXV, *de ref.,* c. 19, pronum fuit, quaerenti Episcopo Ratisbonensi « An resolutio S. C. C. in Wratislavien. *Irregularitatis,* die 9 augusti .1890, adhuc hodie vigeat in casu », respondere: *Affirmative,* (cfr. *A. A. 8.,* vol. XV, p. 154).

Nuper tamen, referente, nomine Conferentiae Episcoporum Euldae habitae die 20 augusti 1924, Cardinali Episcopo Wratislaviensi, controversia haud levis oborta est circa vim responsi huius S. C. diei 9 augusti 1890, cum nonnulli scriptores, distinguendo inter mensuras quae cum periculo *gravis* vulneris committuntur, ab iis quae nonnisi *levis* vulneris periculo perficiuntur, teneant resolutionem Sacri Consilii ad illas, minime vero ad has spectare; quam distinctionem, attenta ratione authenticae interpretationis quae subest eidem resolutioni, plures alii reiiciunt. Cum res agatur - ut patet - quae non meram doctrinam, sed actionem vitae vivendae non parum interest, definitiva quaeritur ab Episcopis huiusce dubii solutio:

« An declarationes eiusdem Sacrae Congregationis Concilii anni 1890

« et 1923, quibus mensurae in Universitatibus Germaniae usitatae, quae « speciali nomine *Bestimmungmensuren* vocantur,. poenis ecclesiasticis «subiiciuntur, illas tantum mensuras respiciant, iuxta nonnullorum re- « centiorum sententiam, quae *cum* periculo gravis vulneris committuntur, an « etiam complectantur ea, quae *sine* periculo gravis vulneris fiunt, in casu ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — Emus Consultor, cuius votum in prima actione diei 4 aprilis 1925 propositum est, recentiorum quos dubium refert rationes amplectitur ac proponit. Adnotat nimirum sive in fontibus iuris notissimis sive iuxta probatissimos doctores, ad rationem duelli in sensu canonico requiri periculum mortis vel mutilationis aliusque *gravis* vulneris, cum duellum gravissimis poenis puniatur, quae, ad rationem servandam poenae cum delicto (can. 2218), supponunt *atrox* delictum, quale in se non est pugna sine periculo *gravis* vulneris infligendi. Si nonnisi *levis* vulneris periculum est, nonnisi superest, ad summum, *remota* praeparatio duelli proprie dicti, ad quam genuina interpretatio vetat transferre poenas contra ipsum delictum seu duellum latas. Cum tamen et haec praeparatio duelli, in casu, gravi scandalo et bonis moribus periculo esse consueverit, ac ideo reprobanda et coercenda, dubio in hanc formulam reformato: « An et quomodo coercendae sint mensurae, de quibus in casu » putat respondendum esse: « Affirmative », per propriam censuram, vel ab hac Sacra Congregatione, vel ab Ordinariis Germaniae collatis consiliis, decernendam.

Verum Emi Patres, re funditus perpensa, censuerunt his nondum plene satisfactum esse quaesito, rescribentes: « Dilata et scribat alter »: quod approbavit- Beatissimus Pater.

Alter hic Consultor scite et erudite edisserit in iure de duplici interpretationis genere, cuius notio usitatissima est, nempe de *privata* seu doctrinali, et *authentica,* praesertim quoad legem poenalem; ostenditque pluribus adductis auctoritatibus, ceterum obviis, non licere doctrinali interpretatione comprehendere in lege poenali sub eadem poena casum non expresse significatum, nisi ex identitate obiecti; sed longe aliter sentiendum de interpretatione authentica, quae auctoritate sua supplet defectus motivi adaequata, quod petitur ex rationibus secundariis, ac etiam obiecto extrinsecis. In facto autem censet omnino clarum et perspicuum, vel ex verbis quibus resolutio S. C. C. diei 9 augusti 1890 concipitur, eadem contineri authenticam interpretationem comprehensivam sub voce *duelli* etiam mensurarum quae cum periculo levis vulneris fiunt. Concedit quidem identitatem adacquati motivi poenae deesse in casu, cum periculum gravis vulneris arceatur; sed fundamentum omnino sufficiens ad *authenticam* interpreta-

tionem comprehensivam invenit in favore, qui huiusmodi mensuris praestatur duello, delicto nimirum Ecclesiae semper detestabili et exsecrabili, non modo propter periculum mortis aut mutilationis, verum etiam propter superstitionem vel certe inhonestatem formalem quam induit usus medii ad finem non proportionata

Ex officio quoque plura, in hanc quidem sententiam, animadvertebantur. In primis quod in resolutione anni 1890 plecterentur mensurae etiamsi cum periculo *levis* tantum vulneris, manifesto patet ex proposito quaestionem ponentis; videlicet haec una suberat dubitandi ratio, quod in casu periculum gravis vulneris arceretur: secus, enim, singularia certamina, quae armis cum periculo vitae fiunt, accenseri duellis atque poenis canonicis subesse, licet ad meram virium ostensionem committantur, id iam definitum erat ac certissimum: ideoque otiosam plane quaestionem posuisset Episcopus.

Liquet idipsum ex verbis quibus dubium conceptum est omnino generalibus, « quando duellum ea ratione committitur qua his temporibus « inter Germaniae Universitatum alumnos fieri solet »: ubi nulla distinctio fit periculi sive levis sive gravis vulneris; atqui ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. Idque multo minus in casu: 1° quia in facti specie explicitissime edicitur certaminiim ordinarium exitum esse «vulnus in « facie cuius vestigia brevi tempore oblitescunt » quod certe non convenit *gravi* vulneri; et ideo casus per distinctionem excludendus, directe intenditur; 2° quia, referentibus Episcopis, « inaudita apparet distinctio inter gra« viores et leviores mensuras. Nam sicut experientia constat, practice vix «notabile discrimen observatur in mensuris a praesidibus societatum aea« demicarum institutis et sodalibus praescriptis. Omnes eodem paene modo « et secundum easdem paene regulas exercentur ubique cum eodem paene « periculo venerationis, quod utique per se grave non est et solum per acei« deus raro aliquando evenire potest grave ».

Nec in contrarium facessit quod in *disceptatione synoptica* resolutioni praevia videatur acceptari et assumi ad arguendum definitio duelli prout a Lehmkuhl traditur *(Th. mor.,* [12 ed.] I n. 1014): «pugna singularis ex con« dicto, armis ad occidendum sive *graviter* vulnerandis aptis: quae ceterum « definitio - ita subditur - est communis inter auctores ». Notissimum quidem est in hisce relationibus rationes hinc inde, vel inter se contrarias, proferri ad disceptandum, non ad concludendum. Sicut apparet etiam in casu, ubi, iuxta alios, videtur acceptari contraria auctoritas Lucii Ferraris, asserentis, (Biblioth., s. v. *Duellum,* n. 1) ad duelli notionem sufficere periculum occisionis vel vulneris, etiam non gravis, quae pariter definitio, in disceptatione synoptica, expresse appellatur et dicitur « communis inter auctores ».

Stat igitur, praeter omne dubium, Sacram Congregationem Emorum Patrum Concilii Tridentini Interpretum, anno 1890, quo exclusive pollebat facultate sacros canones Tridentinus authentice proponendi, declarasse sub sess. XXV cap. 19 de *rei.* comprehendi debere mensuras academicas utpote tunc ab alumnis Universitatum fiebant, etiamsi periculum gravis vulneris arceretur.

Huius interpretationis fundamentum, praeter quidem auctoritatem interpretantis, inepte scriptor aliquis collocat in eo quod Sacra Congregatio « *secuta est* sententiam eorum qui arma lethalia ad delicti notionem non requi- « runt, sed duellum definiunt periculo occisionis, mutilationis *vel vulneris* ». Nam interpretatio authentica potest quidem, et aliquando debet, *perpendere* ea quae doctrinalis ut certa, vel ut dubia proponit, sed *sequi* non cogitur, praesertim cum res utrimque controvertitur. Nominatim in re poenali potest auctoritas legitima decernere eadem mulctari poena actus, in quibus, iuxta doctores, non verificetur ratio perfecta criminis pro quo directe est poena constituta: sive propter peculiarem relationem quam hi actus habent cum eo crimine, sive propter rationem scandali et damni praecavendi (c. 2218). Id perspicue emicat in poenis contra duellahtes propositis, quae decernuntur quoque contra quamlibet operam aut favorem praestantes, non solum duellis ipsis, dum peraguntur, sed ipsi duellorum consuetudini; (cfr. Bened. XIV, const. *Betestabilem,* a. 1752, coli. can. 684). Eae immo tanto latius extenduntur quanto apertius demonstrari possit reprobatio Ecclesiae in detestabilem duellorum abusum, qui cum tanto scandalo et damno fidelium coniungitur. Atqui procul dubio huiuscemodi mensurae favent duello, immo sunt eiusdem *proxima* praeparatio. Quod enim iam animadvertebatur in folio causae Wratislavien. 9 aug. 1890: «haec effera certamina viam ad graviora duella cum periculo occisionis et mutilationis sternunt », magis elucet consideranti *obligationes* quas suscipiunt adolescentes dum nomen dant sodalitatibus academicis hisce mesuris faventibus: « Lo studente entrando in una tale associazione si obbliga alle *Bestimmungmensuren* assolutamente, *al duello grave condizionatamente,* vale a dire quando lo studente sia offeso o venga sfidato » *(in actis).* Porro nemo non videt quantum, ex toleratis hisce certaminibus, deficeret Ecclesia a suo proposito arcendi, quanto magis potest, fideles ad effera duelli consuetudine; ex quo proposito dumtaxat poenas duellantium extendit vel ad ex industria spectantes et ad remotissimos quoslibet cooperatores.

Quod autem proponitur, ut mensurae cum periculo solummodo levis vulneris relinquantur arbitrio Episcoporum coercendae, prae primis directe est contrarium resolutioni iam datae die 9 augusti 1890, quae, ut vidi-

mus. indubitanter mensuras ipsas mulctavit eisdem ac duellantes poenis. Quamobrem implicite revocaretur eadem resolutio: cuius revocationis faciendae nulla profecto in praesenti suppeditatur necessitatis vel opportunitatis ratio. Deinde vero id consilium non paucis nec levibus confusionibus in praxi, ut pronum est intelligere, originem daret.

Demum nec spernendum videtur novum elementum facti quod in actis suppeditatur circa genus armorum quocum hae mensurae peraguntur. Cum, nempe, anno 1890 de re disceptatum est, id tantum relatum apparet, singularem illam pugnam fieri «parvo quodam *cultro)).* Nunc autem nunciatur: « L'arma che comunemente si adopera nella « Bestimmungmensur » chiamasi *Sehlaeger* o *Haurapier* (i. e. italice, *sciabola,* o fioretto *da taglio)* ed ha la forma di una *spada* diritta e sottile colla impugnatura circondata da un guardamano. La lama, il cui peso è molto minore di quello d'una spada comune, è lunga 80-90 cm. larga 1. cm.; presenta nella sezione trasversale la forma di un cuneo, con la superfìcie superiore larga 3 mm.; è quasi per tutta la lunghezza ottusa ed *ha soltanto verso la punta un corto taglio vivo.* Gli accademici impiegano quest'arma secondo determinate regole, per dare colpi non di punta, ma di taglio. In questi combattimenti *per lo più* non vi è pericolo di ferite gravi, essendo la parte inferiore del corpo, le braccia, le ascelle, il collo (spesso anche gli occhi, gli orecchi, il naso, il mento, la gola) ben protetti per mezzo del cosidetto *Paukwichs* (italice: tenuta da duello). Così l'arma, *sebbene per sè atta a ferire gravemente,* tuttavia non lo è nelle circostanze concrete di fatto. » Liquet igitur in his quoque mensuris decertari *armis lethalibus,* iisdem nimirum quibus graviora duella committuntur, totaque res sic agi videtur prout solet in duellis ad primum sanguinem quae vocantur, quaeque ex notissima constit. *Illius vice* Clementis VIII, 1592, poenis duellantium directe subnciuntur. Verum, quidquid de hoc sit, procul dubio non eodem modo res agitur, ut quidam praetendunt, in mensuris ac in digladiationibus, (vulgo *esercizio di scherma)* ubi ferrum adhibetur acie prorsus retusa.

Quare etc.

RESOLUTIO. — Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii, in plenariis comitiis habitis ad Vaticanum, die 13 iunii 1925, omnibus perpensis, ad dubium quod sequitur, nimirum:

« An declarationes S. C. C. anni 1890 et 1923, quibus mensurae in « Universitatibus Germaniae usitatae, quae speciali nomine *Bestimmung- « mensuren* vocantur, poenis ecclesiasticis subiiciuntur, illas tantum men- « suras respiciant, iuxta nonnullorum recentiorum sententiam, quae *cum « periculo gravis vulneris* committuntur, vel etiam complectantur eas, quae

« *sine periculo gravis vulneris* fiunt in casu »; responderi mandarunt: « *Ne-* ***il*** *gative* ad primam partem. *Affirmative* ad alteram ».

Quam resolutionem, referente infrascripto Secretario, in audientia diei 20 eiusdem mensis et anni, SSmus D. 2ST. Pius PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

f Iulius, Episc. Lampsacen., *Secretarius.*

SACBA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DEFINITIVA APPROBATIO CONCEDITUR INSTITUTO FAMULARUM IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. M. V. LEOPOLIEN.

Congregatio religiosa Sororum quae « Filiae Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis » nuncupantur, cuius domus princeps nunc in oppido vulgo *Jazloviec,* in archidioecesi Leopoliensi, sita est, ortum suum duxit in Urbe, anno 1857. Eius Fundatrix fuit pia mulier Iosepha, e nobili familia polona Karska. Haec voluit, ut eius alumnae, quas e Polonia arcessivit, ad sanctificationem, per religiosa vota simplicia, paupertatis scilicet, castitatis et obedientiae, contendentes, Romae primum, veluti ex ipso fonte, hausta pietate ac religiosa institutione, Poloniam inde repetentes, tum adulescentulas christiana institutione excolant, tum mulieres, quae exercitiis spiritualibus, ut vocant, spiritum renovare cupiant, penes se excipiant. Licet, anno 1860, praefata Iosepha Karska in osculo pacis Domini decesserit, piam tamen suam Congregationem tali vigore donatam reliquit, ut incrementum in dies receperit.

Parente porro orbatae familiae religiosae curam suscepit prima conditricis socia, nempe MarceUina Darowska, quae, assumpto nomine Sororis Mariae Marcellinae ab Immaculata Conceptione, omne studium impendere coepit, ut pia Societas propositum sibi finem assequeretur. Quoniam vero eadem Societas instituta fuit pro spirituali utilitate illarum regionum ex quibus Filiae Immaculatae Conceptionis Romam convenerant, idcirco ipsa una cum reliquis Sororibus, paulo post, ab Urbe discessit, Leopolim adiit atque in illa archidioecesi domum principem rite constituit. Pusillus vero grex, Deo bene iuvante, spatio quinquaginta annorum, quo ipsa ei-

dem praefuit, adeo crevit, ad suum finem prosequendum firmatus, ut plures domus, sacrorum Antistitibus plaudentibus, in variis Poloniae regionibus, id temporis, ab illa conditae fuerint; quare eadem religiosa Soror Propagatrix Instituti ac fere altera eius Fundatrix merito appellari possit.

Cum porro praefata Congregatio religiosa, Ordinariis locorum testantibus, bonum Christi odorem iugiter effudisset uberemque edidisset salutarium fructuum copiam et haud modica spes affulsisset ex eius operibus uberiores etiam fructus Ecclesiae reique publicae, Deo opitulante, fore obventuros, s. m. Pius PP. IX eam Decreto laudis seu commendationis, die 12 maii 1863, condecoravit; eamdemque deinde, die 24 iunii 1874, approbavit et confirmavit; Leo vero PP. XIII, f. r., die 9 ianuarii 1899, approbavit eius Constitutiones.

Nuper Moderatrix Generalis una cum suo Consilio SSmo **Dno** Nostro Pio divina Providentia PP. XI supplicavit, ut eaedem Constitutiones nunc a Capitulo Generali ad praescripta Codicis iuris canonici et peculiares normas a Sacra Congregatione de Religiosis Instituto datas, accommodatae approbarentur.

Itaque Sanctitas Sua, in Audientia, die 24 novembris 1925, infrascripto Cardinali eiusdem Sacrae Congregationis de Religiosis Praefecto concessa, re mature perpensa, suprascriptas Constitutiones, lingua gallica exaratas, rite ex officio emendatas, ut continentur in hoc exemplari, cuius autographum in Tabulario Sacrae Congregationis asservatur, dignata est, auctoritate Sua Apostolica, definitive approbare et confirmare, prout, praesentis Decreti tenore, illas definitive approbat et confirmat; nec non omnibus ac singulis Sororibus eas fidenter servare mandat; salva Ordinariorum iurisdictione ad normam sacrorum canonum. Contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis Religiosorum Sodalium Negotiis praepositae, die 24 novembris 1925.

C. CAED. LATJRENTI, *Praefectus.*

L. **S** S-

Vincentius La Puma, *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA **SEU** FALISCODUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI LTJCIAE FILIPPINI FUNDATRICIS ATQUE ANTISTITAE INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur f

Celebrata est illa Doctoris Angelici sententia: *Deus operatur miracula ad demonstrandam sanctitatem alicuius, quem vult proponere in exemplum virtutis* (2^a 2^{ae}, qnaest. 178, art. 2). Porro ex pluribus, quae operatum esse Deum ad Famulae suae Luciae Filippini sanctitatem palam asserendam et luculentius declarandam referuntur, prodigiis, tria selegerunt huius causae Actores, tres nempe sanationes, super quibus iudiciales inquisitiones hac alma in Urbe, ubi contigerant, Apostolica auctoritate condi curarunt. Haud exiguus sane confectus est probationum instructus, ex quo perspicuum efficitur, aegritudines quovis in casu fuisse organicas et gravissimas, conclamatas aegrotantium conditiones, súbitas et perfectas, post exoratam Ven. Servae Dei opem, sanationes: accedit miraculis favens communis opinio eorum, qui certam rerum cognitionem adepti sunt, atque concors tum medicorum a curatione, tum peritorum ex officio rogatorum iudicium; adeo ut haud immerito usurpari possent Davidica verba: *Venite et videte opera Domini, quia posuit prodigia super terram* (Ps. XLV, 8).

Primum miraculum experta est adolescentula Evelina Palazzesi, quae, haud firmam a natura sortita valetudinem, vix trilustris ileo-typho correpta est. Huiusce morbi gravitatem adauxit enterorragia, cui interea obnoxia fuit, ac praesertim quae supervenit broncho-pulmonites, a qua aegra in apertum vitae discrimen adducta est. Omni a medentibus abiecta sanationis spe, Ven. Luciae Filippini auxilium supplicationibus imploratur; quod diu opperiendum non fuit. Tertia enim novendialium precum die, quae prima lux fuit anni millesimi nongentesimi decimi primi, sententia impendentis mortis pronuntiata est matutinis horis a curationis medico; qui tamen vespertino tempore puellam perfecte sanatam invenit, seque continere non valuit, quin prodigio sanationem adscriberet et supernaturalem proclamaret.

Alterum miraculum contigit, exoriente anno millesimo nongentesimo vicesimo, in publico nosocomio, quod a S. Iacobo mutuatum habet domen. In eo recepta fuerat adolescentula Desdemona Banelletti, quae, tubere in anteriore colli parte affecta, chirurgicam incisionem subitura eiat. Haec tamen male cessit. Infelix namque puella, vix a soporifero medicamine libera evasit, se cunctis artubus contractam acerbisque conñictatam doloribus invenit; graviter siquidem per incisionem chirurgicam ei laesae fuerant paratiroides. Neque eius conditio per medentium curas melior facta est, immo quaelibet valetudinis recuperandae spes abierat, quum ipsa ad Ven. Luciae Filippini patrocinium confugit. Triduanae preces initae, quin ullum aegra experiretur levamen, productae sunt ad vesperum usque postremi diei exeuntis anni millesimi nongentesimi decimi noni. Nocte iam adulta, brevi sommo correpta est Desdemona, a quo vix excitata, se omnino bene valentem deprehendit, sociarumque in eadem valet udinarii parte degentium laetitiae signis et propinationibus se adiunxit, quibus exorientis anni adventum consalutare sibique populari ritu propitiare gestiebant. Obstupuere omnes, de eiusque inopina et absoluta mutatione mirati sunt vel ipsi medici et chirurgi, qui adhibitis medica minibus id adscribi non posse professi sunt. Desdemona vero nullum amplius praegressi morbi vestigium advertit, adeptaeque e vestigio sanationis beneficio laetissime adhuc potitur.

Tertium accidit miraculum in principe Magistrarum Piarum domo, in qua aegrotabat, pluribus affiictata morbis, Soror Dominica Caciolo, quin spes aliqua valetudinis recuperandae affulgeret. Colica namque hepática laborabat, eiusque status deterior in dies factus est ob aliorum morborum accessionem, quibus depellendis nulla paria ac idonea inventa sunt remedia. Anuriae enim addita fuit péritonites, néphrites acutissima atque polinevrites, quae aegrotae incommoda multa dirosque cruciatus afferebant; adeo ut ipsa Soror, tristissimam in qua versabatur conditionem conspiciens, ecclesiae Sacramentis communiri petierit, declaravitque se mortem obire malle quam sanationem sperare. At quod medentium scientia praestare nequibat, id suppetiae impetrarunt Luciae Filippini triduanis precationibus invocatae. Periclitan ti enim Sorori adfuit Ven. Famula Dei, eamque mox esse sanitatem plenam recuperaturam certiorem fecit. Subito aegrota integre sanatam se invenit, talemque se ostendit, obstupescentibus medicis cunctisque religiosis sororibus, quibuscum, ipsa invitante, gratiarum laudes Deo persolutae sunt. Haec evenerunt illucescente die 23 mensis iunii, anno millesimo nongentesimo decimo secundo.

De hisce tribus miraculis instaurata triplex est actio: prima in antepraeparatorio coetu penes Emum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli

di Belmonte, causae Ponentem, coacto; altera in praeparatorio conventu ad Vaticanum habito; denique in generali consessu coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI congregato die secunda vertentis mensis martii, in quo a memorato Cardinali propositum est dubium: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Porro Emi Cardinales et Patres Consultores suam singuli protulerunt suffragationem; quas Beatissimus Pater studioso prosecutus est animo; distulit tamen decretorum suum iudicium in alium diem, ut Sibi aliisque copia suppeteret divinae opis implorandae.

Quum autem mentem suam aperire statuisset, hodiernam diem selegit, Dominicam Passionis; quocirca idem Beatissimus Pater, rei sacrae devotissime operatus, advocari iussit Rmos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem, huius causae Ponentem, nec non R. P. Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum a secretis, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de tribus propositis miraculis:* de primo nempe, *instantaneae perfectaeque sanationis PJvelinae Palazzesi a morbo ileo-typho gravi cum enterorragia et broncho-pulmonite;* de altero, *instantaneae perfectaeque sanationis Desdemonae Ranelletti a morbo gravissimo ob insufficientiam glandularum paratiroidarum;* deque tertio, *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Dominicae Caciolo a colica hepática, accedente anuria, peritonite ac néphrite acutissima.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit decimo secundo calendas aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

gg A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

Angelus Mariani, *Secretarius»*

II

PICTAYIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANDREAE HUBERTI FOURNET, FUNDATORIS CONGREGATIONIS FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDREAE NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Mirabilis sane Dens in Sanctis suis, quorum merita dum publicis illustribusque documentis declarat, simul ostendit et quantum sint apud Se in gratia, et quanto illos pariter in pretio et honore ab hominibus haberi velit! Divinam hanc providentiam et benignitatem demirari datum est in Ven. Andrea Huberto Fournet, quem animarum zelo maxime succensum cives et advenae suspicientes, humanam gloriam sedulo declinantem et Filiarum Crucis novae a se conditae Familiae institutioni ac prosperitati iugiter intentum, tanta veneratione tantaque laude dignum eum censuere ut passim Sancti compellatione designaretur, accedentibus supernae gratiae donis, quibus placuit Deo eminentes et heroicas virtutes eiusdem honestare. Praeclarior autem sanctitatis probatio ex miraculis addita est, post eius funus, ipsius implorata ope, divinitus patratis; quibus eumdem, sacerdotalis ordinis exemplar, Ecclesiae suae ornamentum, et populi christiani praesidium declarare palam velle Deus videtur. Duo, quot nimirum causae indoles expostulat, insignia prodigia ad discutiendum proposita sunt, quibus desperata sanitas duarum Filiarum Crucis ex integro restituta est per Ven. Famuli Dei interventionem. Quae miracula apprime admiratione ac stupore omnes defixerunt, quotquot aut viderunt aut audiverunt morborum depulsorum gravitatem, deploratamque aegrotantium conditionem. Multo siquidem abhorrent ab ordinario naturae cursu et viribus sanationes a morbis, qui ex organicis laesionibus originem habent, quique difficillime curari possunt, vel saltem longum temporis spatium requirunt.

Infirmabatur in religiosa domo Pictaviensi Filiarum Crucis Soror Cíe-mentía, annos nata triginta duos, et biennio perdurante, a quo morbus ingruere coeperat, perperam remedia omnia adhibita sunt, quae medentes ei suppeditanda praescripserant. Morbi naturam et progressus conside-

rantes, medici nullam recuperandae sanitatis spem superesse declararunt; tubercularis enim tabes aegrae Sororis peritonaeum, intestinum atque pulmones pervaserat.

Ad mortis fauces ipsa se adductam fore putans, extremis muniri Sacramentis petiit, iamque tempus advenisse videbatur, quo preces, quae pro iis adhiberi solent qui animam agunt, recitandae essent. Interea divinam implorari opem, interposito Ven. Servi Dei patrocinio, coeptum est, postremoque labente novendialis supplicationis die, qui fuit decimus tertius mensis martii anni millesimi octingentesimi octogesimi primi, dum aegra prope moritura censebatur, eadem pauxillum aquae, ex Ven. Famuli Dei sepulcri loco haustae, sumit, et mox complectitur somno, totamque noctem summa in quiete ducit. Postero mane vixdum expergefacta, ab omni aegritudinis incommodo se immunem deprehendit; vestes quaerit, atque cum maximo sodalium stupore, quae febricitantis insaniam suspicabantur, lectum relinquit, déambulât expedite, communes cibos in triclinio sumit perfectaque valetudine se uti manifeste cunctis ostendit.

Alterum quoque miraculum experta est altera ex Filiabus Crucis, Soror Iulia Paulina, quae in Canadensi provincia commorabatur ac vigesimum primum aetatis annum agebat, quum morbo tentari coepit. Valetudinarium S. Bonifacii ingressa, pluribus curis ac remediis medicorum consilio subiecta est; at morbosafphaenomena aegritudinis malitiam percrebescentem in dies prodebant. Quum autem salutaris artis peritis, qui operam suam aegrotanti Sorori praestabant, certum et exploratum fuit, illud morbi genus, quod eius corpus adortum fuerat, ad eorum classem pertinere, qui graves in organis internis laesiones inducunt, quibus sanandis nullum par remedium, nulla idonea curatio adhiberi valeat, infaustam prognosim patefacere iidem medentes non dubitarunt. Agebatur enim de perityphlite tuberculari, quae adeo altas in aegrae corpore radices egerat, ut miserrimum statum eidem eomparaverit. Quare medici morbum desperatum denuntiarunt, amissaque valetudinis restituendae spe, deplorabili sorti aegrotam reliquerunt: haec vero suae conditionis plane conscia mortem aequo animo exspectabat. Verumtamen Venerabilis Fundatoris sui Andreae Huberti Fournet glorificationis cupida, ut huic rei consideret, sanationem poscere constituit, eius impetrata ope. Novendiales preces bis institutae sunt, adhibitaeque Venerabilis reliquiae, maxima cum aegrae fiducia adipiscendae valetudinis. Ita feliciter contigit, ut, postrema novendialium precum die, quae decima fuit mensis martii anni millesimi nongentesimi vicesimi secundi, Soror, instauratis precibus et admotis reliquiis, primo mane e lecto prosilierit, nullum amplius teterrimi morbi indicium animadvertens; omnia enim symptomata et molestiae desiverant. In pri-

mis Sorores eius subitam rerum mutationem demiratae sunt, omnesque miraculi evidentiam conclamarunt, refragante nemine.

Super duobus hisce prodigiis iudiciales conditae sunt inquisitiones, atque de iisdem auditae peritorum iuratorum sententiae; quibus faventibus, inita est disceptatio in Antepraeparatorio coetu, in aedibus Emi Cardinalis Vincentii Vannutelli, causae Ponentis, coacto; quem secutus est Praeparatorius in Vaticano Palatio congregatus, novissime vero generalis Conventus est habitus coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, in eoque a Eevmo Cardinali causae Ponente sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Quotquot aderant, tum Eeverendissimi Cardinales tum Patres Consultores, ex ordine et expedite suffragium suum ediderant. At Sanctissimus Pater, etsi eorum vota laetus exceperit, a sua proferenda sententia supersedit, ut divini luminis uberiorem copiam flagitaret.

Quum autem decretoriam edere sententiam statuisset, hodiernum diem selegit, qui Mariae Sanctae Dominae ab Angelo salutatae festus recolitur, atque, mystico et incruento sacrificio religiosissime oblato, advocari iussit Eeverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Eufinae, sacrorum Eituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum, Causaeque Eelatorem, itemque E. P. Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum a secretis; quibus adstantibus, solemniter edixit: *Constare de duobus propositis miraculis;* de primo nempe, *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis dementiae a tuberculosi peritonaei, intestinorum atque pulmonum;* et de altero, *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Iuliae Paulinae a perityphlite tuberculari.*

Decretum hoc vulgari, et in sacrorum Eituum acta inseri praecepit, octavo calendas apriles, anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
S. JS. *C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO PKO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIONES

Decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Ssmus D. N. Pius PP. XI nominare dignatus est:

- *21 decembris 1925.* — E. P. Cyrillum ab Erzerum, O. F. M. Capuccinorum, *Superiorem Missionum pro Armenis in Graecia cum iurisdictione Ordinaria.*

10 februarii 1926. — E. D. Gregorium Lakota, ab intimo Cubiculo Sanctitatis Suae, Archipresbyterum Capituli cathedralis, Eectorem Seminarii et Vicarium Generalem dioecesis Premisliensis ruthenorum, *Auxiliarem B. P. B. Iosaphat Iosephi Kocylowshyj, Episcopi Premisliensis ruthenorum.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 6 marzo, Sua Santità ha ricevuto in Udienza di formalità S. E. il Sig. Max van Ypersele de Strihou, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di S. M. il Re del Belgio, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 2 marzo 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso il dubbio su tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie, chiamate, dal suo cognome, Filippini.

Martedì 9 marzo 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, colPintervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati e Consultori teologi, componenti la S. Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. Serva di Dio Bartolomea Capitanio Fondatrice primaria dell'Istituto delle Suore della Carità, in Lovere, diocesi di Brescia.

Martedì 16 marzo 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet, Sacerdote secolare, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea: i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione del medesimo Ven. Servo di Dio.

Martedì 23 marzo 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio: se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni e prodigi dei Venerabili Servi di Dio Giacomo Sales, Sacerdote e Guglielmo Saltamochio, Coadiutore, della Compagnia di Gesù che si asseriscono uccisi in odio alla Fede

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

22 dicembre 1925. Monsig. Giorgio Giuseppe Caruana, *Delegato Apostolico delle Antille e del Messico.*

14 gennaio 1926. Il Emo P. Eugenio Keller, della Congregazione dello Spirito Santo, *Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.*

9 marzo » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Bagonesi, *Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

9 » » Monsig. Carlo Cremonesi, Arcivescovo titolare di Nicomedia, Suo Elemosiniere Segreto, *Delegato Apostolico pel Santuario di N. S. di Pompei e per le opere annesse.*

16 » » Il Emo P. Marco Sales, O. P., Maestro dei SS. PP. AA., Monsig. Francesco Faberi, e il Emo P. M. Domenico Tavani, dei Minori Conventuali, *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

25 » » Gli Emi Signori Cardinali Pietro Gasparri, Enrico Gasparri, Luigi Sincero, Alessandro Verde, *Membri della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

» » » Monsig. Ettore Castelli, *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

5 settembre 1925. Monsig. Gaetano Giusino, *Chierico della Reverenda Camera Apostolica.*

21 gennaio 1926. L'Emo Sig. Cardinale Tommaso Pio Boggiani, *Protettore delle Suore Terziarie Domenicane di Newcastle,* (Natal).

23 » » Monsig. Francesco Bracci, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

24 "» » Monsig. Giuseppe Trezzi, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

20 febbraio » L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, *Protettore della Congregazione delle Suore di Carità di Namur.*

25 » » Monsig. Ernesto Jallonghi, *Referendario détta Segnatura Apon stolica.*

25 febbraio 1926. Monsig. Silvio Fagiolo, *Canonista della Sacra Penitenzieria Apostolica.*

3 marzo » Monsig. Antonio Anelli, *Referendario della Segnatura Apo• stolica.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

18 gennaio Ì92o.|Monsig. Giovanni Tommaso Mac Nally, Vescovo di Hamilton.

1 marzo 1926. Monsig. Albino Pella, Vescovo di Casale Monferrato.

Proton otario Apostolico ad instar participantium:

23 febbraio 1926. Monsig. Martino Krompotic, della diocesi [di Segna e Modrussa.

Prelati domestici di S. S. :

20 aprile 1925. Monsig. Raffaele Labbè, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

» » » Monsig. Carlo Casanueva, della medesima archidiocesi.

7 ottobre 1925. Monsig. Paolo Coté, della diocesi di Sherbrooke.

2 3 dicembre » Monsig. Celestino D uval, della diocesi di Luçon.

» » » Monsig. Leone Gromier (Roma).

27 gennaio 1926. Monsig. Giuseppe Piccirilli, della diocesi difSora.

5 febbraio » Monsig. Cesare De Sanctis (Roma).

9 » » Monsig. Stefano Wornicki, della diocesi di Detroit.

» » » Monsig. Giovanni Battista Romagnoli (Roma)

23 » » Monsig. Francesco Saverio Munck, dell'archidiocesi di Colonia.

24 » » Monsig. Luigi Grillini, della diocesi di Sabina.

» » » Monsig. Giovanni Biglaud dell'archidiocesi di Bombay.

» » » Monsig. Ernesto Jallonghi (Roma).

25 » » Monsig. Silvio Fagiolo (Roma)

2 » » Monsig. Antonio Anelli (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

9 marzo 1926. Al sig. Caio De [Mello fFranco, già [Segretario dell'Ambasciata del Brasile presso la S. Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 aprile 1925. Al sig. duca Cesare Rivera (Roma)
9 marzo 1926. Al sig. dott. Giovanni Ulrich (Lisbona).

La Placca délVOrdine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 novembre 1925. Al sig. Comm. Bartolomeo Nogara (Roma)
6 marzo 1926. Al sig. Comm. Gennaro de Simone, dell'archid. di Napoli.

La commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 febbraio 1926. Al sig. dott. Domenico Slaviero, dell'arehidiocesi di Milano.
26 » » Al sig. prof. cav. Carlo Costantini (Roma).
28 « » Al sig. avv. Mario Longoni, dell'arehidiocesi di Milano.
3 marzo » Al sig. Manuel Augusto Olaechea, dell'arehidiocesi di Lima.
4 » » Al sig. Cav. Giuseppe Girelli (Roma).
6 [» » Al sig. Carlo Werwaest, dell'arehidiocesi di Malines.
8 » » Al sig. Modesto Lovera, dell'arehidiocesi di Torino.

La Commenda dell'ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

5 marzo 1926. Al sig. Giulio Morales Coello (Avana).

Il Cavalierato dell'ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

9 dicembre 1925. Al sig. Rodolfo Liffers, della diocesi Haarlem.
22 febbraio 1926. Al sig. Giulio Macke, della diocesi di Lilla.
23 » » Al sig. Giovanni Francesco Hruska, dell'arehidiocesi di Praga.
» » » Al sig. Giuseppe Cirillo Lychra, della medesima archidiocesi,
26 » » Al-sig. Guglielmo Burer, del vicariato apostolico di Batavia.
» » » Al sig. Giuseppe Ignazio G. M. Schmutzer, del medesimo vicariato.
27 » » Al sig. Gulielmo Fischer (Roma).
» » » Al sig. Edmondo Holtzspach, della diocesi di Alba Reale.
1 marzo » Al sig. Francesco Eiehert (Vienna).
2 » » Al sig. Vincenzo Ying, del vicariato apostolico di Pekino.
» » » Al sig. dott. Umberto Selan, dell'arehidiocesi di Udine.
3 » » Al sig. not. Gastone Dufour, della diocesi di Lilla.
9 » » Al sig. Giuseppe Van de Put, dell'arehidiocesi dì Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

27 febbraio 1926. Al sig. Enrico U. Ereifelts, dell'arehidiocesi di Colonia.
» Al sig. Giuseppe Gervasio, dell'arehidiocesi di Napoli.

MÀGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordòmo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

28 gennaio 1925. Monsig. Giovanni Subercaseaux, dell'archidiocesi del Chiles
28 gennaio 1926. Monsig. Felice Eavanat (Eoma).
22 febbraio » Monsig. Giovanni Teodori (Eoma).
25 Monsig. Antonio Ferrara, della diocesi di Alife.
26 Monsig. Venceslao Ponstka, della diocesi di Budějovice.
Monsig. Carlo Petersilka, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe Grossi, della medesima diocesi.
Monsig. Adalberto Carda, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe Pavlovic, della medesima diocesi.
Monsig. Mattia Bendik, della medesima diocesi.
Monsig. Bartolomeo Pubec, della medesima diocesi.
Monsig. Francesco Seyvalter, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe Kavale, della medesima diocesi.
27 Monsig. Giuseppe Dzioba, della diocesi di Lodz.
2 marzo Monsig. Carlo Frühstorfer, della diocesi di Linz.
» Monsig. Dario Marquez, della diocesi di Manizales.
Monsig. Nazareno Migliorati, della diocesi di Gubbio.
Monsig. Giovanni M. Pellagatta, della diocesi di Novara.
Monsig. Nicola Cerbone, della diocesi di Capaccio-Vallo.
Monsig. Tommaso De Dominicis, della diocesi di Montefìaiscone.
Monsig. Emiliano Crnek, dell'archidiocesi di Zagabria.
Monsig. Eiccardo Zajc, della diocesi di Lubiana.
20 Monsig. Ernesto Perazzoli, della diocesi di Eipatransone.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

3 marzo 1926. Il sig. barone Giovanni M.ª Giuseppe Gastone de Rebaudy Montoussin, della diocesi di Perpignano.
4 » » Il sig. marchese Pasquale Pinto, della diocesi di Capaccio Vallo.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

22 febbraio 1626. Monsig. Serafino De Angelis (Eoma).
12 marzo » Monsig. José Fino Beja, della diocesi di Guarda.
20 Francesco Sciocchetti, della diocesi di Ripatransoiae.

Camerieri d'onore di Svada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

26 febbraio 1926. Il sig. dott. Emanuele Bugallo Pita, della diocesi di Tuy.

NECROLOGIO

27 luglio 1925. Monsig. Gabriele Maurice, O. F. M., Vesc. titolare di Lesbi.
4 agosto » Monsig. Sebastiano Giuseppe Pereira, Vescovo di Damäo.
21 febbraio 1926. Monsig. Ignazio Homsi, Arcivescovo tit. di Tarso, r. greco-melchita.
6 marzo » Monsig. Raimondo Calvo, Vescovo titolare di Cotenna.
13 » » Monsig. Enrico Luigi Bouquet, Vescovo di Chartres.
20 » » Monsig. Amerigo Bevilacqua, Arcivescovo tit. di Scitopoli.
26 » » Monsig. Edoardo Dionisio Kelly, Vescovo di Grand-Rapids.
» » » Monsig. Francesco M. Cervera, O. F. M., Arcivescovo titolare di Pompeopoli.

Annus XVIII - Vol. XVIII 3 Maii 1926 Num. S

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE SANCTO FRANCISCO ASSISIENSI SEPTINGENTÉSIMO AB EIUS OBITU EXEUNTE ANNO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Rite expiatis in hac Alma Urbe atque ad perfectioris vitae institutum excitatis animis plurimorum Iubilaeo magno — cuius quidem toto orbe fruendi facultatem in finem vertentis anni prorogavimus — iam ad maximas utilitates vel quaesitas inde vel gperatas cumulus quidam videtur Nobis accessurus ex ea quae ubique gentium apparatur de Francisco Assisiensi commemoratio sollemnis, septimo exeunte saeculo cum terrestre exsilium caelesti patria feliciter mutavit. Hominem, non tam turbulentae aetati suae quam christianae omnium temporum societati emendandae divinitus datum, cum Actioni catholicae, quam vocant, proximus decessor Noster caelestem Patronum attribuent, eos sane decet filios Nostros, qui in ea provincia secundum praecepta Nostra desudant, ita, cum creberrima Francisci subole concinentes, eius et acta et virtutes et spiritum revocare atque extollere, ut, commenticia illa Seraphici viri specie reiecta, quae aut recentiorum

errorum fautoribus aut urbanis lautisque hominibus ac mulieribus arridet, quam ipse in se rettulit sanctitatis formam, ad evangelicae castitatem simplicitatemque doctrinae compositam, christifideles omnes eandem imitentur atque induant. Huc enim et sacros ritus et publicas ferias et recitationes et contiones, per saecularis anni decursum, spectare cupimus, ut, qualis ex naturae gratiaeque donis, ad absolutissimam sui proximorumque perfectionem mirifice adhibitis, Patriarcha Seraphicus exstitit, talis omnino, nec alius aut dissimilis, germanae pietatis significationibus celebretur. Quodsi temere facit quisquis adscitos in caelestem patriam sanctitatis heroas inter se comparat, quorum alios ad aliud Spiritus Paraclitus munus ad aliamque causam apud mortales obeundam delegit — quae quidem comparatio, ab incompositis animorum motibus plerumque profecta, omni est fructu vacua inque Deum ipsum sanctitatis auctorem iniuriosa —- videtur tamen nullus fuisse, in quo Christi Domini imago et evangelica vivendi forma similior, quam in Francisco, atque expressior eluxerit. Propterea, qui se ipse appellavit *magni Regis Praeconem*, idem recte *alter Christus* nuncupatus est, quod se quasi reviviscentem Christum aequalium suorum societati et saeculis praestitit futuris: unde consecutum, ut is vivat hodie ante* oculos hominum in omnemque victurus sit posteritatem. Quod ipsum iam quis miretur, quando ii, qui primi ex aequalibus eius temporis de vita et rebus Patris sui Legiferi scripsere, ; hunc paene maiorem augustioremque quam pro humana natura existimarunt: quando decessores Nostri, qui Francisco familiariter usi' sunt, in populi salutem Ecclesiaeque praesidium a Deo illum providenter missum agnoscere non dubitarunt? Cur vero, tam diuturno a Seraphici viri obitu intervallo, catholicorum in eum pietas atque ipsorum acatholicorum admiratio novo quodam .ardore effervescit, nisi quod eius forma haud minore hodie, quam ante, claritate mentibus collucet, eiusque vis ac virtus, ad medendum populis cum plurimum adhuc possit, in id advocata desideratur? Etenim emendatrix ipsius actio ad humani generis universitatem sic pertinuit, ut, praeter restitutam late fidei morumque integrità-

tem, evangelicae caritatis iustitiaeque rationes communem ac socialem, ut aiunt, vitam multo interius pervadendo temperarent.

Eventi igitur, quod adesse properat, amplitudini ac faustitati aptissime congruit, ut, vobis, Venerabiles Fratres, alloquii Nostri nuntiis atque interpretibus, per Assisiensis Patriarchae documenta vitaeque exempla hac temporis reique opportunitate salutariter revocata, franciscalem spiritum, qui ab evangelico sensu atque habitu nihil prorsus abest ac distat, in christiano populo excitemus. Placet enim contentione pietatis cum proximis certare decessoribus Nostris, qui nullam siverunt praecipuorum eius vitae dierum factorumque saecularem praeterire memoriam, quin apostolici auctoritate magisterii illustrarent fidelibusque agendam décernèrent. In quo maxima cum animi voluptate meminimus —ac nequeunt Nobiscum non meminisse quiqui florentem excesserunt aetatem —in Franciscum eiusque instituta ubique gentium incensa fuisse popularium studia per Encyclicas Litteras *Auspicato,* a Leone XIII quarto ac quadragesimo ante anno datas, cum septimum pariter ab Assisiensis viri ortu saeculum compleretur: quae quidem studia quandoquidem in multiplices pietatis significationes et in optatam quandam animorum erupere renovationem, minime intellegimus cur proximi eventi gravitate paris exitus par esse non debeat. Quin etiam longe superiorem portendunt quae sunt in praesens christianae societatis tempora. Quem enim fugiat, bona spiritus pluris fieri communiter coepisse, et populos, superioris aetatis experientia, doctos nisi ab reditu ad Deum nihil quietis sibi ac securitatis sperandum, ad unam salutis causam Ecclesiam catholicam suspicere? At praeterea cum saecularibus hisce sollemnibus, quae ab spiritu paenitentiae caritatisque seiungi non possunt, nonne prolata ad orbem terrarum romani Iubilaei venia, de qua diximus, auspicato concurrid?

In comperto est, Venerabiles Fratres, quam difficilis quamque acerba Francisco aetas contigerit. Esto, christianam fidem

tum in populo altius esse defìxam: cuius quidem rei argumento est, non tam conductos milites quam ipsos omnis ordinis cives, ad liberandum Christi Sepulcrum, signa in Paiaestinam, sacro impetu, intulisse. At tamen in agrum dominicum obrepere sensim haereses ac serpere, vel ab notis auctoribus vel ab occultis circulatoribus propagatae, qui, vitae austeritatem assimulatamque virtutis disciplinaeque speciem ostentando, facile simplices debilesque decepere nomines: inde infesti quidam rebellionis igniculi in multitudines insinuari. Si qui autem, privatorum maculis Ecclesiae Dei inustis, se ad hanc emendandam divinitus vocatos superbe censuerunt, haud ita multo post, cum doctrinas auctoritatemque Apostolicae Sedis reiecissent, liquido apparuit quibus ii consiliis regerentur; expedite yero ad libidinem et luxuriam, ad ipsamque rerum publicarum perturbationem, concussis religionis, dominii, familiae civitatisque fundamentis, plerosque eorum devenisse constat. Scilicet id tum evenit, quod hac illae plus semel saeculorum decursu, ut conflatae in Ecclesiam inque civitatem seditiones pari gradu, altera alteram iuvante, procederent. Verum, licet catholica fides in animis aut incolumis aut non omnino obscurata consisteret, cum evangelici spiritus paene defecissent, tum Christi caritas in societate hominum adeo deferbuerat ut quasi restincta videretur. Nam, ut de eorum contentionibus sileamus qui hinc cum Imperio, illinc cum Ecclesia facerent, intestinis Italicae urbes bellis lacerabantur, seu vellent nonnullae se ab dominatu unius in civilem libertatem vindicare, seu aliae ex maioribus alias sibi minores subigere niterentur, seu factiones in una eademque civitate de principatu certarent: unde immanes utrimque caedes, incendia, expilationes direptionesque locorum, exsilia, rerum bonorumque publicationes. Iniquissima plurimorum fortuna, cum inter dominos et clientes, maiores, quos vocabant, et minores, eros et colonos, nimio plus dispares intercédèrent rationes, quam ipsa pateretur humanitas, et tenuiores e populo a potentioribus opprimi atque impune vexari solerent. Abrepti porro amore sui suarumque rerum studio, quotquot e miserrima plebe non erant, insatiabili divitiarum cupiditate exardescere;

sumptuariis alicubi legibus nequiquam latis, ihsanum vestium, epularum deliciarumque omne genus iactare atque ostentare apparatum; paupertatem pauperesque contemptui habere; animo ab leprosis, tum frequentibus, esse aversissimo eosdemque segregatos neglegere: a qua sane tanta fruendi bonis voluptatibusque libidine ne ii quidem vacabant — etsi satis multi e clero morum austeritate commendabantur — qui religiosius vacare debuerant. Quamobrem usu venerat, ut magnos sibi quisque et uberes quaestus omnibus ex rebus, unde licuisset, hauriret ac constitueret; non modo igitur pecunia per vim extorquendâ vel iniquo fenore exigendo, sed etiam publica munera, honores, iustitiae administrationem, vel ipsam reis impunitatem venditando, rem familiarem non pauci augebant atque exaggerabant. Nec vero tacuit Ecclesia nec a puniendo se abstinuit: at, quantumne id profuturum erat, quando vel Imperatores, publico pessimo que exemplo, Apostolicae Sedis anathemata provocabant contumaciterque spernebant? Monasticum quidem institutum, quod tam laetos ad maturitatem fructus perduxerat, mundano respersum pulvere, ad resistendum repugnandumque minus poterat; quodsi per novos religiosorum virorum Ordines ecclesiasticae disciplinae aliquantum praesidii accessit ac firmamenti, multo tamen copiosiore et lucis et caritatis effusione laborantem hominum societatem reparari oportebat.

Itaque eiusmodi, quam adumbravimus, societati cum illustrandae, tum ad incorruptam evangelicae sapientiae speciem reducendae, divino consilio Assisiensis apparuit idemque effulsit Solis instar, quemadmodum cecinit Aligherius:[1] quae ipsa demum est Thomae a Celano sententia, scribentis: « Radiabat velut stella fulgens in caligine noctis et quasi mane expansum super tenebras ».[2]

Adulescens uberiore quodam et vehementiore ingenio, fertur, pretiosis indutus vestibus, delicatis ac ineundis, quibus uteretur, comitibus caenas apponere lautissimas et inter hilariores cantus

[1] ***Par.*** XI.
[2] ***Leg.*** I, n. 37.

urbis suae obire vias consuevisse, integritate tamen morum, castitate sermonum divitiarumque contemptu commendatus. Qui, post Perusinae captivitatis ac morbi cuiusdam molestias cum se interius immutatum non sine admiratione sensisset, nihilo secius, ut ex Dei veluti manibus elaberetur, heroicos oppetiturus casus in Apuliam contendit. Verum, cum iter faceret, haud ambiguo Dei monitu Assisium redire iussus est, ubi, quid sibi agendum foret, doceretur; postquam vero dubitationibus diu aestuavit, et divino afflatu et audito inter sacrum sollemne illo Evangelii loco, qui ad Apostolorum missionem vitaeque genus pertinebat, intel[4]-lexit, se « ad formam Sancti Evangelii » vivere et Christo servire oportere. Iam tum, igitur, cum Christo coniungi arctissime eique omnino similis effici aggressus est; et «totum viri Dei studium, tam publicum quam privatum, circa crucem Domini versabatur; et a primaevo temporis, quo Crucifixo coeperat militare, diversa circa eum crucis mysteria praefulserunt ».[1] Vere bonus is miles et eques Christi, pro nobilitate et generositate animi, fuit; qui, ne qua in re cum Domino suo et ipse et discipuli sui discreparent, praeterquam quod evangelicum codicem, oraculi causa, adire ac consulere inter deliberandum solebat, legem Ordinum, quos condidit, cum evangelio ipso itemque religiosam suorum vitam cum apostolica vita unus adaequavit. Quapropter in Regulae fronte recte inscripsit: « Regula et vita Minorum fratrum haec est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare...».[8] Iam, ut rem pressius ingrediamur, videamus, Venerabiles Fratres, quam praeclara perfectissimarum virtutum exercitatione se Franciscus ad inserviendum divinae misericordiae consiliis pararit idoneumque publicae emendationis administrum praestiterit.

Quonam studio flagraret noster evangelicae paupertatis, ' si mente facilius fingimus, describere tamen censemus perarduum. Ipsum nemo ignorat ad opitulandum egenis fuisse natura proclivem, et, teste Bonaventura, tantae plenum benignitatis, ut, « iam

[1] Th. a Cel., ***Tract, de mirac,*** n. %

[2] ***Reg. Fr. Minorum,*** initio.

Evangelii non surdus auditor », **decrevisset,** nulli se **mendico** stipem negaturum, quisquis praesertim in petendo « divinum allegaret amorem »;[1] at vero naturam cumulate gratia perfecit. Itaque, interiore Dei impulsu, reiectum olim pauperem, paenitentia commotus, statim conquirere eiusque misericorditer atque abunde allevare inopiam; iuvenibus stipatus cum aliquando post laetum convivium per urbem concinendo cursitaret, consistere subito, per summam spiritus dulcedinem a corpore abstractus, rogantibusque, ubi se recepit, comitibus uxoremne cogitaret, respondere illico ardenterque eos recte dixisse, cum uxorem, qua nulla sane nobilior et ditior et pulcrior, ducere sibi proponeret: quibus quidem verbis seu paupertatem seu religionem praecipuo paupertatis cultu innixam intellegebat. Etenim a Christo Domino, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia divites essemus,[2] divinam illam sapientiam didicit, quam nulla unquam humanae sapientiae commenta delebunt, quaeque sancta novitate res una omnes instaurare potest. Docuerat sane Iesus: *Beati pauperes spiritu ;* [3] *Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et veni, sequere me ;*[4] eiusmodi autem paupertatem, quae, utpote posita in ea voluntaria studiosaque rerum omnium iactura quam quis Spiritus Sancti instinctu suscipiat, invitae illi et morosae et ostentatae veterum quorundam philosophorum omnino repugnat, ita amplexus est noster, ut dominam et matrem et sponsam reverenter amanterque appellaret. Ad rem sanctus Bonaventura: « Nemo tam auri quam ipse cupidus paupertatis, nec thesauri custodiendi sollicitior ullus quam iste huius evangelicae margaritae ».[5] Ac Franciscus ipse, cum in lege Ordinis propria singularem prorsus eius virtutis exercitationem suis commendat ac praecipit, quanti eam faceret, quantopere adamaret, perspicuis profecto verbis ostendit: «Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, carissimos fratres meos, haeredes

[1] ***Leg. mai.,*** c. 1, n. 1.
[2] II Cor., VIII, 9.
[3] Matth., **V, 3.**
[4] Matth., XIX, **21.**
[5] ***Leg. mai.,*** c. 7.

et reges Regni caelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Haec sit portio vestra;... cui... totaliter inhaerentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub caelo habere velitis ».[1] Atque idcirco Franciscus paupertatem amavit praecipue, quod eam consideraret Deiparae familiarem et Christi Iesu non tam familiarem quam Sponsam in ligno Crucis adscitam, et ab hominibus deinde oblitteratam et mundo valde amaram atque importunam. Quae cum secum ipse reputaret, mirum quantum consueverat lacrimarum edere ac ploratuum. Iam quis insigni isto hominis spectaculo non commoveatur, qui ex paupertatis amore pristinis lautitiarum suarum sociis aliisque non paucis insaniisse visus est? Quid quod pósteros, vel ab evangelicae perfectionis captu usuque alienissimos, huius tanti paupertatis amat oris auctior in dies admiratio perculit et nostrae homines aetatis percellit? Cui quidem posteritati omnino Alagherius praeivit, cantu illo[2] de sponsalibus inter Franciscum et Paupertatem initis, in quo nescias utrum magis mirere, granditatemne elationemque sententiarum, an carminis mollitudinem ac venustatem.

Iamvero quae in mente animoque Francisci paupertatis et notio altissima et generosa insidebat cupiditas, externorum dumtaxat bonorum abdicatione terminari ac circumscribi non poterat. Kam cui liceat germanam ad Christi Domini exemplum adipisci ac profiteri paupertatem, nisi se spiritu pauperem seque humilitatis virtute pusillum effecerit? Quod'cum probe teneret noster, alteram virtutem ab altera nunquam dissociando, utramque simul consalutat ac salvere iubet: « Domina sancta paupertas, Dominus te salvet cum tua sorore sancta humilitate... Sancta paupertas confundit omnem cupiditatem et avaritiam et curas huius saeculi. Sancta humilitas confundit superbiam et omnes homines huius mundi et omnia quae in mundo sunt ».[3] Franciscum autem uno ut verbo depingat, aurei *Be Imitatione Christi* libri scriptor humi-

[1] ***Beg. Fr. Min.,*** c. 6.

[2] ***Far.*** XI.

[3] Opuse. ***Salutatio virtutum*** (Ed. 1904), p. 20 et seq.

lem appellat: «Quantum unusquisque est in oculis tuis (Deus), tantum est et non amplius, ait humilis S. Franciscus ».[1] Cui profecto fuit curae potissimum, ut, tamquam omnium minimum ac postremum, submisse se gereret. Itaque, inde ab inito emendatione vitae curriculo, cupere is vehementer ludibrio ac risui esse hominibus; etsi Conditor Paterque Minorum Legifer erat, unum tamen aliquem ex suis sibi moderatorem ac dominum deligere, a cuius nutu penderet; vixdum licuit, nullis suorum precibus fletibusque devictus, summum Ordinis magistratum deponere « ad servandam humilitatis sanctae virtutem », et permanere « exinde subditus usque ad mortem, humilius agens quam aliquis aliorum » ;[2] oblatum saepe a Purpuratos Patribus primoribusque civitatis liberale magnificentissimumque hospitium abnuere ac recusare; reliquos homines aestimare quamplurimi et omni honoris testimonio prosequi, factus «inter peccatores quasi unus ex eis ». Namque peccatorum maximus ipse sibi videbatur, dicere solitus, si quam sibi Deus adhibuerat misericordiam, eandem scelesto alicui homini praestitisset, hunc decies tanto perfectiorem fuisse evasurum, praetereaque Deo dumtaxat tribuendum, a quo unice profectum esset, quicquid in se honesti ac boni reperiebatur. Qua de causa privilegia et charismata, quae hominum existimationem ac laudem parere sibi possent, atque in primis Stigmata Domini Iesu in suo corpore impressa divinitus, omni occulere contentione studuit; si quando autem privatim publiceve dilaudaretur, non tam se ipse putabat ac fatebatur contemptu contumeliisque dignum, quam incredibili quodam maerore, non sine gemitibus lamentisque, angebatur. Quid quod se indignum adeo existimavit, ut sacerdotio initiari noluerit? In hoc ipso igitur humilitatis quasi fundamento Ordinem Minorum niti voluit ac consistere. Quodsi hortationibus mirae sapientiae plenis suos iterum iterumque docebat, cur non liceret ulla de re, nedum de virtutibus gratiisque caelestibus, gloriari, in primis tamen eos ex fratribus admonebat et pro opportunitate obiurgabat, quibus

[1] L. III, c. 50.
[2] Th. a Gel., *Leg.* II, n. 143.

sua ipsorum officia periculum inanis gloriae superbiaeque facesserent, ut divini verbi praecones, ut litterarum optimarumque artium peritos, ut coenobiorum provinciarumque moderatores. Longum sane est singula persequi, sed hoc unum commemorare libet: humilitatem Franciscum ex Christi exemplis ac verbis [1] in suos, quasi peculiarem Ordinis notam, derivasse; fratres enim suos «voluit vocari *Minores*, et praelatos sui Ordinis dici *ministros*, ut et verbis uteretur evangelii, quod observare promiserat, et ex ipso nomine discerent discipuli eius, quod ad discendami humilitatem ad scholas humilis Christi venissent ». [2]

Vidimus, Seraphieum virum, ex ipsa quae in mente sua inesset paupertatis absolutissimae notione, tam se pusillum humilemque praestitisse, ut, vel cum Ordini praesideret, alicui uni — immo, ut addamus, fere omnibus — candida cum simplicitate obtemperaret; quisquis enim semet non abnegat, nec arbitrium abiicit suum, non is profecto dicendus aut se quibusvis rebus despoliasse aut demisso fieri animo posse. Itaque noster voluntatis libertatem, munus ceteris praecellentissimum a Deo Creatore humanae naturae tributum, Iesu Christi Vicario per obedientiae votum ultro addixit permisitque totam. O quam faciunt inepte, quam longe ab Assisiensis cognitione recedunt qui, ut suis commentis erroribusque serviant, Franciscum quendam fabricantur ac fingunt — incredibile dictu — cum ecclesiasticae intolerantiorem disciplinae, tum de ipsis fidei doctrinis nihil omnino curantem, tum etiam praecursorem ac praenuntium multiplicis illius, quae ab recentioris aevi initio iactari coepit, ementitae libertatis, unde tanta Ecclesiae civitatisque exstitit perturbatio. Iam mirificis exemplis ipse suis, quam arcte cum Ecclesiae hierarchia, cum Apostolica hac Sede et cum Christi doctrina cohaereret, Praeco magni Eegis catholicos doceat acatholicosque universos. Etenim, ut e litterarum monumentis illius aetatis, iisque fide dignissimis, constat, « venerabatur sacerdotes, et omnem ecclesiasticum ordinem nimio amplexabatur

[1] Matth., XX, 26-28; Luc. XXII, 26.

[2] S. Bonav., ***Leg. mai.,*** c. 6, n. 5.

affectu »;[1] « hoc . . . ipse *vir catholicus et totus apostolicus* in praedicatione sua principaliter monuit, ut Romanae Ecclesiae fides inviolabiliter servaretur, et ob Dominici Sacramenti, quod ministerio sacerdotum conficitur, dignitatem, in summa sacerdotalis ordo reverentia teneretur. Sed et divinae legis doctores et omnes ecclesiasticos ordines docebat summopere reverendos ».[2] Quod autem popularibus e suggestu tradebat, id ipsum fratribus suis multo inculcavit vehementius; quos monere identidem consueverat — et Testamento illo suo, et moriturus etiam atque etiam monuit —praelatis et clericis, in sacri ministerii exercitatione, modeste parèrent cum usque filios pacis se gererent. At vero, quod hoc in genere caput est, cum primum propriam sui Ordinis legem Seraphicus Patriarcha condidisset ac conscripsisset, nihil paene morae interiecit, quominus eam Innocentio III, coram cum prioribus undecim discipulis sistens, adprobandam subiiceret. Immortalis autem memoriae Pontifex, verbis et conspectu pauperrimi humiliumque hominis mirifice affectus divinoque afflatus spiritu, cum Franciscum peramanter complexus esset, tum exhibitam sibi legem apostolica auctoritate sanxit, fecitque praeterea novis operariis praedicandae paenitentiae potestatem: cui quidem Eegulae paulo immutatae, testis historia est Honorium III, Francisci rogatu, confirmationis robur addidisse. Eegulam autem et vitam Fratrum Minorum Seraphicus Pater huiusmodi vult esse, ut iidem « Domini Nostri Iesu Christi sanctum Evangelium » observent, « vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate », non ad arbitrium quidem suum suamque interpretationem, sed ad nutum Romanorum Pontificum, qui canonice electi sint. Quicumque vero cupiunt « hanc vitam accipere... Ministri... diligenter examinent eos de fide catholica et ecclesiasticis sacramentis, et si haec omnia credant, et velint ea fideliter confiteri, et usque in finem firmiter observare »; qui in Ordinem cooptati sint, ne inde ullo pacto discedant « iuxta mandatum Domini Papae ». Clericis praecipitur, ut divina obeant officia « secundum ordinem Sanctae Ronia-

[1] Th. a CeL, *Leg.* I, n. 62.

[2] Iulian. a Spira, ***Vita S. Fr.,*** n. 28.

nae Ecclesiae»; fratribus in universum, ne in territorio alicuius episcopi, huius iniussu, continentur, neve sacrarum virginum coenobia, ministerii causa, nisi peculiarem Apostolica Sedes veniam fecerit, ingrediantur. Nec minorem Apostolicae Sedis reverentiam atque observantiam ea redolent, quae de Cardinali protectore postulando Franciscus habet: «Per obedientiam iniungo Ministris, ut petant a Domino Papa unum de Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui sit gubernator, protector et corrector istius Fraternitatis; ut semper subditi et subiecti pedibus eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae, stabiles in fide catholica, ... sanctum Evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus ».[1]

Nec silere de illa decet, quam Seraphicus vir « diligebat praecipue pulchritudinem et munditiam honestatis », scilicet de ea spiritus corporisque castitate, quam acerbissima sui ipsius macerazione custodiebat ac tuebatur. Ipsum vidimus, cum adulescens festive eleganterque ageret, a quavis vel verborum turpitudine abhorruisse. Attamen, statim atque inania saeculi delectamenta abiecit, iam tum sensus acerrime cohibere coepit, et, si quando voluptariis pulsari agitarique eum motibus contigit, sese aut inter dumos volutare aut, summa hieme, in rigidissimas aquas demergere non dubitavit. Explorata, ceteroqui, res est, nostrum, qui homines ad evangelicae vitae institutum revocare studeret, hortari omnes solitum « ut amarent et timerent Deum atque poenitentiam agerent de peccatis »,[2] exemploque suo omnibus paenitentiae auctorem suasoremque exstitisse. Is enim cilicium carni adhibere, tunica rudi ac paupere uti, nudis pedibus incedere, subnixis lapide lignove cervicibus cubare, cibum capere qui mortem dumtaxat arceret, eundemque aquae et cineri plerumque admixtum ut male saperet, immo etiam maiorem anni partem fere ieiunus traducere. Corpus praeterea, quod cum iumento onerario comparabat, aspere duriterque, seu satis firma seu aegra esset valetudine, tractare, et duplicata quidem castiga-

[1] ***Beg. Fr. Minor.,*** passim.

[2] ***Leg.*** Trium Sociorum, n. 33 et seqq.

tione, si quid calcitrare videretur; postremis autem vitae suae annis, cum, factus Christo simillimus, per Stigmata quasi cruci afñxus esset et multiplici morborum vi torqueretur, ne tunc quidem corpori suo aliquid solacii indulsit ac quietis. Nec minus curavit, ut sui austeritati et paenitentiae assuescerent, quamquam — in quo unice « dissona fuit manus a lingua in patre sanctissimo »[1] — eos iubendo monuit, ab immodica abstinentia corporisque annotatione temperarent.

Haec autem omnia ex uno eodemque divinae caritatis fonte ac capite Auxisse quis pro manifesto non habet? Siquidem, ut Thomas a Celano scripsit,[2] « amore divino fervens... studebat semper ad fortia mittere manum, et dilatato corde viam mandatorum Dei ambulans, perfectionis summam attingere cupiebat», et, teste Bonaventura,[3] «totus... quasi quidam carbo ignitus divini amoris flamma videbatur absorptus »; nec deerant qui vim lacri-* marum profunderent, cum eum cernebant «ad tantam ebrietatem divini amoris tam cito venisse ».[4] Divina autem eiusmodi caritas ita in proximos redundavit, ut inopes homines, in usque misérrimos leprosos, a quibus ante, cum adolesceret, natura abhorrebat, sui ipsius victor, praecipua sit benignitate complexus, horumque servitio et curationi se totum suosque addixerit ac mancipar it. Nec minore voluit alumnos suos fraterna inter se caritate diligere; quare franciscalis familia, quasi quaedam « caritatis nobilis structura surrexit, in qua vivi lapides, ex omnibus mundi partibus coacervati, aedificati sunt in habitaculum Spiritus Sancti ».[5]

Libuit, Yenerabiles Fratres, in hac quasi contemplatione altissimarum virtutum aliquanto morari diutius, quia, per haec quidem tempora, plurimi, quos laicismi pestis infecit, heroas nostros germana sanctitatis luce ac gloria exuere consueverunt, ut eos ad naturalem quandam praestantiam inanisque cuiusdam professio-

[1] Th. a Gel., *Leg.* II, n. 129.
* *Leg.* I, n. 55.
[3] *Leg. mai.,* c. 9, n. 1.
[4] ***Leg.*** Trium Sociorum, n. 21.
[5] Th. a Cel., ***Leg.*** I, n. 38 et seqq.

nem religiositatis deprimendo, tamquam de disciplinarum optimarumque artium processu, de beneficentiae institutis, de patria sua, de universo hominum genere praeclare méritos dumtaxat praedicent atque extollant. Ac mirari nunquam desinimus, quidnam talis Francisci, quem dimidiatum atque adeo simulatum dixeris, admiratio recentioribus eius amatoribus profutura sit, quotquot aut divitias lautitiasque aucupantur aut compita urbium, choreas, spectacula munduli ac concinni celebrant aut in voluptatum caeno volutantur aut Christi Ecclesiaeque disciplinam ignorant, reiiciunt. Huc illud quadrat aptissime: « Quem delectat sancti alicuius meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat; aut laudare non debet si imitari detrectat; et qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vitae sanctitate reddatur ».[1]

Itaque ad aequalium suorum emendationem et salutem inque universae Ecclesiae praesidium eo, quod diximus, munitus robore virtutum, Franciscus auspicato vocatur. Ad Aedem Damiani, ubi per suspiria ac gemitus orare solitus erat, vocem ipse ter e caelo demissam audierat: I, Francisée, labentem refice domum meam.[2] Arcanam rei significationem cum nequaquam intellexisset, utpote qui tam demisso esset animo et sese ad maxima quaeque minus putaret idoneum, miserentissimum tamen Domini consilium ex oblata sibi divinitus specie Francisci inclinatum Lateranense templum humeris suis sustinentis clarius Innocentius III coniiciendo perspexit. Seraphicus igitur vir, duplici condito Ordine, altero hominibus, altero mulieribus ad evangelii perfectionem evehendis, italicas urbes concursando celeriter, per se ipsemet et per discipulos initio cooptatos, brevi sane at fervidissimo quodam dicendi genere, paenitentiam populis nuntiare ac praedicare aggressus est: quo in ministerio incredibiliter verbo et exemplo profecit. Francisco enim, quacumque, apostolici muneris gratia, peregrinabatur, obviam clerus populusque

[1] Brev. Rom. d. 7 Nov.: lect. IV.
[2] S. Bonav., ***Leg. mai., c. %***

effundi — pompa inter aeris sacri tinnitus et communes cantus instituta — ramos olivarum ventilantes; stipare ipsum omnes cuiusvis aetatis, sexus atque ordinis, et domum, ubi moraretur, interdiu noctuque circumsaepire, ut exeuntem adspicere, tangere, alioqui, audire liceret ; nullus contionanti resistere, ne ii quidem quorum vitia et flagitia perpetuo usu consenuerant. Factum inde est, ut, cum plurimi, vel constantis aetatis, gregatim, evangelicae cupiditate vitae terrena omnia abdicarent, tum Italiae populi se ad bonam frugem omnino reciperent et Francisco in disciplinam se traderent; immo eius subole in immensum aucta, tantus ubique ad eum sectandum animorum excitatus est ardor, ut parantes vulgo viros et feminas vel a coniugio domesticoque convictu recedere ipse ab consilio saeculi repudiandi Seraphicus Patriarcha avertere atque abducere saepe cogeretur. Interea illud praecipue novis paenitentiae nuntiis propositum deliberatumque erat, inter singulos, familias, civitates, regiones, perpetuis quassa-tas cruentatasque discidiis, redintegrare pacem; atque rudium illorum hominum eloquentiae humana maiori adscribendum, si Assisii, si Arretii, si Bononiae atque in aliis urbibus oppidisque satis multis plenae animorum concordiae, sollemnibus interdum initis pactis conventis, efficaciter consultum est. Ad communem autem pacificationem emendationemque plurimum Ordo Tertius contulit, religiosus quidem Ordo at, novo ad eos dies exemplo, nulla votorum religione adstrictus, cuius erat cum divinae servandae legis, tum christianae perfectionis assequendae hominibus mulieribusque in saeculo viventibus offerre ac dare omnibus facultatem. Legis novo sodalicio constitutae haec potissimum capita. *"Ne* adsciscerentur nisi qui fidem catholicam tenerent Ecclesiaeque cum summo parèrent obsequio; quomodo sodales ex utroque sexu in Ordinem ingrederetur et, tirocinio ad annum exacto, vir tamen de uxoris consensu, uxor assentiente viro, Regulam sponderent; de vestibus adhibendis honestati paupertatique consentaneis deque muliebri cultu moderando; ne Tertiarii inhonesta convivía vel spectacula, ne choreas participarent; de abstinentia et ieiunio; de culpis ter in anno expiandis et sacra synaxi totidem

suscipienda, reconciliatis inter se animis atque alienis rebus domino redditis; ne arma, nisi ad Romanae Ecclesiae, fidei christianae patriaeque cuiusque suae tuitionem aut suorum concessu ministrorum, Tertiarii ferrent; de horis canonicis aliisve precibus persolvendis; de testamento intra tres ab inito Ordine menses legitime faciundo; ut turbatam sodales pacem inter se cum externisque prompte reconciliarent; quid ipsis agendum, si quando sua iura ^el privilegia oppugnari aut violari contingeret; sollemne iusiurandum ne unquam interponerent, nisi necessitate imminente, quam Apostolica Sedes excepisset. Huc praeterea accedebant alia haud minoris momenti: de audiendo sacro deque coetibus stato quoque tempore habendis; de stipe a singulis, pro suis cuiusque viribus, conferenda in subsidium tenuiorum, praesertim aegrotantium, et in iusta funebria sodalium; quomodo alteri alteros aut aegra valetudine affectos inviserent aut peccantes contumacesque corriperent atque emendarent; ne quis officia ac ministeria sibi commissa recusaret vel neglegenter impleret; de litibus dirimendis. Quo in genere ideo singula persecuti sumus, ut appareat, Franciscum, et invicto suo suorumque apostolatu et Tertii Ordinis instituto, novae, idest ad evangelii formam penitus immutatae, societatis fundamenta iecisse. Mittamus, etsi. praecipua, quae in eiusmodi lege ad liturgiam spiritualemque animi cultum pertinebant; ex ceteris praescriptis nemo non videt eam coalescere debuisse privatae communisque vitae ordinationem, quae[s] non modo ex civili consortione fraternum quoddam foedus, sanctimoniae officiis copulatum, efficeret, sed etiam ius miserorum atque impotentium contra divites potentesque, nullo ordinis iustitiaeque detrimento, tueretur. Tertiariis enim cum clero consociatis, sequi auspicato oportuit, ut, quibus hic vacationibus atque immunitatibus frueretur, easdem novi sodales nanciscerentur. Itaque iam tum Tertiam nec sollemne vassallitii, ut aiunt, iusiurandum iurarunt, nec, ad militiam bellumve inferendum convocati, arma ceperunt, cum obiectae legi feudali, quam vocant, ipsi ex adverso Tertii Ordinis legem, obiectae vero condicioni servili quaesitam sibi liber-

tatem opponerent. Ab iis interim magna affecti molestia, quorum in pristinum res revocari ac restitui vehementer interesset, patronis defensoribusque usi sunt Honorio III et Gregorio IX, qui, vel poenis severe latis, hostiles conatus fregerunt. Quamobrem saluberrima rerum conversio in societate hominum excitari; in christianas nationes novum Francisci Patris legiferi institutum, inducta cum paenitentiae studio morum innocentia, late propagari et increbrescere; nec solum Pontifices, Cardinales, Episcopi, sed ipsi reges et dynastae, quorum nonnulli sanctitatis gloria floruerunt, Tertii Ordinis insignia inflammatis suscipere animis et evangelicam sapientiam cum franciscali spiritu imbibere; leetissimarum laus decusque virtutum in civitate reviviscere; demum « facies terrae » renovari.

Enimvero Franciscus « vir catholicus et totus apostolicus », quemadmodum fidelium emendationi mirifice prospexit, sic ethnicis ad Christi fidem legemque deducendis et dedit ipse operam et dari a suis laborío sissimam iussit. Non est profecto cur rem multis commemoremus notissimam, scilicet nostrum, ut erat proferendi evangelii martyriique faciundi cupidus, cum aliquot discipulis in Aegyptum traiecisse et coram Sultano animose audacterque stetisse. Quot autem, Minorum initio atque, ut ita dicamus, primo vere, in Syria et in Mauritania caesi sint missionales, nonne in Ecclesiae fastis honorifìcentissime inscriptum? Quem quidem apostolatum ita multiplex Francisci suboles, decursu aetatum, vel profuso late sanguine, perrexit, ut, Romanorum Pontificum venia, plurimas ii sibi habeant ethnicorum regiones ad excolendum concreditas.

Nullus propterea miretur, praeterito hoc septingentorum annorum spatio, memoriam tantae ab homine vis beneficiorum profectae nec unquam deleri nec usquam oblitterari potuisse. Immo ipsius vitam atque operam, caelesti potius quam humano, ut **iVbgherius** scripsit, canendam praeconio, altera videtur aetas alterius aetatis admirationi et venerationi sic proponere ac commendare, ut is non modo ob insignem sanctitatis laudem in luce

catholici orbis sit collocatus, verum etiam civili quodam cultu gloriaque splendescat, Assisii nomine ubique gentium pervagatissimo. In Seraphici enim Patris honorem, haud multo post quam obierat, populorum scitu aedes sacrae passim excitatae sunt, lineamentis operumque ornatu mirabiles; certavere quidem artifices summi, quis eorum aptius pulcriusque Francisci imaginem eiusque res gestas pingendo vel sculpendo, eaelando vel tessellando referret; ad S. Mariae Angelorum, ea in planitie, unde Franciscus « pauper et humilis, caelum dives » ingressus èst, itemque ad gloriosum in clivo Assisiensi sepulcrum, ut tanti viri memoriam, cum spirituali beneficio, recolant et perennia artis monumenta suspiciant, advenae, singulatim gregatimve, undique conveniunt ac confluunt. Assisiensem praeterea cecinit, ut vidimus, laudator nulli comparandus, Dantes Aligherius, nec defuere postea qui hominem, italicas peregrinasve nobilitando litteras, efferrent. At nostra potissimum aetate, franciscalibus rebus per eruditos homines subtilius investigatis, scriptis editis vario sermone quamplurimis et ad opera atque artificia non parvi momenti excitatis peritorum ingeniis, ingens, quamquam haud recta semper, Francisci admiratio plerosque recentiorum incessit. Intueri enim alii hominem ad sensus animi poetice exprimendos nativa ingenii celeritate inclinatum, cuius Cantico illo, vetustissimo nascentis patrii sermonis specimine, erudita posteritas delectatur; alii quidem talem mirari naturae amatorem, qui non modo rerum inanimarum maiestate, astrorum fulgore, tTmbriae montium valliumque amoenitatibus, animalium pulchritudine suavissime afficeretur, sed etiam, veluti innocens Adam in paradiso terrestri constitutus, animantia, quibuscum quasi quadam fraternitate copulari sibi videbatur, alloquendo suis faceret mandatis obsequentissima; in eo alii patriam dilaudare caritatem, quod Italiam nostram, felicitate ortus sui honestatam, ampliore, quam ullam e nationibus ceteris, beneficiorum copia locupletare; alii denique eum praedicare cum omnibus hominibus singulari prorsus amoris communione coniunctum. Vera ista quidem, at minora, at probe intellegenda: quae qui aut

praecipue ante oculos proposita habeat aut ad suae excusationem molHtudinis, ad sua opinionum commenta vel ad sua studia fulcienda detorqueat, iam is vera Francisci lineamenta corrumpat. Etenim ex illa, quam attigimus delibavimusque, heroicarum universitate virtutum, ex illa vitae austeritate et paenitentiae praedicatione, ex multiplici illa operosaque emendandae societatis actione, integer Franciscus, christiano populo non tam admirandus quam mutandus, exsistit; qui, cum esset Praeco magni Regis, eo spectavit ut homines ad evangelicam sanctitatem et crucis amorem conformaret, minime vero ut florum et avium et agnorum et piscium et leporum tantummodo cupitores et amantes efficeret. Quodsi in res creatas ipse teneriore quodam amore ferri videtur easque « quantumlibet parvas fratris vel sororis » appellat « nominibus » — qui quidem amor, modo ne ordinem excedat, nulla lege reprobatur — haud alia de causa, quam sua in Deum caritate, ad res ipsas diligendas permovetur, quas « sciebat... unum secum habere principium »[1] et in quibus Dei bonitatem cernebat; nam « per impressa rebus vestigia insequitur ubique dilectum, facit sibi de omnibus scalam, qua perveniatur ad solium ».[2] Ad cetera quod attinet, quidnam Italos prohibet quominus de Italo glorientur, qui « Patriae lux »[3] in ipsa ecclesiastica liturgia appellatur? Quidnam viros plebis studiosos impedit, quominus Francisci praedicent caritatem, ad universos homines, pauperiores potissimum, pertinentem? At alteri caveant ne, immoderato suae amore gentis abrepti, ardentis eiusmodi, quo nationem prosequuntur, studii quasi indicem ac signum « virum catholicum » deminuendo iactent; alteri, ne praecursorem ac patronum errorum contingant, unde tam procul aberat quam qui maxime. Ii, alioquin, omnes, qui minoribus hisce Assisiensis laudibus, non sine aliquo pietatis sensu, delectantur et saecularia sollemnia provehere amanter contendunt, utinam, quemadmodum sunt Nostro digni praeconio, ita ex hac ipsa eventi

[1] S. Bon., ***Leg. mai.,*** c. 8, n. 6.

[2] Th. a Cel., ***Leg.*** II, n. 165.

[3] ***Brev. Fr. Minorum.***

faustitate ad germanam maximi huius Christi imitatoris imaginem subtilius dispiciendam atque ad aémulanda charismata meliora plurimum capiant incitamenti.

Ex hoc interea, Venerabiles Fratres, praeclara incidit Nobis iucunditatis causa, quod concordi bonorum omnium conspiratione ad agendam beatissimi Patriarchae memoriam, per annum septies ab obitu centesimum, sacra ac civilia apparantur ubique terrarum sollemnia, at in iis potissimum regionibus, quas sua is vivens praesentia et luce sanctitatis et miraculorum gloria nobilitava: qua in re praeire vos clero ac gregi cuiusque vestro multo iucundius conspicimus. Animo autem Nostro, immo oculis paene Nostris creberrimae iam nunc obversantur peregrinorum multitudines, qui aut Assisium et proxima per viridem Umbriam sanctuaria aut praerupta Alverniae iuga aut sacros clivos in Reatinam vallem spectantes adituri ac celebraturi sunt: quorum ex pia salutatione locorum, ubi spirare adhuc Franciscus videtur virtutesque ad imitandum exhibere suas, fieri non potest quin ii domum franciscali plenius imbuti spiritu redeant. Etenim — ut Leonis XIII verba usurpemus — « ita de honoribus, qui beato Francisco properantur, statuendum, tunc maxime futuros ei, cui deferuntur, gratos, si fuerint iis ipsis, qui deferant, fructuosi. In hoc autem positus est fructus solidus minimeque caducus, ut cuius excellentem virtutem homines admi^antur, similitudinem eius aliquam adripiant fierique studeant ipsius imitatione meliores ».[1] Forte dicat quispiam, alterum societati christianae reparandae Franciscum in terris hodie exsistere oportere. Verumtamen fac, renovato animorum studio, homines Francisco illo uti. pietatis sanctimoniaeque magistro; fac, ipsos quae is reliquit exempla, cum esset «virtutis speculum, recti via, regula morum »,[2] imitari atque in se referre universos; nonne id satis haberet vis atque efficientiae ad sanandam exsecandamque horum temporum vitiositatem?

[1] Enc. ***Auspicato*** 17 Sept. 1882.

[2] ***Brev. Fr. Minorum.***

In primis igitur insignem Patris sui Legiferi similitudinem prae se ferant oportet frequentissimi e tribus Ordinibus filii: quibus in Ordinibus « institutis... per orbis latitudinem » — ut Gregorius IX ad beatam Agnetem regis Bohemiae filiam scribebat — « per dies singulos cunctipotens redditur multipliciter gloriosus ».[1] Atque religiosis e Primo Ordine viris, quicumque tranciscali demum nomine censentur, cum gratulemur vehementer, quod e vexationibus spoliationibiisque indignissimis, quasi aurum ad obrussam exactum, ad pristinum splendorem magis in dies revirescunt, tum ex animo cupimus, ut, paenitentiae humilitatisque suae exemplo, in tam late diffusam concupiscentiam carnis superbiamque vitae altius quasi expostulent. Ipsorum esto ad evangelica vivendi praecepta proximos revocare: quod minus difficile impetrabunt, si sanctissimam illam ad unguem servaverint Regulam, quam Conditor « librum vitae, spem salutis, medullam evangelii, viam perfectionis, clavem paradisi, pactum aeterni foederis »[2] vocabat. Seraphicus vero Patriarcha mysticam, quam suis ipse manibus consevit, vineam respicere et fortunare e caelo ne desinat, et multiplicem quidem propaginem sic fraternae humore ac suco caritatis alat ac roboret, ut facti omnes « cor unum atque anima una » in christianae familiae renovationem studiosissime incumbant.

Virgines autem sacrae e Secundo Ordine, « vitae angelicae quae per Claram inclaruit » participes, quasi lilia in dominici horti areolis consita, et olêre optime et niveo animarum candore placere Deo pergant. Quibus utique deprecatoribus contingat, ut ad Christi Domini clementiam rei multo plures confugiant, et gaudia Ecclesiae Matris ob restitutus in divinam gratiam aeternaeque spem salutis filios mirifice augeantur.

Tertiarios denique, sive in regulares familias coiverint sive in saeculo degant, appellamus, ut spiritualia christiani populi incrementa apostolatu quoque suo maturare studeant. Qui qui-

[1] Ep. *De Conditoris omnium* 9 Maii 1238.

[2] Th. a CeL, *Leg.* II, 208.

dem apostolatus si dignos initio fecit, quos Gregorius IX milites Christi et Machabaeos alteros nuncuparet, at potest hodie haud minoris ad communem salutem momenti exsistere, modo ipsi, ut per totum terrarum orbem percrebruere numero, sic, forma Francisci Patris induti, morum praeferant innocentiam atque integritatem. Quod autem decessores Nostri Leo XIII per Litteras *Auspicato* et Benedictus XV per Epistolam *Sacra propediem* sibi vehementer placiturum universis catholici orbis Episcopis significarunt, id ipsum a pastorali omnium vestrum studio, Venerabiles Fratres, Nobismet pollicemur: fore scilicet, ut Tertium franciscalem Ordinem quoquo pacto foveatis, gregem edooendo — aut per vos ipsi aut per sacerdotes ad ministerium verbi excultos atque aptos — quo is saecularium hominum mulierumque Ordo pertineat, quanti aestimandus, quam expeditus ad Sodalitatem aditus facilisque legum observatio sanctissimarum, qua veniae et privilegiorum copia Tertiarii fruantur, quantum denique e Tertio Ordine in singulos atque in communitatem recidat utilitatis. Qui nondum dederint, dent praeclarae eiusmodi militiae, vobis suasoribus, hoc anno nomen; quibus adhuc dare per aetatem non licet, ii chordigeros candidatos se scribant, ut vel pueri sanctae huic disciplinae assuescant.

Quandoquidem vero, oblatis tam crebro salutaribus ad celebrandum eventis videtur benigne Deus velle, ut Pontificatus ne praetereat Noster nisi partis catholico nomini laetissimis fructibus, saecularia haec Francisci sollemnia, qui *in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroborava templum,*[1] apparari periucunde cernimus, eoque libentius, quod eum ab aetatis flore summa Patronum, religione coluimus atque in ipsius filiis, pie insignibus Tertii Ordinis acceptis, numerati olim sumus. Hoc igitur anno, ab obitu Seraphici Patris septingentésimo, talibus affluât catholicus orbis, talibus gens nostra, Francisco deprecatore, beneficiis, ut idem sit annus in Ecclesiae historia perpetuo memorabilis.

[1] ***Eccli.,*** L, 1.

Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xxx mensis Aprilis ¿tnno mdccccxxvi, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD RR. PP. DD. IOSEPHUM MORA Y DEL RIO, ARCHIEPISCOPUM MEXICANUM CETEROSQUE MEXICANAE REIPUBLICAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS: DE INIQUA CONDICIONE ECCLESIAE IN MEXICO ATQUE DE NORMIS AD CATHOLICAM ACTIONEM IBIDEM PROMOVENDAM.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Paterna sane ^sollicitudo, qua Nos, pro supremo munere, quod divinitus obtinemus, omnes quotquot sunt ubique terrarum christifideles prosequimur, omnino postulat, ut, quos potissimum videamus maiore aegritudine aftectos adeoque communis Patris studiosiore cura egentes, eos peculiari quadam voluntate diligamus. Huiusmodi autem, impensissimas curas, vixdum ad Beati Petri Cathedram evecti sumus, in vos, venerabiles fratres, perlibenter contulimus, quos talibus vexationibus pressos comperissemus, quales in populo civili cultu atque humanitate ornato omnique fere ex parte catholico fieri plane dedeceret.

Porro quam iniqua sint iussa et praescripta, quae apud vos a gubernatoribus Ecclesiae infestis in catholicos Mexicanae Reipublicae cives sancita sunt, vix attinet vobis dicere, qui cum eorum imperio iam diu gravemini, probe nostis ea tam longe abesse ut ,« ordinatione rationis » nitantur et ad commune bonum, sicuti decet, conferant, ut, contra, ne legis quidem nomine digna videantur. Merita igitur laude Decessor Noster f. r. Benedictus XV vos

honestàvit, curri, eas leges iuste sancteque recusando, sollemnem expostulationem fecistis, quam Nosmet ipsi non tam per has Litteras ratam habemus quam Nostram facimus. Quam quidem ad publicam expostulationem improbationemque eo magis movemur, quod acrius in dies ab iis, qui apud vos rei publicae praesunt, bellum in catholicam Religionem producitur, atque ita profecto ut, quicquid Nobis ad Mexicanum populum in pace stabiliendum experiri licuit ac licet, id inane prorsus evadat et inefficax, magno quidem cum dilectissimae civitatis vestrae detrimento. Nemo enim ignorat, Delegatum Nostrum, quem vos, abhinc duobus annis, magnis quidem obsequii laetitiaeque significationibus excepistis, omni sane iustitiae fideique ratione posthabita, tamquam hominem incolumitati Reipublicae nociturum, e civitate ista expulsum fuisse, gravissima sane iniuria cum Nobismet ipsis, tum Episcopis universaeque Mexicanae genti inusta.

At si a publica tum improbatione deliberate Nos continuimus - quam quidem iure meritoque res postulavisset - et patienter diuque iniuriam tulimus atque a vobis flagitavimus ut aequo item animo vosmet ferretis, id non modo studio pacis, quo movebamur, tribuendum erat, sed ardentissimae etiam spei, quam paterno animo fovebamus, fore ut Reipublicae gubernatores optima manifestaque iura Delegati Nostri agnoscerent et ultro faterentur.

Enimvero haec animi Nostri facilitas et moderatio haud infelicem exitum habuit, cum istius civitatis Moderatores aperte polliciti sint, se Delegatum Nostrum excepturos deque eiusdem dignitate et amplissimo munere nihil detractaros. Iam facile intelligitis, quam molestus Nobis acciderit novus ille prorsus inopinatusque nuntius, eosdem supremos civitatis Moderatores, recepta in se officia inusitato more posthabentes,[1] venerabilem fratrem Séraphin um Cimino, quem Delegatum Nostrum Apostolicum apud se recepissent, occasionem nactos eius discessus, ob infirmam valetudinem, e Mexicana regione, a reditu, nulla iusta causa rationeve, prohibuisse.

[1] Cfr. documenta ad calcem relata.

Quapropter istius rei publicae Moderatores, Delegatum Nostrum reiieiendo, ipsum ministerium Nostrum, quod uti pacis munus omnes fere Civitatum Rectores apud se recipiunt, omnino repudiare conantur, et ad iniustam rationem reipublicae tractandae se vertunt, ut ea comprobant, quae apud vos eveniunt cum maximo catholicorum civium detrimento.

Acrius enim in dies infesta illa praescripta iussaque urgentur, quae si quidem serventur, iam eo ipso catholicis civibus non licet communibus iuribus uti et vel ipsa christianae religionis officia ac munera obire. Quam interea libertatem gubernatores catholicae Ecclesiae denegant, eam schismaticae sectae, quam « nationalem ecclesiam » vocant, ultro largiuntur; huius vero, cum sacris Romanae Ecclesiae iuribus repugnet, initia atque incepta fovent, dum vos Reipublicae infestos habent ea dumtaxat de caussa, quod avitae fidei patrimonium integrum atque incolume tuemini. At cum ob huiusmodi eventa summo maerore afficiamur, id unice animo Nostro haud parvum affert solacium, quod Mexicanum X>opulum videmus schismaticorum machinationibus strenue adversari; quam ob rem dum previdentissimo Deo plurimas grates agimus, placet sane vos, venerabiles fratres, cunctosque Mexicanae Reipublicae fideles amplissima laude decorare simulque adhortari vehementer ut catholicam Religionem tueri forti animo pergatis. Quae autem in sacro Consistorio die qua.rto decimo mensis decembris, superiore anno, coram amplissimo Purpuratorum Patrum consessu verba fecimus, ob aerumnas quibus vexabamini vehementer commoti, libet hic vobis iterando referre: « spem meliorum temporum concipere animo haud possumus, nisi e praesentare aliquo Dei miserentis auxilio, quod supplices cotidie imploramus, atque e concordi quadam laborum disciplina ad actionem catholicam in populo ipso promovendam ».

Praecipua igitur consilia et monita Nostra eo unice spectant, ut vos paterno animo incitemus ad « actionem catholicam » magis magisque in dies mutua conspiratione et summa disciplina in grege curis cuiusque vestris concredito propagandam. Actionem catholicam, inquimus; etenim, in praesenti potissimum

haud eommoda rerum condicione, oportet omnino, venerabiles fratres, ut vos, simulque omnes e clero et ipsae catholicorum consociationes, a quovis politicarum factionum studio prorsus abstineatis, ea quoque de causa ut catholicae fidei adversariis ansam ne detis ad religionem vestram habendam pro parte aliqua faetioneque politica. Omnes igitur catholici Eeipublicae Mexicanae, qua tales, civilem partem nomine catholicam ne constituant; et Episcopi praesertim ac sacerdotes, uti laudabiliter iam instituerunt, nullam partem politicam sequantur neque dent operam ephemeridibus cuiuslibet **politicae** factionis conscribendis, cum munus suum ad omnes fideles, imo cives, necessario spectet.

Huiusmodi sunt, venerabiles fratres, consilia et praescripta Nostra: quae quidem christifideles, ut debent, fideliter tenendo et in usum deducendo, haud prohibebuntur, quin civilia iura et munia exerceant ceteris civibus communia; imo etiam, cum sua fides, tum coniunctum Religionis et Patriae bonum postulant, ut eiusmodi iuribus et muniis ipsi optime utantur. At ne clero quidem licebit a re civili omnino vacare et civilium rerum curam sollicitudinemque deponere et abiicere; quin immo, etsi a quovis partium studio alienus, debet, pro sacerdotali officio, et dummodo sacro muneri nil inopportune detrahat, utilitates Civitatis suae provehere, scilicet non solum civilibus iuribus officiisque suis diligenter religioseque exercendis, verum etiam fidelium animis in exemplum recte conformandis, prout Dei et Ecclesiae leges exigunt, ita ut sua quisque publica munera studiose obeant.

Ad nobilissimum hoc propositum assequendum, clero quidem vestro, etsi is debet, ut diximus et iterum atque iterum hortamur, a cuiusvis partis] contentione liber esse et solutus, latus tamen patebit campus, in quo de religione et moribus, de animorum cultu ac de re oeconomica sociali sic curet, ut cives et praecipue iuvenes liberalibus studiis deditos et operarios ad catholice sentiendum agendumque instituat atque effmgat. Quod ipsum si vos, hortamentis Nostris fideliter respondentes, exsequendum sedulo diligenterque curabitis, Nobis plane persuasum habemus, fore ut gravissimae aegritudines quibus tamdiu angitur nobilissima Mexi-

-cana gens, feliciter aliquando, opitulante Deo, résidant ac conquiescant. Caelestium interea munerum auspex singularisque benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tum vobis, venerabiles fratres, tum cuncto clero fidelibusque uniuscuiusque vestris et universo Mexicano populo amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **II** mensis februarii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

Ad rem haec habentur documenta:

.**SEGRETERIA DI STATO** J
DI SUA SANTITÀ
N. 34064

Dal Vaticano, 5 settembre 1924.

Eccellenza,

Da persone che ho ragione di ritenere bene informate, ho appreso che -qualora la Santa Sede nominasse un Delegato Apostolico pel Messico, cotesto Governo è disposto a permettere la sua entrata e permanenza nel paese, e concedergli l'uso della cifra e s'impegna, nel caso che nascesse qualche grave difficoltà, a non allontanarlo dal territorio, ma a domandare il suo ritiro alla Santa Sede.

Trattandosi di cosa che sta molto a cuore al Santo Padre, prego Vostra Eccellenza a volermi significare se tutto ciò è vero. Se la risposta sarà, come spero, affermativa, io notificherò senz'altro all'Eccellenza Vostra il nome della persona che il Santo Padre sceglierà all'ufficio di Delegato ed alla quale si daranno istruzioni opportune affinchè nella provvista delle Diocesi vengano nominati a Vescovi ecclesiastici non implicati nelle lotte apolitiche e che diano affidamento di dedicarsi, insieme al loro clero, al bene delle anime. Al medesimo Prelato si daranno anche le facoltà necessarie per mettersi in contatto, qualora le circostanze lo richiedano, con cotesto Governo.

Profitto volentieri dell'occasione per professarmi con sensi di alta stima e distinta considerazione

di Vostra Eccellenza devotissimo
P. **CARD. GASPARRI.**

A Sua Eccellenza
.Il Sig. Licenciado **AARON SAENZ**
Segretario degli Affari Esteri
MEXICO

II

REPUBLICA MEXICANA

SECRETARIA DE RELACIONES EXTERIORES

1622

México. D. ***F.,*** 25 de octubre de 1924.

Monseñor,

He recibido la Nota N. 34064, de fecha 5 de septiembre anterior, en la cual Vuestra Eminencia Se sirve manifestarme que por persona que Vuestra Eminencia tiene razón para creer bien informada, ha sabido que si la Santa Sede nombrase un Delegado Apostólico en México, este Gobierno está dispuesto a permitir su entrada y permanencia en el país; a concederle el uso de clave, y se compromete, en el caso de que surgiera alguna grave dificultad, a no expulsarlo del territorio, sino a pedir su retiro a la Santa Sede. Agrega Vuestra Eminencia que si la respuesta es afirmativa, immediatamente me notificará el nombre de la persona que S. S. el Papa designe como Delegado, a la que se darán instrucciones oportunas a fin de que, al proveer las Diócesis, se nombren como Obispos a eclesiásticos no mezclados en las luchas políticas y que den garantías de dedicarse, conjuntamente con su clero, al bien de las almas, así como que, al propio Delegado se darán las facultades necesarias para ponerse en contacto con este Gobierno, cuando las circunstancias lo requieran.

En respuesta y por acuerdo del Señor Presidente de la República, tengo el honor de poner en conocimiento de Vuestra Eminencia que, como resultado de las pláticas que con carácter informal se suscitaron entre algún alto dignatario de la Iglesia y nuestro Ministro en Roma, para ver de llegar a un acuerdo en el mantenimiento de aquellas relaciones que nuestras Leyes permiten con las Iglesias, y oídas que fueron las, sugestiones que en tal sentido recibió el Gobierno de México, el proprio Señor Presidente de la República se sirvió disponer que se permita la entrada y permanencia en el país - previo aviso de la Santa Sede - de un Delegado Apostólico, a quien se permitirá el uso de clave en su correspondencia; encontrándose anuente este Gobierno a que, en el caso de surgir alguna grave dificultad, pedirá su retiro a la Santa Sede, antes de proceder directamente a retirarlo-

Tengo el agrado de manifestar a Vuestra Eminencia que el Gobierno de México se complace en saber que al nombrarse nuevo Delegado, la Santa Sede cuidará de notificarle de que, al proveer las Diócesis, se nombren como Prelados a eclesiásticos que no se mezclen en las luchas políticas y que, en unión de su clero, se dediquen exclusivamente a las funciones cristianas propias de su ministerio, con cuya conducta espera este mismo Gobierno que se obtengan los mejores frutos, desde el momento en que se

¿aran cesar actividades que, desde hace largo tiempo, han sido el principal obstáculo entre el Estado y la Iglesia Católica; y asimismo queda impuesto de que se darán al nuevo Delegado las facultades necesarias para ponerse en contacto con este Gobierno cuando lo requieran las circunstancias.

Sírvase Vuestra Eminencia aceptar el testimonio de mi más alta y distinguida consideración.

AARON SAENZ.

A Su Eminencia
EL CARDENAL GASPARRI
Secretario de Estado de Su Santitad
En el Vaticano

CHIROGRAPHUS

AD EMUM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNUM S. R. E. CARD. POMPILI, VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM, DE PRECIBUS PUBLICE INDICENDIS PRO ECCLESIA CATHOLICA IN DITIONE MEXICANA.

Sabato Santo del 1926.

Eminentissimo Signor Cardinale,

È a Sua notizia la grave tribolazione ond'è visitata quella a Noi tanto diletta parte della grande famiglia cattolica che è la Chiesa Messicana. La condizione della cosa cattolica che già segnalavamo come poco consolante, pure esprimendo la Nostra fiducia ed il nostro elogio per l'Episcopato, il Clero ed il Popolo cattolico di quel caro e generoso Paese *(Allocuz. concistori* 14 dicembre 1925), quella condizione si è tanto peggiorata ed aggravata da far luogo ad una vera e propria persecuzione con gravissima offesa dell'onore a Dio dovuto e con non meno grave jattura delle anime e dello stesso pubblico bene. Or desiderando Noi vivamente che non soltanto i cattolici dell'Urbe, ma ancora quanti sono in tutto l'Orbe si uniscano a Noi pregando per i fratelli di Fede perseguitati ed afflitti, diamo a Lei, Eminentissimo Signor Cardinale, l'incarico di farsi efficace interprete di questo Nostro desiderio presso il Clero ed il popolo di Roma e Diocesi Nostra, sicuri che si propagherà, come rapida la notizia così pia e cordiale la imitazione di quanto si saprà fatto dalla Chiesa Madre e centro di tutte le altre. Sarà di grande conforto ai fratelli tribolati sapere che tutta la famiglia cattolica è con loro e per loro prega. Ci sembra poi parti-

colarmente opportuna a questa comune ed universale preghiera la settimana di Pasqua, tempo di universale risurrezione, vogliama dire purificazione e santificazione delle anime, grazie ai più forti richiami della sacra predicazione ed alla efficacia divina dei Sacramenti.

Coi migliori e più cordiali auguri pasquali e con la Apostolica Benedizione.

PIUS PP. XI

EPISTOLà

AD EMUM P. D. GUILELMUM! TITULO S. CRUCIS IN HIERUSALEM CARDINALEM: VAN ROSSUM: XVI SAECULO EXEUNTE A S. CRUCIS INVENTIONE.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.— Regiae Iesu Christi dignitati recolendae cum peculiare festum Nos nuper instituerimus, quasi quandam anni sacri coronam dignissimam, illud auspicato contingit ut de ipsius divini Regis vexillo concelebrando cogitemus, saeculo exeunte a salutiferae Crucis inventione sexto decimo. Tradunt enim, Hierosolymis iam eversis, ethnicos Passionis loca depopulatos esse et, christiano cultu deleto, fanum idolis ibidem exstruxisse. Iamvero postquam, Crucis visu de caelo admonitus, Constantinus imperator magnam illam de hoste victoriam reportavit, Helena, mater eius piissima, Hierosolyma se contulit; cumque illic tres cruces, operam quidem na vante Macario Episcopo, fodiendo in Colgotha inventae essent, divinitus demonstratum est quae vera esset Crux redemptionis.

Quod quidem eventum, praeter plures gestarum rerum scriptores, eximii quoque Doctores Ecclesiae testati sunt; namque S. Ambrosius sic Helenam loquentem inducit: « Ego Crucem eius (Christi) investigabo. Ego ad nostrorum remedium peccatorum de minis elevabo vexillum ». Itemque S. Cyrillus Hierosolymitanus, qui eorum temporum aequalis fuit, in sua epistula ad Constantium imperatorem haec habet: « Tempore quidem Deo amicissimi ac felicis recordationis Constantini, patris tui, salutare Christi lignum in Hierosolymis est repertum ».

Uti est in Libro Pontificali, « eodem tempore fecit Constantinus Augustus Basilicam in Palatio Sessoriano, ubi etiam de ligno sanctae Crucis Domini Nostri Iesu Christi posuit ». S. Helena scilicet, ut ait Thèodoretus, « salutaris Crucis partem palatio destinavit »; et aedes suas Sessorianás cum

in ecclesiam redigerei Constantinus, a matre ipsa Reliquias accepit quas illic collocaret, ut simul Imperii sui honor essent, simul fidei suae praesidium. In quo quidem divinae providentiae consilium mirari licet, ut Crux augusta quae apud Urbem Sanctam ex Imperatoris ethnici improbitate in tenebris delituisset, eadem christiani Imperatoris pietate in hanc Urbem, ipsius Imperii arcem et caput translata, velut *maximum Christi potestatis et principatus signum,* in luce populorum omnium praefulgeret. Quamobrem in Sessoriana Basilica, quae idcirco *in Hierusalem* appellata est, quotannis S. Crucis festum coeptum est celebrari, et paullatim longe lateque propagari per catholicum orbem universum.

Tum enimvero quod S. Ambrosius praedicabat, sancte ac sollemniter confirmatum est: «Merito super Crucem titulus, quia licet in Cruce erat Dominus Iesus, supra Crucem tamen Regis maiestas radiabat ».

Nam Christus Dominus non *hereditatis* iure tantummodo, ob hypostatieam unionem, sed iure quoque *acquisitionis,* ob suam redemptionem, Rex est, ut ipsi in Encylieis litteris *Quas primas* nuper declaravimus. At non alibi quam in ipsa Cruce magnum redemptionis opus perfecit absolvitque «qui peccata nostra..... pertulit in corpore suo super ligno, ut, peccatis mortui, iustitiae vivamus ».[1] Crux autem, cum redemptionis *instrumentum,* tum *sceptrum* pacifici Regis facta est; ex quo solum optatissima et mansura pax est exspectanda, ut Nosmet ipsi haud semel ediximus: « pax Christi in regno Christi ».

Siquidem res omnes per Christi sanguinem pacificatae sunt, uti legimus apud Apostolum: « Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans, per sanguinem crucis eius, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt ».[2]

Itaque Cruci ea omnia conveniunt praeconia quae a Patribus de Christo ipso Rege aeterno ac Servatore nostro praedicantur. Quos inter unus ille sufficiat, S. Ephrem, quem nuper decessor Noster p. r. Benedictus XV Doctoribus Ecclesiae adiunctum esse voluit. Is enim in sermone *in pretiosam et viviftcam Crucem* haec habet: «Omnis celebritas et actio Domini N. I. C. salus et gloria nostra fidelium est: gloriationum autem gloria maxima est Crux... Quamobrem depingamus et insculpamus hoc Crucis signum et in ianuis nostris, et in ore, et in pectore, et in omnibus membris nostris. Hac ornemur atque armemur invincibili christianorum armatura: quippe quae victrix est mortis, spes fidelium, lux finium orbis terrae, reseratrix paradisi, destructrix haeresum, firmamentum orthodoxae fidei, magna fidelium custodia, salutaris Ecclesiae gloria..!.. Hoc signum idolorum errorem pessumdedit. Hoc orbem terrarum illuminavit. Hoc tene-

[1] I *Petr.,* II, 24.

[2] *Coloss.,* I, 20.

bras depulit et lucem reduxit. Hoc gentes ab oceasu, et borea, et mari, et oriente collegit, et in unam Ecclesiam, in unam fidem, in unum baptisma in caritate coniunxit. Cuiusmodi ergo os, aut qualis lingua digne laudare poterit hunc orthodoxorum inexpugnabilem murum, victricem hanc magni Regis Christi armaturam? Crux, resurrectio mortuorum. Crux, spes christianorum. Crux, claudorum baculus. Crux pauperum consolator. Crux, fraenum divitum. Crux, superborum eversio. Crux, triumphus adversus daemones. Crux, iuvenum paedagogus. Crux, inopum abundantia, desperantium spes, navigantium gubernaculum. Crux, fluctuantium portus, pugnantium murus. Crux, orphanorum pater, iustorum consiliarius. Crux, afflictorum consolatio. Crux, infantium custos, virorum caput, senum corona. Crux, lumen eorum qui in tenebris sedent. Crux, regum magnificentia, barbarorum philosophia. Crux, servorum libertas, imperitorum sapientia. Crux, prophetarum praedicatio, apostolorum comes, martyrum gloriatio. Crux, virginum continentia, sacerdotum gaudium. Crux, Ecclesiae fundamentum, orbis terrarum firmamentum... Crux, imbecillorum fortitudo, aegrotorum medicus. Crux, leprosorum mundatio, paralyticorum erectio. Crux, esurientium panis, sitientium fons. Crux, monachorum fiducia et nudorum tegumentum... ».

Inde etiam fit ut Crux *signum efficax praedicationis Evangelii* exsistat; quare ait Apostolus: « Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare; non in sapientia verbi, ut non evacuetur Crux Christi. Verbum enim Crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salvi fiunt, idest nobis, Dei virtus est ». [1] Atque est etiam *signum efficax propagationis divini Regni;* etenim signum Crucis, ut olim Constantinum, ita deinceps, saeculorum decursu, plurimos alios principes Regni Christi propugnatores effecit: neque illa praetereunda est missionalium constantia, qui, eqdem signo roborati, in periculis omne genus terrae marique, catholicum nomen usquequaque provehere consueverunt, ut verissime dici possit eo largius divinum regnum patere quo amplius Crucis cultus extenditur. Ad quem quidem apostolicorum virorum ardorem confirmandum, miracula plurima, ut historia refert, divinitus ubique patrata sunt: montes de loco moti, maris tranquillatae procellae vel undae compressae, aedificiorum ruinae prohibitae, venena innocua reddita, cibi in flores mutati, quin immo et mortui suscitati et daemones expulsi.

Merito igitur, dilecte fili Noster, Inventio Sanctae Crucis sollemni ritu mox commemorabitur in Sessoriana Basilica, cuius quidem Titulo tam honorifico tu ipse insignitus es: asservantur enim ibidem augustae illae Reliquiae quae sunt ceterarum omnium pretiosissimae. Quae Reliquiae et

[1] I *Cor.,* i, 17 ss.

alia Passionis Insignia cum frequentissime semper a piis fidelibus, undique continentibus, visitari et coli consueverint, tempus iam adesse arbitramur ut locus, deterso squalore, pro dignitate exornetur quo honestius illae serventur et fidelium venerationi proponantur. Cumque iam pluribus in animo sit novam Reliquus ipsis parare sedem eamque decore et arte praestantem, Nos de re gratulamur vehementer; tunc enim clarior fiet hominum gratus animus erga redemptionis instrumentum. Interea, ad animarum fructum itemque ad sollemnium splendorem augendum, libenti animo concedimus ut a die tricesimo huius mensis - quo die incipient supplicationes in triduum habendae ante festum Inventionis S. Crucis - usque ad totum vertentem annum, christifideles qui, rite paenitentia expiati et sacra synaxi refecti, vel Sessorianam Basilicam vel quodlibet aliud templum publicumve oratorium S. Cruci dicatum quinquies, vel uno eodemque die, visitaverint et ad mentem Nostram preces effuderint, in Urbe Indulgentiam plenariam semel merentur; extra Urbem vero Indulgentiam Iubilaei bis acquirere possint, primum sibi, deinde animis in purgatorio igne detentis expiandas, modo tamen eas, quas diximus, visitationes loco visitationum ab Ordinario loci praescriptarum et cetera opera iniuncta bis peragant. Atque utinam omnes amore Crucis ardescerent, id considerantes, non posse se Christum in gloria sequi nisi antea cum Christo passi sint, profitente Apostolo: « si tamen compatimur ut et conglorificemur ».[1] Nam quicumque se christianum veri nominis praestare cupit, hanc eidem vult esse Christus Dominus praecipuam legem, ut crucem cum ipso ferat continenter: «Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me ».[2] Non igitur aliquibus tantummodo crucem praescribit Salvator noster, sed omnibus; non vero semel vel transeunter, sed semper et cotidie. Ita Crux instrumentum fiet communis salutis, et quasi pons super mortem erectus, ut S. Ephrem Doctor poetice Christum alloquitur: « Tibi gloria, qui Crucem tuam pontem exstruxisti super mortem, ut per eum transeant animae a regione mortis in regionem vitae! » Atque divinorum munerum auspicem praecipuaeque benevolentiae Nostrae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus qui ad Sessorianam Basilicam quoquo modo pertinent, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, feria vi in Parasceve anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

[1] ***Boni.,*** VIII, 17.

[2] Luc, IX, 23.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

COMUNICATO

È stato stampato l'anno corrente a Roma dall'editore Giorgio Berlutti, senza alcun permesso dell'Autorità ecclesiastica, un opuscolo dal titolo « Padre Pio da Pietrelcina » con prefazione a firma di Giuseppe De Rossi. Per norma dei fedeli, la Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio dichiara e fa noto che la detta pubblicazione, trattando anche di pretesi miracoli e di altri fatti straordinari, a termini del canone 1399, 5° del Codice di diritto canonico, è *ipso iure* proibita; e cade quindi senz'altro sotto il disposto del precedente canone 1398 § 1, di modo che non può, senza il dovuto permesso, nè stamparsi, nè leggersi, nè ritenersi, nè vendersi, nè tradursi in altre lingue, nè comunque comunicarsi con altri.

In questa occasione, la medesima Suprema Sacra Congregazione crede opportuno di richiamare alla memoria dei fedeli le precedenti sue dichiarazioni ed istruzioni, relative al sunnominato Padre, che si trovano pubblicate nel Bollettino Ufficiale della Santa Sede, *Acta Apostolicae Sedis*, vol. XV (pag. 356) e vol. XVI (pag. 368), perch^ i fedeli sappiano esser loro dovere di astenersi dall'andare a visitarlo, o mantenere con lui rela* zioni anche semplicemente epistolari.

Dato a Roma dal Palazzo del S. Uffizio, 23 aprile 1926.

Luigi Castellano,
Notaro della Suprema S. C. del S. Uffizio.

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. **XI,** decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

23 decembris 1925. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sebastensi praefecit R. P. D. Iosephum Georgium Caruana, hactenus Episcopum Sancti Ioannis Portoricensis.

26 martii 1926. — Titulari episcopali Ecclesiae Ancusensi, R. P. D. Iosephum Guadalupe Ortiz y Lopez, hactenus Episcopum Chilapensem, cfuem deputavit Auxiliarem R. P. D. Ioannis Herrera y Pyfia, Archiepiscopi Montereyensis.

30 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sardicensi, R. D. Iosephum Fietta, Antistitem Urbanum, deputatum Internuntium Apostolicum in America Centrali.

31 martii. — Cathedrali Ecclesiae Mciensi, R. P. D. Ludovicum Ricard, hactenus Episcopum titularem Marcianensem.

—- Cathedrali Ecclesiae Rossensi, B. D. Iacobum Roche, presbyterum dioecesis Cloynensis.

9 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Trallianae, R. D. Eugenium Crépin, Antistitem Urbanum, et Vicarium generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ludovici Ernesti Dubois Archiepiscopi Parisiensis.

23 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Coricensi, R. D. Franciscum Salis Seewis, canonicum metropolitanae ecclesiae Zagabriensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Antonii Bauer, Archiepiscopi Zagabriensis.

27 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Ceramensi, R. D. Ioannem Hillebrand, parochum ecclesiae S. Ioannis Baptistae in civitate Attehdornensi, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Gasparis Klein, Episcopi Paderbornensis.

30 aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Oregonopolitanae, R. P. D. Eduardum **M.** Howard, hactenus Episcopum titularem Isauriensem et Auxiliarem R. P. D. Iacobi Daris Episcopi Dâvenportensis.

30 aprilis 1926. — Cathedrali Ecclesiae Comensi, E. D; Adulphum Pagani, praepositum parochum ecclesiae S. Aloisii Gonzaga in civitate Mediolanensi.

Praeterea idem Ssmus D. N., decreto S. C. Consistorialis diei 17 februarii 1926 deputavit Auxiliarem R. P. D. Crescentis Errazuriz y Valdivieso, Archiepiscopi S. Iacobi de Chile, E. P. D. Ludovicum Antonium Castro y Alvarez, Episcopum tit. Lycopolitanum.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

SSmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

23 februarii 1926. — Institutum religiosum, cui nomen sic est: Congregatio «Pia» Sororum Immaculatae Conceptionis, vulgo *Congrégation «Pia» •des Soeurs de VImmaculée Conception,* cuius domus princeps sita est Amiecii, in eadem Anneciensi dioecesi, *approbavit, itemque definitive eius Constitutiones;*

— Institutum Eamularum Sacratissimi Cordis Iesu, Viennensium, cuius domus princeps sita est Vindobonae, in archidioecesi Viennensi, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, -eius Constitutiones;*

— Congregationem Sororum Charitatis ab Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis nuncupatam, cuius domus princeps sita est in dioecesi S. Ioannis Canadien., *adprobavit, itemque experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

29 martii 1926. — Instituti Sororum Adoratricum Sanctissimi Sacramenti a B. M. V. Auxiliatrice, vulgo *Sacramentines de Marie Auxiliatrice* nuncupati, cuius domus princeps sita est in Urbe, *Constitutiones definitive approbavit;*

— Congregationis religiosae Servorum Beatae Mariae Virginis, Tertii Ordinis Sancti Francisci nuncupatae, cuius domus princeps sita est in loco *Nowe Miasto,* in archidioecesi Varsaviensi, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Institutum Sororum vulgo *Religiose di Nostra Signora della Provvidenza di Ronco-Scrivia,* etiam *Le Benedettine della Provvidenza* nuncupatum, cuius domus princeps in archidioecesi lanuensi sita est, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FEDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Pius Div. Prov. PP. XI, decreto Sacri Consilii christiano nomini provehendo, diei 10 martii 1926, cathedrali Ecclesiae Salensi praefecit R. P. D. Richardum Ryan, hactenus Episcopum Geraldtonensem.

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

8 martii 1926. *Vicarius Apostolicus de Hong-Kong* R. D. Henricus Valtorta, ex Instituto Mediolanensi pro Missionibus ad Exteros.

10 martii 1926. *Coadiutor cum iure futurae successionis Episcopi Bathurstensis in Australia* R. D. Ioannes Norton, nunc Administrator cathedralis ecclesiae Bathurstensis:

Insuper Sacra Congregatio de Propaganda Fide, successivis decretis renunciavit ad suum beneplacitum:

21. decembris 1925. — *Praefectum Apostolicum de Tingchowfu,* R. P. Egbertum Pelzer, ex Ordine Praedicatorum.

16 martii 1926. — *Praefectum Apostolicum de Yungchowfu,* R. P. Sebastianum Grossrubatscher, ex Ordine Fratrum Minorum.

17 martii. — *Praefectum Apostolicum de Canelos et Macas,* P. D. Augustinum Leon, ex Ordine Praedicatorum.

30 martii. — *Praefectum Apostolicum nuper erectae praefecturae de Bondo, in Africa centrali,* R. P. Ioannem Matthaeum Konings, e Canonicis Regularibus Sanctae Crucis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

PICTAVIEJST.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANDREAE HTJBERTI POURNET FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM CRUCIS VULGO FILIARUM S. ANDREAE NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servi Dei Beatificationem?

Dives in misericordia Deus, qui Ecclesiae necessitatibus per opportuna remedia occurrere nunquam destitit, inter plurimos egregios viros, quos decimo-oetavo ad exitum flectente saeculo in Gallus praesertim suscitavit, ut damna religioni a veritatis osoribus illata magna ex parte sarcirentur, apostolico zelo instruxit etiam venerabilem famulum suum Andream Hubertum Fournet, quem animarum pastorem in medio nebulae constituit. Is enim vix atque evangelicae perfectionis praecepta mordicus sectari est aggressus, nullum pietatis aut caritatis officium a se alienum putavit, nullis laboribus pepercit, nullum pavit vitae discrimen, ut societatis vulnera curaret, omnem apprime operam impendens in fidei rudimentis succrescenti soboli tradendis, tenerisque mentibus religionis sensibus imbuendis. Hoc opus, hoc munus sancte obeundum credidit Filiabus Crucis, quas in familiam collegit, fovit et propagavit, maximo cum plebis universae emolumento et plausu. Inter haec aliaque pastoralis ministerii officia vitam suam conclusit, satis sane diuturnam, quippe quae duos supra octoginta complectebatur annos, dulcissimam sui memoriam apud omnes relinquens, adeo ut divinae Sapientiae effatum usurpari iure queat: v *Non recedei memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius narrabunt gentes, et laudem eius enunciabit Ecclesia* » (Eccli. XXXIV, 13, 14).

Iudicialibus itaque inquisitionibus de eius vita et virtutibus tum Ordinaria tum Apostolica auctoritate conditis, feliciterque absolutis iudiciis quae minoris momenti reputantur, triplex disceptatio inita est super virtutibus in specie, unde patuit summum laudis gradum in iis excolendis

venerabilem Dei Famulum. esse adeptum, prouti* solemne docet decretum sexto idus iulias anno millesimo nongentesimo vicesimo primo editum. Haud multo post de duobus miraculis, suffragante ipso Ven. Famulo Dei patratis, coepta est disquisitio, quae prosperum sortita est exitum, nuperrime vulgato decreto, quo utrumque probatur miraculum.

Bina memorata decreta sanctitatem venerabilis Servi Dei Andreae Huberti Fournet praeclare testatam exhibent; at nondum actorum series perfecta et absoluta dicenda erat. Namque huiusce sacri fori disciplina unum adhuc inquirendum praecipiebat, num videlicet eidem venerabili Beatorum Caelitum honores tuto decerni possent. Quod sane praestitit Reverendissimus Cardinalis Vincentius Vannutelli, causae Relator, in generali Conventu die decima tertia volventis mensis et anni, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI habito, in quo Dubium ita enunciatum proposuit: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem ven. servi Dei Andreae Huberti Fournet Beatificationem?*

Omnes qui aderant tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores *tuto* procedi posse unanimi suffragatione responderunt. At Beatissimus Pater a ferenda sententia de more supersedit, ut interim divini luminis copia iteratis precibus impetraretur. Quum vero iudicium suum pronuntiare statuisset, hanc diem faustissimam elegit, qua annua solemnitas habetur in honorem S. .Iosephi, Sponsi castissimi Virginis Deiparae, caelestisque universae Ecclesiae Patroni. Divinis pientissime operatus, accersiri mandavit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacraeque rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum, causaeque Relatorem, una insimul cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis, eisque praesentibus solemniter declaravit: *Tuto procedi posse ad solemnem Ven. Servi Dei Andreae Huberti Fournet Beatificationem.*

Hoc decretum in vulgus edi et in acta sacrae rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus in Patriarchali Basilica Vaticana, ubi primum licuerit, celebrandis expediri praecepit; decimo primo calendas maias anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CARD**. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. & S.

Angelus Mariam, *Secretarius.*

II

ROMANA SEU EALISCODUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI LUCIAE FILIPPINI FUNDATRICIS ATQUE ANTISTITAE INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NÚNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit, ad solemnem praefatae Ven. Servae Dei Beatificationem?

Multa quidem et egregia praedicari possunt de Venerabili Famula Dei Lucia Filippini, quae, omnibus vitae commodis et mundi illecebris posthabitis, sui Episcopi cl. me. Marci Antonii Cardinalis Barbarigo placitis adhaerens, saluberrimum scholarum opus tanta alacritate suscepit tantoque studio est prosecuta, ut, eodem spiritu ac zelo imbutae ipsius filiae emolumenta non pauca in humanam societatem inferre pergant, ac uberiora in dies sperare sinant, etsi bina et amplius ab eius obitu saecula iam abierint. Haec profecto est verae virtutis natura, haec catholicae religionis gloria, ut Christi sectatorum opera cum eorum morte non décidant, neque temporis edacitate absumantur, sed optatos fructus abundantiores iugiter edant. *Eiusmodi est,* egregie docet S. Ioannes Chrysostomus, *thesaurus Ecclesiae, novas et veteres habet margaritas; sed <una est omnium pulchritudo. Eorum flos neque marçescit neque deñuit tempore. Nescit vetustatis rubiginem splendoris istius natura* (De Inventino et Maximino). Quemadmodum nullum aerumnarum genus a suscepto, arduo quidem, negotio Luciam Filippini déterrait, vel eius zelum retardavit; ita eiusdem exemplis inhaerentes Magistrae Piae quovis tempore officia omnia religiosissime sunt exequutae, plaudentibus bonis omnibus; sibique Matris suae gloriam studioso animo provehendam reservasse laetantur.

Neque immerito. Etenim, in christianis virtutibus excolendis perfectionis fastigium attigisse Venerabilem Servam Dei agnitum ac definitum fuit decreto solemniter vulgato nono calendas décembres, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto. Atque nuperrime decretum aliud eodem ritu prodiit, quo de tribus miraculis, ipsa Venerabili opitulante, divinitus patratis, constare declaratum est. Verum quatuor erant probanda miracula, prout causae indoles requirit, quum Venerabilis Servae Dei virtutes non directis, sed subsidiariis probationibus demonstratae sint. Huiusmodi

tamen defectus sublatus est suprema auctoritate Sanctissimi Domini nostri, qui ab onere quarti miraculi causae actores relevare dignatus est, exemplis adhaerens Praedecessorum suorum, qui eadem indulgentia usi sunt in causis eorum, qui glorioso Fundatoris titulo honestati erant.

Dnum igitur inquirendum reliquum erat, utrum Beatarum Virginum honores Ven. Servae Dei Luciae Filippini *tuto* decerni possint. Itaque in coetu universo sacrae rituum Congregationis, habito coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, die decima tertia volventis mensis et anni, Reverendissimus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relator, Dubium ad discutiendum proposuit: *An, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem Ven. Servae Dei Luciae Filippini Beatificationem.* Quamvis, quotquot convenerant, Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores concordi suffragio *tuto* fieri posse respondissent; nihilominus Beatissimus Pater a mente sua aperienda abstinuit, ut copiosiorem divini luminis claritatem precibus impetraret.

Hodiernam itaque auspicatissimam selegit diem, qua S. Ioseph, inclyti Beatae Mariae Virginis Sponsi, Ecclesiaeque universalis Patroni solemnitas agitur, et, Eucharistica Hostia ferventer oblata, ad Se vocari iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacraeque rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem et causae Relatorem, itemque R. P. Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum secretarium, eisque adstantibus solemniter edixit : *Tuto procedi posse ad solemnem Ven. Servae Dei Luciae Filippini Beatificationem.*

Decretum hoc publici iuris fieri, et in acta sacrorum Rituum Congregationis deponi, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus in Patriarchali Basilica Vaticana, ubi primum licuerit, habendis, expediri iussit; decimo primo calendas maias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì 7 aprile il Santo Padre ha ricevuto in udienza di formalità il Sig. Dott. ALESSIO DE NAGY DE VERSEGH, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Ungheria, per la presentazione delle Lettere credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCOESO

Nella Sacra Congregazione dei Beligiosi avrà luogo un concorso per un posto di Officiale minore per titoli ed esame scritto di scienza (Cost. *Sapienti Consilio* di Pio X di s. m.: Norme Generali, cap. II, Norme Speciali, cap. VI).

I Sacerdoti che volessero prendervi parte dovranno presentare alla Segreteria della stessa S. Congregazione entro il giorno 27 maggio 1926 la domanda portante l'indicazione dell'anno di nascita, e corredata del *nulla osta* del rispettivo Ordinario e del Vicariato di Eoma, dei documenti degli studi ecclesiastici compiuti, dei titoli accademici, se conseguiti, nonché di tutti quegli altri titoli che crederanno utili.

L'esame scritto di scienza, che verserà su temi riguardanti la materia di competenza della S. Congregazione, avrà luogo nella Segreteria della medesima S. Congregazione lunedi 31 maggio p. v. alle ore 8 antimeridiane.

Eoma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, 20 aprile 1926.

Vincenzo La Puma, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 13 aprile 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all' augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Rihi Signori Cardinali, i Emi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto *del tuto* per le solenni beatificazioni del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet Sacerdote secolare e Fondatore dell' Istituto delle Figlie della Croce, volgarmente dette Suore di S. Andrea, e della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fonda-

trice e prima Superiora dell' Istituto delle Maestre Pie, chiamate, dal suo cognome, Filippini; quindi su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice delle Suore della Carità, i quali miracoli sono proposti per la beatificazione della medesima Venerabile Serva di Dio.

Martedì 20 aprile 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serra di Dio Bartolomea Capitanio, Prima Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità in Lovere, diocesi di Brescia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 aprile 1926. L'Emo Sig. Card. Baffaele Scapinelli di Léguigno, *Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi,.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

17 marzo 1926. L'Emo Sig. Cardinale Alessandro Verde, *Protettore delle Suore ,di S. Giuseppe* (Torino).

24 » » Il Sig. avv. Cristoforo Astorri, *Membro del Collegio degli Avvocati del Sacro Concistoro.*

27 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore dell'Istituto delle Suore Maestre di S. Dorotea, Figlie dei SS. Cuori* (Vicenza).

Assistente al Soglio Pontificio:

15 marzo 1926. Monsig. Giovanni Pietro Rey, Arcivescovo titolare di Filippopoli.

Protonotario Apostòlico a.d instar participantium:

7 aprile 1926. Monsig. Giuseppe Augusto Ferreira, dell'archidiocesi di Braga.

Prelati domestici di S. S. :

5 settembre 1925. Monsig. Edoardo A. Lefebvre, della diocesi di Grand-Rapids.
» » » Monsig. Casimiro Skory, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Dionisio Edoardo Malone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo D. White, della medesima diocesi.
21 novembre » Monsig. Venanzio Felisi, della diocesi di Lodi.
30 » » Monsig. Giovanni Comizzoli, della medesima diocesi.
5 marzo » Monsig. Antonio Alvarez Caparros, della diocesi di Cartagena.
6 » » Monsig. Giovanni Andlinger, della diocesi di Linz.
10 ». » Monsig. Vincenzo Karadjole, della diocesi di Sebenico.
13 » » Monsig. Giovanni Leicht (Germania).
17 marzo 1926. Monsig. Leonzio Porfirio, della diocesi di Trivento.
24 » » Monsig. Alfredo Celimi, della diocesi di Eipatransone.
30 » » Monsig. Edoardo Cortain, dell'arehidiocesi di Breslavia.
» » » Monsig. Paolo Steinmann, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Luitpoldo Gonzalez Garcia, della diocesi di Malaga.
11 aprile » Monsig. Giovanni Battista Deschampe, della diocesi di Blois.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

18 marzo 1926. A. S. E. il sig. Pietro Nel Ospina, già Presidente della Repubblica di Colombia.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

27 marzo 1926. Al sig. Romualdo Silva Cortes, Senatore della Repubblica del Cile.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 marzo 1926. Al sig. Giorgio Velez, già Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Colombia.
24 » » Al sig. avv. Carlo Aldunate Solar, già Presidente del Senato nella Repubblica del Cile.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

1 febbraio 1926. Al sig. avv. Clemente Launners (Germania).
27 marzo » Al sig. avv. Roberto Peragallo (Chile).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, elasse civile:

.13 *febbraio 1926.* Al sig. dott. Stanislao Masciarelli (Eoma).
» » » Al sig. dott. Giuseppe Proli (Boma).
20 » » Al sig. conte Giuseppe Dal Verme, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. avv. Paolo Sarrut, dell'archidiocesi di Tolosa.
22 » » Al sig. sénat. José Jesus Garcia, della diocesi di Santa Marta in Colombia.
2 » » Al sig. cav. Ugo Palagi, dell'archidiocesi di Firenze.
10 » » Al sig. Agostino Yasquez Armero, dell'archidiocesi di Siviglia.
.23 » » Al sig. dott. Alberto Chiappelli, della diocesi di Pistoia.
27 » » Al sig. prof. Eodolfo Bettazzi, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile,

16 *novembre 1925.* Al sig Mario Mocchi, dell'archidiocesi di Milano,
» » » Al sig. dott. Francesco Danovaro, dell'archidiocesi di Genova.
1 » *1926.* Al Edoardo Maria Fernando Boy, Eeggente del consolato Francese di Ohung-King (Cina).
4 *febbraio* » Al sig. Pietro Boyle, della diocesi di Galloway.
9 » » Al sig. Giuseppe Moser, dell'archidiocesi di Vienna.
12 » » Al sig. Stanislao Lombi (Eoma).
13 *marzo* » Al sig. don Juan Tarrats y Gonzalez, dell'archidiocesi di Tarragona.
17 » » Al sig. Paolo Coupez, della diocesi di Cambrai.
» » » Al sig. Virgilio Vannucchi, dell'archidiocesi di Milano.
» » Al sig. Eugenio Minart, della diocesi di Lilla.
» Al sig. Paolo Begnart, della medesima diocesi.
.22 Al sig. avv. Francesco Ciceareli della diocesi di Barletta.
» Al sig. Guglielmo Enrico Giuseppe M. Kenne, della diocesi di Bois-le-duc.
24 Al Egberto G. Cornelis Goseling, della diocesi di Haarlem.
.27 Al sig. Giacomo J. Burns, della diocesi di Trenton.
» Al sig. Maria Giuseppe Ludovico Guerin, dell'archidiocesi di Lione.
7 *aprile* Al **sig.** Ludovico Becken, della diocesi di Hildesheim.
13 » Al sig. Francesco Olbrich (Boma).
» Al sig. dott. Baimondo G. Echevarría dell'archidiocesi dell'Avana.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa,

18 *marzo 1926.* Al sig. Leopoldo Montejo (Colombia).

Za Commenda, dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 febbraio 1926. Al sig. Gino Brasati Albertario, dell'arehidiocesi di Milano.
15 marzo » Al sig. aw. prof. Leonzio Kirchmayr, dell'archid. di Torino.
SO » » Al sig. Giovanni Zahra, della Delegazione Apostolica dell'Egitto e dell'Arabia.
7 aprile » Al sig. Carlo Vergnano, dell'arehidiocesi di Torino.
9 » » Al sig. cav. Giulio Tielens, della diocesi di Buremonda.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Pa/pa:

24 febbraio 1926. Al sig. Giuseppe Schindele, della diócesi di Alba Beale.
24 marzo » Al sig. aw. Luigi Amirante, dell'arehidiocesi di Napoli.
27 » » Al sig. Bartolomeo Asselle, dell'arehidiocesi di Torino.
7 aprile » Al sig. Nicola Grassmayr, dell'Amministrazione Apostolica del Tirólo.

MAGGIOBDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

23 marzo 1926. Monsig. Desiderio Nagy, della diocesi di Colocza.
» » » Monsig. (Marcellino Borbón y Peralta, dell'arehidiocesi di S. Domingo.
» » » Monsig. Bernardo Lichtenberg, della diocesi di Breslavia.
» » » Monsig. Carlo Hofmann, della diocesi di Würzburg.
» » » Monsig. Felice M. Sandoval, della diocesi di Santa Bosa de Copan.
29 » » Monsig. Silvio Sabbadini, della diocesi di Carpi.
10 aprile » Monsig. Gioacchino Maffei, della diocesi [di Springfield-Mass.
» » » Monsig. Leone Lafìitte, dell'arehidiocesi di Firenze.
» » » Monsig. Francesco Szvoboda, della diocesi di Szatmár.
14 » » Monsig. Fortunato Bonetti, della diocesi di Verona.
16 » » Monsig. Edoardo Gürtler, della diocesi di Seccovia.
» » » Monsig. Agostino Neubauer, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Giov. Batta Vreze, della diocesi di Lavant.
23 » » Monsig. Carlo Scheidle, dell'Amministrazione Apostolica del Tirólo.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

23 marzo 1926. Il sig. Sigismondo Scibor-Marchocki, della diocesi di Podlachia.
» » » Il sig. Bronislao Szlubowski, della medesima diocesi.
27 » » Il sig. conte Alfonso Cagiano de Azevedo (Roma).
29 » » Il sig. comm. Alessandro Manpetit, della diocesi di Limoges.
30 » » Il sig. barone Ludovico Pastor iun. (Eoma).
9 aprile » Il sig. conte Venanzio Battibocca, dell'archidiocesi di Camerino.
14 » » Il sig. conte Stefano Tarnowski, della diocesi di Tarnów.
19 » » Il sig. Aroldo Boulton, della diocesi di Portsmouth.
» » » Il sig. principe Carlo de Trauttmansdorff, dell'archidiocesi di Vienna.
20 » » Il sig. Giacomo Cox Brady, della diocesi di Trenton.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

23 gennaio 1926. Monsig. Natanaele Boattini (Roma).
17 marzo » Monsig. Leonardo Patané, della diocesi di Acireale.
29 » » Monsig. Giuseppe Petró, dell'archidiocesi di Agria.
» » » Monsig. Mcola Visy, della medesima archidiocesi.
15 aprile » Monsig. Giuseppe Scarpa, del patriarcato di Venezia.
16 » » Monsig. Luigi Scuppa, della diocesi di Osimo e, Cingoli.
20 » » Monsig. Augusto Hauser, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Francesco Halbedl, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Feichtinger, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Göser, della diócesi di Rottenburg.
» » » Monsig. Alberto Herkommer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giulio Müller, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

27 marzo 1926. Il sig. Ludovico Gorski de Ceranow, della diocesi di Pod* lachia.
» » » Il sig. Giuseppe Gorski de Ceranow, della medesima diocesi:
» » » H sig. Vladislao Szelazek, della medesima diocesi.
29 » » Il sig. cav. Pietro Fiaschetti (Roma).

Cappella d'onore extra urbem *di S. 8.:*

20 aprile 1926. Monsig. Giuseppe Spitzer, dell'archidiocesi di Vienna.

Cappellano comune Soprannumerario della Cappella Pontifiw,:*

12 aprile 1926. Rev. Raffaele Boyer (Roma).

NECROLOGIO

18 gennaio 1926. Monsig. Emilio Alessandro Giuseppe Devred, Vescovo tit. di Esbon.

20 marzo » Monsig. Giovanni Forbes, Vescovo tit. di Vaga.

6 aprile » Monsig. Giovanni Martino Yaniz y Paz, Vescovo di Santiago del Extero.

14 » » Monsig. Natale Bruni, Arcivescovo di Modena e Abate *nullius* di Nonantola.

» » » Mbnsig. Raimondo Guillamet y Coma, Vescovo di Barcellona.

17 » » Monsig. Adolfo Perez y Aguilar, Vescovo di San Salvador.

18 » » Monsig. Carlo Wisnar, Vescovo tit. di Callipoli.

,24 » » Monsig. Angelico Zanetti, Vescovo di Bosa.

25 » » Monsig. Giovanni Abele Bazan y Bustos, Vescovo di Paraná.

28 » ,» Monsig. Giovanni Prior, Decano della Sacra Romana Rota.

Annus XVIII - Yol. XVIII 1 Iunii 1926 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI IACOBI DE CHILE

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolici muneris ratio a Nobis postulat ut ea omnia capiantur consilia, quae animarum bono cedere videntur. Ad hoc autem assequendum valde prodest recta catholici orbis circumscriptio, quae ita est ordinanda vel immutanda, ut temporum et locorum condicionibus apte respondeat. Curare propterea debent Bomani Pontifices ut, quum in aliqua regione, vel ob auctum christifidelium numerum, vel ob nimiam latitudinem, pastorale officium ab unico tantum Episcopo nequeat exerceri, ibi dioecesium ***SbG*** Antistitum numerus, prout est necesse, augeatur.

Hoc vero accidit de archidioecesi Sancti Iacobi de Chile, cuius amplitudo ac ingens numerus fidelium, in dies magis magisque succrescentium, iam a tempore suadebant eamdem in partes, hoc est in plures dioeceses esse dividendam. Quapropter Nos, praehabito voto tum Ordinarii eiusdem archidioecesis, tum Apostolici Nuntii penes Rempublicam Chilenam omnibusque rite perpensis, ad ipsius archidioecesis dismembrationem deveniendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine haec, quae sequuntur, statuimus et decernimus.

In primis civiles provincias de *Talea* et de *Guricó* vulgo nuncupatas, cum suis viginti sex paroeciis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile sep.a-

ramus et distrahimus, et in dioecesim, *de Talea* nuncupandam, erigimus, cuius sedem in civitate *Talea* constituimus, ibique ad cathedralis honorem evehimus paroecialem ecclesiam S. Augustini. Item civiles provincias, vulgo O' *Higgins* et *Oolchagua,* ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile pariter distrahimus, cum omnibus et singulis triginta una paroeciis et in novam dioecesim constituimus *de Rancagua* nuncupandam, ab urbe *Bancagua,* in qua erit sedes episcopalis, ibique paroecialem ecclesiam Sanctae Crucis ad cathedralis dignitatem extollimus. Item civilem provinciam *de Valparaiso* cum paroeciis ibi exstantibus et in ea contentis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile similiter avellimus, eamque in separatam dioecesim erigimus, *de Valparaiso* ab urbe *Valparaiso* appellandam, eique insuper dioecesi assignandus insulas *Juan Fernandez (Mas a Tierra* et *Mas a Fuera),* quae hucusque praefatae archidioecesi Sancti Iacobi pertinebant. Episcopalis sedes huius novae dioecesis in ipsa civitate *Valparaiso* erit, et in cathedralem constituimus ecclesiam, quae in eadem urbe modo exstruitur, Nostrae Dominae a Monte Carmelo dicatam. Denique civilem provinciam de *Aconcagua* cum suis sexdecim paroeciis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile pariter distrahimus et in novam dioecesim erigimus *Sancti Philippi de Aconcagua* a civitate Sancti Philippi nuncupandam. Sedem autem huius novae dioecesis in urbe « Sancti Philippi » constituimus, et ecclesiam Sancti Philippi Apostoli ibi exstantem ad cathedralis gradum evehimus. Quare, hisce peractis dismembrationibus, archidioecesis *Sancti Iacobi* provinciam tantum « Sancti Iacobi » servabit, cum suis quadraginta quinque paroeciis, et insulam de *Pascua.*

Harum autem dioecesium fines iidem erunt ac fines, quibus modo delimitantur civiles provinciae et circumscriptiones (vulgo *departamentos),* quibus unaquaeque dioecesis constat.

Hisce vero neo-erectis cathedralibus Ecclesiis earumque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina iure communi, vel legitima consuetudine pollent ac fruuntur. Ipsas cathedrales Ecclesias suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi de Chile, eorumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi Sancti Iacobi subiicimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi ipsarum dioecesium dismembrationem, quoties id expedire in Domino visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in unaquaque dioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur, mandamus ut, loco canonicorum, dioecesani Consultores, ad tramitem can. 423 et seq. eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Semina-

riunì dioecesanum iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, in unaquaque dioecesi erigatur; utque interim alumni Facultatis philosophicae ac theologicae neo-dioecesium de Talea, de Rancagua, de Valparaiso et Sancti Philippi, donec aliter statuatur, in Seminarium Sancti Iacobi de Chile mittantur. Volumus insuper ut, uniuscuiusque dioecesis sumptibus, duo delecti iuvenes, aut saltem modo unus, non intermissa vice in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur.

Quod autem attinet ad harum dioecesium regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod vero ad clerum praecipue pertinet, statuimus ut simul ac dioecesium erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Singulorum Ordinariorum autem erit curare ut omnia documenta et acta, quae novas dioeceses respiciunt, quamprimum fieri poterit earum Cancellariae tradantur ut in singulis archivis serventur.

Episcopalem mensam novarum dioecesium constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum ipsae dioeceses sunt erectae, praeberi solent, praeter ea quae iam ad hoc sunt collecta, et a civili Gubernio adsignantur. Archiepiscopus vero Sancti Iacobi singulis dioecesibus noviter erectis intra fines territorii, quod hucusque suae archidioecesi pertinebat, nempe de Talea, de Rancagua, de Valparaiso et Sancti Philippi, summam solvet ad tramitem Codicis iuris canonici.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, deputamus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi-Masella, Archiepiscopum tit. Caesariensem, Nuntium Apostolicum apud Rempublicam de Chile, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi,

ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, imposito eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi infra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate, vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae, vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibus que Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die decima octava mensis octobris, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. **CARD**. CAGIANO, £g C. **CAED**. DE LAI, Ep. Sabinen, et Mandelen.,
S. R. E. Cancellarius. ***S. C. Consistorialis Secretarius.***

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Reg. in Conc. Ap., vol. XXXIII, n. *22.*

II

SANCTISSIMAE CONCEPTIONIS DE CHILE

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Notabiliter aucto fidelium numero in amplissimis finibus Sanctissimae Conceptionis dioecesis, expedire visum est eandem in partes dividere atque ex ea novas dioeceses erigere, quo efficacius animarum bonum promoveretur. Quae sane Nos recognoscentes, omnibus attentis temporum et locorum adiunctis, ad has divisionem et erectiones deveniendum esse censuimus et decrevimus.

Eapropter, habito favorabili voto tum Ordinarii SSmae Conceptionis tum venerabilis fratris hodierni apud rempublicam de Chile Apostolici Nuntii, de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quorum intersit, vel sua interesse praesumant consensu, e dioecesi SSmae Conceptionis nonnullas partes seiungimus et in has, quae infra numerantur, dioeceses erigimur et constituimus.

In primis partem illam quae totam provinciam vulgo de *Nubie* et tres partes seu districtus provinciae de *Maule,* quae vocantur de *Cauquenes, Chanco* et *Itala* complectitur, quaeque viginti duas parochias habet, a territorio memoratae dioecesis distrahimus et ex iis dioecesim *de* ***Chillan*** a civitate ***Chillan*** nuncupandam, erigimus cum sede episcopali in eadem civitate ***Chillan,*** et in cathedralem ecclesiam evehimus parochialem ecclesiam Sancti Bartholomaei Apostoli.

Item, ex provincia de *Linares* et ex districtu de *Constitución* ad provinciam de *Maule* pertinente, quas a SSmae Conceptionis dioecesi avellimus, secundam erigimus dioecesim *de Linares in Chile* vocandam ab urbe eiusdem nominis: eiusque sedem erigimus in urbe vulgo *Linares* et in cathelem ecclesiam evehimus parochialem ecclesiam Sancti Ambrosii Episcopi.

Tertio, universam provinciam de *Malleco* et partem provinciae de *Cautin* ad septentrionem fluminis *Cautín* sitam, et parochias vulgo *de Nueva Imperial,* de *Carahue* et de *G divarino* quae hucusque praedictae SSmae Conceptionis dioecesi subiectae erant, ab eadem dioecesi separamus et avellimus, ipsasque instituimus et erigimus in novam dioecesim *de Temuco,* a civitate eiusdem nominis, appellandam, quam in sedem Episcopi constituimus, dum ad honorem cathedralis ecclesiae evehimus parochialem ecclesiam Sancti Ioseph.

Fines vero harum neodioecesium iidem erunt ac praesentes fines civiles, seu politici, provinciarum et districtuum quibus constant. SSmae Conceptionis itaque dioecesis, hisce peractis uti supra dismembrationibus, universas provincias de Conceptione, de *Bio-Bio,* de *Arauco* comprehendet, cum triginta quatuor parochiis, insulis quoque inclusis, quae vocantur vulgo *Quinquina,* sita in *Bahia de Talcàhuano, Santa Maria* in *Bahia de Arauco* et *Mocha* in extrema parte provinciae eiusdem nominis.

Hisce autem noviter erectis cathedralibus Ecclesiis, earumque pro tempore Episcopis, tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina iure communi, vel legitima consuetudine pollent ac fruuntur. Ipsas vero cathedrales Ecclesias suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi de Chile, earumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Sancti Iacobi Archiepiscopi subiicimus, reservata tamen Nobis et Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi istarum dioecesium dismembrationem, quoties id in Domino opportunum visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in praesenti canonicorum Capitulum in unaquaque dioecesi instituatur, mandamus ut, loco canonicorum, dioecesani Consultores ad tramitem canonum 423 et sequentium Codicis iuris canonici eligantur. Insuper mandamus ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta eiusdem Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas in unaquaque dioecesi erigatur; utque interim alumni facultatis theologicae et philosophicae neo-dioecesium in Seminarium Ssmae Conceptionis mittantur, donec aliter statuatur. Mandamus etiam ut uniuscuiusque dioecesis sumptibus, duo delecti iuvenes, aut saltem unus in praesenti, non intermissa vice, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur.

Quod attinet ad harum dioecesium regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus, quae sacri canones decernunt. Quod vero ad clerum in particulari pertinet, statuimus ut simul ac dioecesium erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Singulorum Ordinariorum autem erit omnia documenta et acta novas dioeceses respicentia, quamprimum fieri poterit, earum Cancellariis tradere ut in singulis archivis serventur.

Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioeceses erectae sunt, praeberi solent, praeter ea, quae ad hoc iam collecta sunt et a civili Gubernio adsignantur.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi-Masella, Archiepiscopum titularem Caesariensem et in Republica de Chile Apostolicum Nuntium, et ei necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet etiam peculiari et expressa mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die decima octava mensis octobris, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. **CARD**. CAGIANO, *S. B. E. Cancellarius.*

Q$ C. **CARD**. DE LAI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *8. C. Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. XXXIII, n. 23.

III

MASSENSIS

DIOECESIS MASSENSIS A PROVINCIA ECCLESIASTICA MÜTINENSI SEIUNGATUR ET PISANAE UNITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter coetera Nostri Apostolici muneris officia semper curavimus ut provinciae ecclesiasticae eosdem fines haberent, quas regiones civiles, vel constitutae essent iuxta ethnicas rationes.

Rerum conditiones, quae medio saeculo decimonono effecerunt, ut dioecesis Massensis provinciae ecclesiasticae Mutinensi iurique metro-

politico eiusdem Archiepiscopi subiceretur, immutatae sunt. Aliunde vero in propatulo est, dioecesim Massensem ad Tusciae regionem eis Apenninos montes consistere et idcirco ab initio Pisanae provinciae fuisse adscriptam. Quae probe considerantes, ad opportunum remedium deveniendum esse duximus. Itaque, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, aut sua interesse praesumant consensu, memoratam Massensem dioecesim a provincia ecclesiastica Mutinensi seiungimus et a vinculo iuris metropolitici illius Archiepiscopi absolvimus, ipsamque dioecesim provinciae ecclesiasticae Pisanae denuo adiungimus, iurique metropolitico huius Archiepiscopi subiectam constituimus.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt nulli hominum, ullo unquam tempore infringere, aut ñs repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Decernimus similiter has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo sexto, die vigesima tertia mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno quinto.

O. **CARD**. CAGIANO, *S. E. E. Cancellarius.*

ffî C. **CARD**. DE LAI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *S. O. Consistorialis Secretarius.*

Ioannes Zani Capretti, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXXTV, n. 19.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SOLEMNIS ACCEPTATIO RENUNCIATIONIS FAMILIAE BURGHESIAE IURIPATRO-¥ATUS SUPER SACELLO BEATAE MARIAE VIRGINIS IN BASILICA LIBERIANA A PAULO V EXSTRUCTO.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Beatae Mariae Virginis imagines, quibus Alma Nostra Urbs merito gloriatur, omnium sane augustissima ea est quam Romanus populus in Liberiana Basilica per tot saecula impense

coluit ac veneratur est. Ipsi autem Romani Pontifices, decessores Nostri, peculiari pietate Liberianam Deiparae imaginem sunt prosequuti; quin etiam in hoc caelestium munerum fonte ac vera *populi Romani salute,* uti vulgo appellatur, honoranda nullo non tempore certarunt. Quos inter S. Pius V, qui post Naupactensem victoriam ad templum Liberianum se contulit ut Virgini Matri, *Auxilio Christianorum,* debitas gratias persolvere^ Paulus vero Pp. V pro sua in Dei Matrem religione ab ipso Pontificatus exordio, splendidissimum sacellum aedificare Deiparae dicatum, **illius** simile quod Sixtus V ad Sancti Praesepis honorem condiderat, sibi proposuit, « ut sicut Redemptor Noster et Deus sacratissimam Virginem sublima- **ci** vit in caelis ita eam ipse, quantum poterat, honoraret in terris ». Sacellum igitur in formam crucis graecae cum tholo, quattuor magnis parastratis suffulto, in Basilica Liberiana exstrui, pretiosis marmoribus ornandum, Flaminii Pontii architecti opera, Pontifex ipse iussit; idemque dein ibidem Virginis Deiparae facta et res in Basilica gestas tam affabre exprimendas curavit, ut sacellum ipsum Marialium aedium facile princeps verissime dici queat. Huc veneranda Virginis Mariae effìgie translata die vi kal. februarii anno **MDCXIII**, Paulinum sacerdotum Conlegium, qui sacra ibi procurarent, congruis ei quoque redditibus attributis, constituit: itemque praecepit ut Cardinalis S. R. E. - e sua familia, si forte adesset, praeter ceteros seligendus - munere officioque fungeretur Cardinalis" Protectoris, qui nempe tum sacelli memorati et continentis domus, tum Paulini presbyterorum Conlegii regimini et conservationi, concessa eidem quavis facultate et iurisdictione, opportune consuleret. Praeterea sacelli eiusdem hypogeum, sibi suisque, successu temporis condendis, gentilicii sepulcri loco futurum esse decrevit. Ius denique patronatus ac praesentandi personas idoneas ad ea munera, quae ad sacelli procurationem pertinerent, nepoti suo Cardinali Scipioni Burghesio reservavit quem etiam Cardinalem Protectorem renuntiavit: idque eo pacto ut, post eius obitum, ius patronatus ad alterum nepotem Marcum Antonium Burghesium Sulmonis Principem, eumdem Ioannis Baptistae Burghesii filium et ad eius prognatos masculos feminasque transferretur, quibus carentibus, ad alios duos prognatos deinceps vocatos, eisque deficientibus ad stirpem propinqui e sexu masculino vel feminino eidem proximioris. Haec vero omnia per Constitutionem Apostolicam *Immensae bonitatis.* **V** kal. novembris anno **MDCXV** Paulus V sanxit confirmavitque.

Hoc autem ius patronatus Princeps Burghesius, iuxta Pauli V edita, continenter exercuit ad nostra usque tempora, quum novus Codex iuris canonici promulgatus est. Verum cum in canone 1450 § 1 Codicis eiusdem statuatur ut «nullum ius patronatus ullo titulo constitui in posterum « valide possit », et in sequenti canone 1451 patroni omnes exsistentes invi-

teritur ut « loco iuris patronatus, quo fruuntur, aut saltem loco iuris prae-« sentandi spiritualia suffragia etiam perpetua pro se suisve acceptent», praesens Princeps patronus Scipio Burghesius, pro suo erga Apostolicam Sedem obsequio, per autographas litteras, die xxii m. iulii anno MCMXXIV datas, ius suum patronatus et proprietatis in omne Burghesianum Liberianae Basilicae sacellum Nobis cedit: non solum igitur ius proprietatis in omnes res ac bona ad sacellum ipsum nunc pertinentia, sed etiam ad continentem domum et tabularium. Haec is libenter ultroque Nobis renuntians, precatur ut quotannis peculiaria suffragia ab amplissimo Liberiano Capitulo pro defunctis nobilissimae familiae Burghesiae celebrentur. Quamvis autem renuntiatio eiusdem nulli condicioni subiiceretur, is tamen quae sequuntur a Nobis petebat: scilicet ut sacellum Burghesiano nomine in perpetuum vocaretur: ut nobilissimae ipsius familiae ius tum gentilicii sepulcri in sacello habendi, tum celebrandi in eodem sacello, Liberiano probante Capitulo, matrimonia et funera, tum denique ad tabularium adeundi servaretur. Nos libenti quidem animo hanc Principis Scipioni Burghesii renuntiationem, per Litteras Cardinalis Nostri a secretis Status, die III mensis augusti anno MCMXXIV obsignatas, accepimus; cumque comprobatione dignae petitiones eius fuissent, eas quoque benigne excipere haud cunctati sumus.

Itaque motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Constitutioni Pauli Pauli Pp. V dec. Nostri, quae incipit *Immensae bonitatis* V kal. novembris an. MDCXV datae, et quam de verbo ad verbum prae oculis habere voluimus, praecipue quod ad prohibitionem et formam derogationis pertinet, pro expresso penitus derogamus, ac renuntiationem a dilecto filio Principe viro Scipione Burghesio emissam, quamvis defensor pro futuris vocatis deputatus minime fuerit, nec aliae sollemnitates iuris servatae sint, quemlibet facti et iuris defectum supplentes, praevia, quatenus opus fuerit, sanatione, adprobamus, confirmamus atque accipimus. Munus praeterea Cardinalis Protectoris nec non Paulinum Conlegium omnino abolemus, ac volumus ut bona omnia, quae hucusque ad sacellum et Conlegium, quod diximus, atque ad continentem domum quomodocumque pertinebant, posthac ad hanc Sanctam Sedem devolvantur. Qui vero nunc sunt Cappellani praecipimus ut merum titulum, praeter ius sepulcri, retineant. Cuilibet denique patronatus iuri, a praedecessore Nostro Paulo V concesso derogamus illudque prorsus abolemus, et declaramus eidem dilecto filio viro Principi Scipioni Burghesio eiusque descendentibus, nec non illis omnibus, qui per memoratam Constitutionem ad ius patronatus exercendum vocati essent, hunc Patroni titulum non amplius competere: nec

posse propterea aliquod ius in Burghesianam aedem et continentem domum itemque in bona reditusque ad eas nunc pertinentia exercere, liberos quoque omnino eos declarantes ab omni onere atque obligatione quibus patroni, iuxta sacros canones, obnoxii sunt vel esse possunt. Quin immo ne unquam in hac re futuri vocati ius aliquod repetere audeant, Nos, de plenitudine Nostrae potestatis, omnibus attente perpensis, ut renuntiationem quoque hic seponamus, quam praesens patronus laudabiliter nuper fecit, revocatum volumus ad normam quidem canonis 1470 §1, n. 2. novi iuris canonici Codicis, quodlibet patronatus ius, tum ad praesentem patronum spectans, tum ad eius descendentes, ceterosque futuros vocatos: quorum igitur nemo in posterum ius aliquod repetere poterit nec in Burghesianum sacellum, neque in bona quoquomodo quovisque titulo ad ipsum vel ad abolitum Conlegium Paulinum pertinentia.

Ut autem dilectissimo Liberiano Capitulo novum benevolentiae Nostrae testimonium praebeamus, pariterque ut decens in Burghesiano sacello divinus cultus servetur, atque etiam ut erga Virginis Deiparae effigiem merito sane « Salutem Populi Romani » appellatam, veneratio augeatur, haec quae sequuntur statuimus ac sancimus.

Burghesianum sacellum continensque domus eodem iure posthac erunt ac reliquae sunt Liberiani templi et canonicorum domicilii partes; ita quidem ut eiusdem sacelli continentis domus ceterorumque bonorum ad ea pertinentium dominium seu proprietas penes Sanctam Sedem maneat, usus vero et usufructus Capitulo Liberiano cedat.

Bonis autem Burghesiani sacelli praeesse eademque administrare Cardinalis Archypresbiteri et Capituli Liberiani ius erit: rationes tamen sacelli, si forte patrimonium proprium habuerit, seorsum a Capituli rationibus computentur.

Denique quod ad Burghesiani sacelli custodiam attinet, qua ratione et quorum ministerio ea gerenda sit, integrum erit Cardinali Archipresbytero et Capitulo Liberiano constituere.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras atque in eisdem contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu eorum aliqui ius vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praeten^entes, etiam specifica et individua mentione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati atque auditi, neque causae propter quas eaedem praesentes emanaverint, adductae, verificatae vel sufficienter aut alio modo iustificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis iuridica et privilegiata causa, colore, praetextu et capite nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensu aliove quolibet etiam quantumvis magno

ac formali et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci; seu adversus illos aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque iuris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, aut etiam motu proprio et de Apostolicae potestatis plenitudine concesso vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud uti, seu se iuvare nullo modo posse; sed ipsas praesentes semper firmas, validas atque efficaces exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, atque ab illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter et inconcusse observari; sicque et non aliter in praemissis censeri atque ita per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, etiam S. E. E, Cardinales/" aliosque quoslibet quacumque praeeminentia ac potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Haec omnia rata et firma uti sunt, ita perpetuo esse volumus, non obstantibus memorata Pauli PP. V. Constitutione, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis, statutis et consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus et indultis, specifica et individua mentione dignis, etiam sub quibusvis verborum tenoribus et formis, et cum quibusvis clausulis et decretis derogatoriis atque irritantibus in genere vel in specie, etiam Motu proprio, ac de Apostolicae potestatis plenitudine concessis. Quibus omnibus et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et individua mentio facienda foret, illorum tenores, formas, causas et occasiones praesentibus pro plene et sufficienter expressis respective habentes, ad effectum praemissorum amplissime derogamus, et derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die v augusti, anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA IN HONOREM B. M. V. A PERPETUO SUCCURSU IN URBE SANCTI IACOBI DE CHILE BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cognitum sane est Congregationis Sanctissimi Redemptoris alumnos, iuxta mandatum divi Alfonsi et Instituti ipsius tabulas, iugi studio incubuisse in provehendam devotionem et cultum erga Deiparam Virginem de perpetuo Succursu, eandemque devotionem in remotissimas quoque regiones feliciter invexisse. Etiam in Cilena Republica, Congregationis laudatae opera, Virginis ab assidua ope percrebuit fama: nuperque in civitate Sancti Iacobi ipsius Reipublicae principe, nova surrexit sacra aedes ingenti structura et mirificis artis operibus ornata, conrogata undique fidelium stipe, in honorem opiferae Virginis, in qua Congregationis Sanctissimi Redemptoris religiosi divino cultui inserviunt, et canonice instituta exsistit confratrum numero celeberrimo sodalitas, sub titulo « a perpetua supplicatione ». Iamvero cum hodiernus Superior generalis sive Rector Congregationis Sanctissimi Redemptoris, a venerabili fratre Benedicto Aloisi-Masella, Archiepiscopo titulo Caesariensi, Legato Apostolico Sancti Iacobi de Cile commendatas, Nobis humiliter preces porrexerit, ut dictam ecclesiam in honorem Deiparae Virginis de perpetuo Succursu in civitate Sancti Iacobi erectam, hoc anno, quo sese vertit feliciter quinquagesimus ex quo primam in Cile domum SSmi Redemptoris alumni aperuerunt, ad Basilicae minoris dignitatem evehere velimus: Nos, quibus nihil antiquius est quam ut erga gratiarum omnium apud Deum sequestrarci Virginem christiani populi pietas magis magisque excitetur, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, ecclesiam in honorem B. Mariae Virginis de perpetuo Succursu Deo dicatam in urbe S. Iacobi Cilenae Reipublicae capite, Basilicae minoris titulo decoramus, eique honorificentias omnes et privilegia tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae basilicis de iure competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros •effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere

poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum: irritum que ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xrv mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

III

TEMPLUM SS. ALEXANDRI ET THEODOR! MM., ABBATIAE OTTENBURANAE IN DIOECESI AUGUSTANA VIND., TITULO ET HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Eefert ad Nos Abbas monasterii Ottenburani Ordinis Sancti Benedicti e Congregatione Bavarica, quod iam Litteris Apostolicis die xi m. iulii an. **MCMXVIII** Piscatoris anulo obsignatis, in abbatiam sui iuris restitutum est, in ecclesia suae abbatiae, sanctis Alexandro et Theodoro dicata, venerabilem Beatae Mariae Virginis imaginem coli sub titulo de Alneto, vulgo *Mdern,* quia illam a saeculo xv in quadam aedicula elderensi christifideles venerati sunt. Propter autem rerum temporumque vicissitudines ineuntis seculi decimi noni, aedicula ipsa in ruinam cecidit: sed imago Virginis in Augustana civitate provide servata est usque ad annum **MDCCCXXXV**, quum eam Abbas Sancti Stephani intra fines Augustanae dioecesis denuo reduxit ad prioratum Ottenburanum, qui tunc temporis sub Augustanae ipsius abbatiae iurisdictione erat. Ecclesiam vero abbatialem Ottenburanam, adhuc SS. Alexandro et Theodoro dicatam, atque ob antiquitatem suam atque artis opera, quibus decoratur, in tota Bavaria celeberrimam, christifideles totius regionis, more peregrinorum, numerosissimi frequentant: atque in sanctuario Deiparae de Alneto inibi conlocato, Beatam Mariam Virginem, eius auxilium impetrantes, pie studioseque venerantur. Quapropter cum memoratus Abbas Ottenburanus enixis Nos rogaverit precibus, quas quoque Benedictinae Congregationis Bavaricae Abbas Praeses suffragio suo commendavit, ut titulo privilegiisque Basilicae minoris, pro benignitate Nostra eandem abbatialem ecclesiam honestare dignemur: Nos, probe noscentes praeteritis temporibus iam abbatiam eandem in fide catholica tuenda ac puritate morum servanda haud pauca merita acquisivisse, votis praefatis concedere libenti animo censuimus. Conlatis itaque consiliiis cum VV. FF. NN.

Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi sacrorum Rituum praepositis, de certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum enunciatum templum in honorem sanctorum martyrum Alexandri et Theodori Deo dicatum, in abbatia Ottenburana, Ordinis Sancti Benedicti e congregatione Bavarica, intra dioecesis Augustae Vindelicorum fines posita, dignitate ac titulo Basilicae minoris decoramus cum omnibus honoribus, praerogativis, indultis, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure vel consuetudine competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis ianuarii, an, MDCCCCXXVI Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

IMMUTANTUR FINES INTER APOSTOLICAM PRAEFECTURAM OLIM DE THSUAPA, NUNC DE COQUILHATSVILLE, ET VICARIATUM APOSTOLICUM NOVAE ANTUERPIAE IN CONGO BELGICO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris licet immeriti divinitus fungimur. Iamvero cum dilectus filius hodiernus moderator generalis Instituti Missionariorum a Sacro Corde Iesu, quorum curis praefectura apostolica de Thsuapa in Congo Belgico commissa est, Nos nuperrime flagitaverit ut quaedam pars territorii vicariatus apostolici Novae Antuerpiae ipsi cederetur praefecturae, Nos, huiusmodi cessionem in christianae rei emolumentum obventuram rati, dicti Moderatoris precibus annuendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, quo

in memorata regione christianae Fidei progressui aptius prospiciatur, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, e territorio vicariatus apostolici Novae Antuerpiae partem illam separamus, sive dismembramus, quae vertit ad meridiem et ubi religiosi Ordinis Cisterciensium iam adlaboraverunt, eandemque sic separatam praefecturae apostolicae de Thsuapa territorio adiungimus. Exinde statuimus ut ipsa apostolica praefectura de Thsuapa, territorio de **quo** supra aucta sequentibus a limitibus circumscribatur. Ad occidentem, cursu fluminis Congi, postea cursu fluminis *UbangM,* usque ad ostium fluminis *Ngiri* (ripa sinistra); ad septentrionem linea recta ab ostio fluminis *Ngiri* influentis fluminis *UbangM,* usque ad ostium fluminis *IJcelemba,* deinde cursu fluminis *lìcelemba,* et antiquis limitibus dictae praefecturae apostolicae; ad orientem iisdem antiquis limitibus praefecturae; denique ad meridiem, antiquis confiniis quibus vicariatibus Novae Antuerpiae a vicariatibus de Leopoldville et de Kasai separatur. Porro volumus ut posthac praefectura de Thsuapa, ita amplificata, praefectura apostolica de *Coquiïhatville* nominetur.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviii mensis ianuarii an. **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

V

VEN. DEI SERVUS ANDREAS HUBERTUS FOURNET, FUNDATOR CONGREGATIONIS FILIARUM CRUCIS BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dives in misericordia Deus Ecclesiae suae necessitatibus occurrere nunquam destitit, eandemque ab exordio ad nostra usque tempora semper Sanctorum virorum numero auxit, qui levandis aerumnis temporum, quibus mortalem vitam egerunt, aptissimi

visi sunt malisque gliscentibus opportunam praebuere medelam. Plurimos inter praestantes sanctitate viros, quos divina ipsa Providentia, decimo octavo ad exitum vertente saeculo, excitavit, praesertim in Gallus, ut sarcirentur damna a christiani nominis osoribus religioni illata, iure meritoque accensendus est Venerabilis Servus Dei Andreas Hubertus Fournet, Fundator Congregationis Filiarum Crucis, apostolico flagrans studio, atque animorum pastor in medio nebulae constitutus. Hic in oppido Malliacensi atque in paroecia Sancti Petri, Pictaviensis dioecesis intra fines, a piis honestisque parentibus, die vi mensis decembris anno **MDCCLII** natus est, eidemque a patruo sacerdote, ipsius oppidi parocho, sequenti die lustralibus aquis abluto, Andreae Huberti nomina imposita sunt. Pueritiam atque adulescentiam non inhoneste quidem transegit, sed longe procul ab omni singularis virtutis laude. Etenim dum Pictavii iuridicis disciplinis operam navabat, vivido ingenio saepe indulsit, et stipendia mereri cogitavit, donec, feriarum tempore, penes patruum, doctum non minus quam piissimum sacerdotem, commorans, sese divinitus sensit ad ecclesiasticum statum, illius exemplo, vocari. Eelictis itaque iuridicis studiis, ad theologiam in Seminario Pictaviensi toto pectore incubuit, ac tantos brevi progressus nactus est, ut ad sacerdotium evectus, primum oppidi ***JELaims*** parochi coadiutor sive vicarius, postea paroeciae memoratae Sancti Petri Malliacensis moderator sit renuntiatus. Continuo ad perfectionis semitam decurrendam exsultavit ut gigas. Mundo, mundique illecebris ac pompis valedixit, omnia bona sua pauperum patrimonium esse duxit, tenui usus supellectili, avita argentea vasa vendidit, atque in egenorum solamen convertit; totumque se gregi suo, pastor optimus, devovit. At Venerabilem Dei famulum, piis sacri ministerii curis intentum, teterrima illa intercepit rerum publicarum eversio, quae anno **MDCCLXXXXIH** adversus religionem Christique ministros in Gallia exarsit. Tunc vere mirandum in modum Andreae fides effulsit ac fortitudo. A paroeciali sede per vim deturbatus, iniquum Constitutioni iusiurandum detrectavit, et, licet discrimine vitae, commissas oves renuit relinquere. Clam et noctu sacris operabatur; animam agentibus sacramenta praebebat; et caput suum morti obiicere non dubitavit, strenuus fidei adsertor, donec, Episcopi iussu, in Hispaniam confugit. Singularia etiam in exilio christianarum virtutum omnium, ac potissimum flagrantia atque actuosae erga Deum et proximos caritatis, specimina edidit. Nondum composita adversus Ecclesiam insectatione, reversus est in Galliam, et licet proscriptus et quaesitus ad mortem, non sine praesente Dei ope, ab omnibus periculis evasit incolumis, nullaque interposita mora ad pastorales labores rediit. Mox verbo atque exemplis consuluit, ut qui a religione

non defecerant, firmarentur in fide, qui vero deerraverant ad meliorem frugem redirent, et non solum in paroecia sua Malliacensi, sed etiam in finitimis regionibus insperatas conversiones obtinuit, atque apostolicus operarius uberrimam in Dominico agro segetem messuit. Ut vero animorum saluti satius consuleret, Venerabilis Dei Servus consilium inivit instituendi Congregationem Piarum Sororum, quae christianae puerorum institutioni, non minus quam pauperum aegrotantium curationi ac solatio prospicerent. Una cum pia virgine venerabili Dei famula Elisabeth Bichier des Ages, quae, parochi Andreae sanctitatis fama permota, in illius disciplinam convenerat, et quattuor ei additis puellis, in castro *Molante* vulgo appellato, prima Venerabilis Servus Dei Instituti sui posuit fundamenta; ipsamque Elisabeth sociasque religiosis vestibus indutas et simplicibus votis obstrictas, anno MDCCCVII Filiarum Crucis sive Sororum Sancti Andreae nomine compellavit. Brevi, favente Deo, religiosarum Sororum numerus auctus est; plures piae domus apertae; et tam in Gallus quam in Hispanus atque in Italia Filiarum Crucis nomen percrebuit. Mira Instituti amplificatio eiusdem opportunitatem, luculente demonstrat. Quare, non sine moerore paroeciali officio dimisso, Venerabilis Dei Famulus in oppido *La Puye* nuncupato, quod vitae reliquum ei fuit, in Congregationis bonum atque incrementum impendit. Eegulas conscripsit sapientes, ecclesiastica auctoritate probatas, et suprema Sanctae huius Sedis sanctione munitas. Novarum domorum fundationi advigilavit diligenter, nonnullasque ex illis suae commoditatis immemor, itinerum asperitate minime deterritus, lustravit. Egregius conscientiarum moderator, scrutationis cordium dono ornatus, tria per lustra summum Congregationis regimen obtinuit. Tandem, meritis plenus, cum alterum supra octogesimum aetatis suae annum ageret, dissolvi cupiens et esse^um Christo placidissimo exitu in Domino obdormivit, die **xni** mensis maii anno **MDCccxxxrv.** Elatus est pompa triumpho simillima, fidelibus certatim sacras exuvias deosculari cupientibus et mortui sancti corpus demirari. Nec sanctitatis fama conticuit postquam sepulcro corpus conditum est, sed vividior longe lateque sese effudit, ob caelestia quoque prodigia, quibus eam Deus confirmare tradebatur. Quare de Beatorum caelitum honoribus Servo Dei Andreae Huberto Fournet tribuendis causa agitari coepta est penes Sacrorum Rituum Congregationem, et rec. me. Praedecessor Noster Pius Pp. IX per decretum editum die **xix** m. iulii anno MDCCCLXXVII introductionis Causae Commissionem signavit. Postea probationibus iuridice sumptis riteque expensis rec. me. Benedictus Pp. XV Decessor Noster, sexto idus iulii an. MCMXXI Andreae Hubert! Fournet virtutes heroicum attigisse gradum sollemni decreto sancivit. Deinde quaestio de miraculis

suscepta est, quae, ipso Venerabili intercedente, a Deo patrata ferebantur; ac rebus omnibus severissimo iudicio ponderatis, cum duo ex illis vera atque explorata iudicata fuerint, Nos solemni decreto, octavo kalendas apriles vertentis anni edito, de eorum veritate constare, suprema auctoritate Nostra, declaravimus. Cum igitur esset de heroicis virtutibus ac de duobus miraculis prolatum consilium, illud discutiendum supererai, num Venerabilis Servus Dei inter Beatos caelites tuto foret recensendus. Hoc dubium propositum est a venerabili fratre Nostro Vincentio S. E. E. Cardinali Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Collegii Decano Causaeque relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis in Aedibus Vaticanis; omnesque, qui aderant, tam Cardinales, quam Eituum Sacrorum Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec fervidis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem auspicato die, quo castissimi Deiparae Sponsi, universae Ecclesiae Patroni solemnitas agitur, nempe die decimo primo kal. maias huius pariter anni, incruento Sacrificio religiose litato, accitis adstantibusque VV. FE. NN. Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Eituum Congregationi Praefecto, et Vincentio S. E. E. Card. Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Collegii Decano et Causae relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani ipsius Congregationis Secretario, itemque Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore Generali, suprema Nostra auctoritate pronunciavimus procedi tuto posse ad sollemnem Venerabilis Dei Famuli Andreae Huberti Fournet Beatificationem. Quae cum ita sint, votis etiam annuentes universae familiae religiosae Filiarum Crucis, vulgo Sororum Sancti Andreae, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, facultatem facimus, ut Venerabilis Dei Servus Andreas Hubertus Fournet, Sacerdos, fundator ipsius Congregationis Filiarum Crucis, Beati nomine in posterum nuneupetur, et eius corpus et lypsana, Sive reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines eius radiis decorentur. Praeterea eadem Apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illo recitetur Officium, et Missa celebretur, singulis annis, de Communi Confessoris non Pontificis cum orationibus propriis, per Nos adprobatis, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Eomani. Huiusmodi vero officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Pictaviensi, itemque omnibus in tempus et sacellis quibus ubique terrarum utitur Congregatio Filiarum Crucis ab eodem Beato fundata, quod ad officii recitationem, ab omnibus fidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et quod ad

Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus, sive saecularibus, sive regularibus, ad ecclesias, in quibus festum agitur, convenientibus. Demum facultatem impertimur, ut, servatis servandis, sollemnia Beatificationis Venerabilis Servi Dei Andreae Huberti Fournet supradictis in templis celebrentur die ab Ordinario designando intra annum, postquam eadem sollemnia in Vaticana Patriarchali Basifica fuerint celebrata.

Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretam enunciatae Rituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis maii anno **MDCCCCXXVI** Pontificatus Nostri quinto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

VI

VEN. DEI FAMULA SOROR IOANNA ANTIDA THOURET, FUNDATRIX INSTITUTI SORORUM A CARITATE BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Christianae caritatis instituta, quae recentiore aetate in Catholicis Europae nationibus vitam in dies magis florentem hauserunt, misericordiam Dei mirifice ac luculenter ostendunt. Neque humana societas sanctum virum obliterare potest Vincentium a Paulo, qui plurium ex hisce institutis auctor fuit ac legifer pater, qui omnium adest in caelo, etiam ab hac Sancta Sede Apostolica renunciatus, Patronus. Duo potissimum instituta Vincentii ipsius nomine et patrocinio fruuntur, de catholica religione et civili societate aeque benemerita, Congregatio nempe Puellarum a Caritate a Beata Ludovica de Marillac, vidua Le Gras, fundata, et Societas Sororum a Caritate, quam novissimis saeculi decimi octavi diebus Venerabilis Dei famula Ioanna Antida Thouret condidit.

Haec in oppidulo, *Sancey-le-long* nuncupato, dioecesis Bisuntinae intra fines, orta die xxvn mensis novembris anno **MDCCLXV** a pauperis condicionis sed piis honestisque parentibus, eodemque die lustralibus aquis abluta, a teneris unguiculis pietate, obedientia atque innocentia enituit.

A puerilibus nugis aliena diu orationi, et intra domesticos parietes et in sacris aedibus, vacare in deliciis habuit. Genetrice orbata, matris familias vices gessit, sollicitam fratrum ac sororum curam suscipiens; omnesque ad caritatis studia excitavit exemplo.

Patiens, benigna, misericors, pauperes atque egenos stipe et consilio adiuvabat, et mature apostolatum gerere coepit, a parocho designata ut pueros ac puellas catechesis rudimenta doeeret. Illis quidem primis aetatis suae annis, caelestem Agnum sequi cogitavit et virginitatis florem Deo devovit. Verum cum consilium sese divino Sponso mancipandi aperuit patri, ille, probe sciens qua diligentia domesticis rebus vacaret Serva Dei, quasi famuiae suae iacturam timens, renuit omnino natae, licet dulcissimae, voluntati concedere. Sed neque nuptiae propositae, nec fratrum sororumque moeror, nec genitoris pietas illam a proposito avertere potuerunt; donec patris assensu potita, annos agens duos supra viginti, Lutetiam Parisiorum se contulit, atque institutum Filiarum a Caritate ingressa, tyrocinium ibi posuit. Per annum in tyrocinio mansit, singularia exhibens humilitatis exempla, severa sub magistra, domesticae supellectili custodiendae addicta, dein puellis instituendis praeposita; tandem ad publica nosocomia missa, tam flagranti studio aegrotantium curationi se dedidit, ut caritatis angelus sit vocata. Verum tyrocinium implere et vota nuncupare nequit Ancilla Dei ob teterrimam illam rerum publicarum perturbationem, quae in Gallia adversus etiam Fidem saeculo xviir exeunte exarsit. Enituit tanto in discrimine Ioannae Antidae fortitudo; quaesita ad mortem religiosas vestes dimittere noluit, atque impium " Constitutioni iusiurandum elicere detrectavit; omni destituta ope, in divina tantum Providentia conflsa, pedes atque ostiatim quaeritans stipem, longum iter emensa, in Helvetiam confugit. A consuetis christianae pietatis officiis exsul in Helvetia non abstinuit; sed urgente caritate Christi atque erga proximos amore, in sanctuario Einsildensi, quod peregre adierat, caeleste lumen impetratura, se ad caritatis novum institutum condendum divinitus sensit vocari. Continuo rediit Vesontium, parvaque domo conducta, anno **MDOCLXxxxvini,** quattuor sibi adscitis sociis, quas « Caritatis Sorores » vocavit, scholam pro puellis egenis gratuitam et diribitorium pharmaceuticum pro infirmis aperuit, atque ineuntem Congregationem caelesti S. Vincentii a Paulo patrocinio commissam voluit. Subsequenti anno, decimi noni saeculi primo, aucto iam Sororum numero, ipsa Venerabilis Serva Dei, una cum alumnis suis die xv m. octobris simplicia castitatis, paupertatis atque obedientiae vota emisit, et mox, in monasterio a Visitatione abdita, sedulam navavit operam exarandis Instituti sui regulis, quae, primum a Bisuntino Ordinario probatae, dein a Praedecessore Nostro

rec. me. Pio Pp. VII sollemni praeconio dilaudatae, supremae Ecclesiae auctoritatis assensum sortitae sunt. Haec prima fuerunt Instituti Sororum a Caritate fundamenta, cuius fama brevi percrebuit non minus apud principes et Sanctae Ecclesiae pastores, quam apud populos populorumque moderatores, qui christianae caritatis prodigia demirabantur. Et re quidem vera fundatrix voluit ut Caritatis Sorores inservirent pauperibus; atque ut, studio et amore paribus, illis praesto essent praecepit. Ut in nosocomiis ac domi assiderent infirmis, derelictos vel parentibus orbos alerent infantes, confectos aetate senes sustentarent, detentos in vinculis solarentur, ad bonam frugem deperditas mulieres studerent revocare, prudenter consuluit. Voluit denique ut hae mites non minus quam fortes puellae, nullos detrectarent labores, nulla expavescerent pericula, sed etiam in castris atque inter pugnantes exercitus, gloriosam mortem oppetere paratae, versarent interritae. Quod vitae reliquum ei fuit Venerabilis Serva Dei totum impendit in religiosa familia, quam instituerat, firmanda atque amplificanda; quae brevi, favente Deo, longe lateque propagines suas effudit; et, vivente adhuc legifera matre, non modo in universas fere Galliae provincias, sed in Helvetiam, in Italiam, et dein in alias vel longo terrarum marisque tractu dissitas regiones, Caritatis Sorores migrarunt, quasi certatim a sacrorum Antistitibus, atque ab Imperatoribus et Regibus quaesitae. Ipsa Venerabilis Fundatrix, quamvis persaepe malefirma uteretur valetudine, tam alacri studio ad Instituti incrementum incubuit, ut, decem annorum spatio, sexaginta fuerint erectae domus, quas fere omnes, neque laboribus neque incommodis parcens, diligentissime lustravit. Licet invita, Generalis Instituti Antistita perpetuo electa, in gravi munere nitide obeundo, iustitia enituit cum suavitate coniuncta, ac tam in recipiendis Sororibus, quam in domorum Moderatricibus eligendis, tanta prudentia se gessit, ut spirituum discretione pollere visa sit. Caelestibus aucta gratiis, ecstasis ac prophetiae donis coh onestata, summam sanctitatis famam etiam vivens adepta est: donec, laboribus fracta, atque apopleptico morbo semel iterumque tentata, Neapoli in domo a *Regina caeli* appellata, Ecclesiae Sacramentis rite munita, die xxiv m. augusti an. MDCCCXXVI placidissimo exitu obdormivit in Domino. Mortales Venerabilis Dei Famulae exuviae primum in cubiculo, ubi animam ipsa efflaverat, expositae, dein magna cum populi frequentia ac devotione in ecclesiam piae domui continentem delatae, sollemni funere rite celebrato, penes sacellum Immaculatae Conceptioni Virginis sacrum condita sunt. Interim sanctitatis fama, qua, dum vitam mortalem agebat, Serva Dei inclaruerat, post obitum ac funus in dies vividior effulsit. Quare penes Sacrorum Rituum Congregationem causa agitari coepta est de Beatorum caelitum honoribus ipsi Famulae

Dei tribuendis, et Decessor Noster rec. me. Leo Pp. XIII per decretum editum die **xvi** mensis iulii an. **MDCÇCC** introductionis Causae Commissionem signavit. Probationibus dein legitime sumptis riteque expensis de virtutibus heroicis ipsius Ancillae Dei, Nos, sollemni Decreto septimo idus iulii an. **MDCCCOXxn** edito, Venerabilis Dei Famulae Ioannae Antidae Thouret virtutes heroicum attigisse fastigium sancivimus. De miraculis postea, quae ipsa intercedente patrata a Deo ferebantur, quaestio suscepta, rebus omnibus severissimo iudicio ponderatis, cum tria ex illis vera atque explorata iudicata fuerint, Nos alio decreto, decimo primo kalendas maias huius millesimi nongentesimi vigesimi sexti anni edito, de eorum veritate constare, suprema Nostra auctoritate, declaravimus. Cum igitur esset de heroicitate virtutum ac de miraculis prolatum consilium, illud tantum supererai discutiendum, num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos eaelites tuto foret recensenda. Hoc dubium propositum est a venerabili fratre Nostro Ianuario S. B. E. Card. Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi, Causae relatore in comitiis generalibus coram Nobis habitis, die vicesima septima mensis aprilis vertentis anni, omnesque qui aderant tam Cardinales, quam sacrorum Eituum Consultores, unanimi consensione affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec fervidis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die Dominica quarta post Pascha huiusmet anni, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus VV. FF. NN. Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac S. Bufinae, S. Eituum Congregationis Praefecto, et Ianuario S. E. E. Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi, Causae relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, Congregationis Eituum Secretario, et Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali, auctoritate Nòstra pronunciavimus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae Ioannae Antidae Thouret Beatificationem. Quae ciirn ita sint, universae Religiosae Familiae Sororum a Caritate ab eadem fundatae vota implentes, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore facultatem facimus ut Venerabilis Dei Ancilla Ioanna Antida Thouret, ipsius Familiae Fundatrix, Beatae nomine in posterum nuncupetur, et eius corpus ac lipsana sive relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium ac Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum orationibus propriis per Nos approbatis, iuxta Eubricas Missalis et Breviarii Eomani. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi JBisuntina, ubi nata est Serva Dei, atque in archidioecesi Neapoli-

tana, in qua migravit ad Dominum, itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Institutum Sororum Caritatis, ab omnibus fidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus ad ecclesias in quibus festum agitur convenientibus. Demum facultatem impertimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Servae Dei Ioannae Antidae Thouret supradictis in tempus celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam eadem sollemnia in Patriarchali Vaticana Basifica fuerint peracta.

Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Eituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiu m. maii, an. **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

' I

AD R. P. D. AUGUSTINUM DONTENWILL, ARCHIEPISCOPUM TIT. PTOLEMAIDENSEM, OBLATORUM BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE MODERATOREM GENERALEM, SAECULO ELAPSO AB APPROBATIONE INSTITUTI.

Venerabilis frater,, salutem et apostolicam benedictionem. — Istam, cui tam studiose praees, Oblatorum Immaculatae Beatae Mariae Virginis Congregationem, die xvn proximi mensis februarii centesimum a canonica confirmatione plenum annum sollemniter esse acturam, haud multo ante accepimus. Cuius quidem fausti sane laetique eventi nuntius eo iucundior Nobis accidit, quod opportunam occasionem affert, ut grati memorisque ariimi Nostri sensus ob ea, quae in religionis bonum atque incrementum per hunc temporis cursum praeclare egistis, vobis significemus atque testemur. Enimvero recolentibus Nobis initia - parva, profecto, atque humilia - istius Sodalitatis, quae ad Aquas Sextias prope Massiliam anno **MDCCCXVI**

éxorsa est, illa ob versatur singularis Dei providentia, qua factum est, ut ipsi tantus brevi alumnorum domorumque numerus accederet, ut spes atque exspectatio omnium superaretur. Oblati enim, qui illud prae oculis haberent : *Evangelizare pauperibus misit me,* - quae quidem pauperum ad christianam doctrinam institutio peculiare ac proprium est Congregationis propositum, - sedibus longe lateque per terrarum orbem constitutis, scilicet cum in Americae Septentrionalis, tum etiam in Asiae atque extremae Africae, tum denique in dissitae Australiae regionibus, Evangelium nuntiantes, incolas ad Christi fidem amplectendam profitendamque traduxerunt hodieque traducunt. Multiplicibus autem laboribus regno Christi amplificando per vos exantlatis, Sodalitas, cui tam digne praees, non modo de Ecclesia sed de ipsa etiam hominum consortione optime meruit.

Atqui nonne id vobis honori ac gloriae verti debet, quod Decessor Noster Leo XII, decimo dumtaxat a condita Congregatione anno, eam ratam firmamque esse voluit? Nec, procedente tempore, Apostolicae Sedis in vos benevolentiae caritas unquam deferbuit atque defecit, cum Gregorius XVI, Pius IX, Pius X, litteris datis, eximio laudum praeconio Oblatorum Sodalitatem sint prosecuti. Idipsum Nosmet, quintum ac vicesimum episcopatus annum tibi gratulantes, libenti animo fecimus, propterea quod, quae tunc erant Sodalitatis Vestrae promerita, continuo ea augere non destitistis. Certe haud parum cepistis detrimenti per gravem illam insectationem quae, postremis hisce annis, contra religiosos viros in Gallia desaeviit, cum et bonorum vestrorum direptionem passi estis et exsilii viam arripere coacti. At, quoniam ex malo plerumque Deus bonum elicere solet, novas vires vos inde novumque animi ardorem ad vestrum prosequendum opus sumpsisse videmini, quippe qui in Galliam reversi, quatuor novas domos ad tirones excipiendos excolendosque accommodatas, haud ita pridem, gestientibus omnibus, constituisti^. Gratias igitur Nos vobiscum Deo eiusque magnae Parenti persolvimus, quos Sodalitati Vestrae, ut perpetuo usque adhuc adfuisse novimus, ita adfuturos posthac esse confidimus; precamurque ut, quae caelesti ope felicia incrementa cepistis, eadem ad animarum salutem non tam perseverent, quam cotidie magis abundent.

Divinorum, interea, munerum conciliatrix paternaeque Nostrae benevolentiae testis Apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, religiosis viris atque alumnis tibi commissis amantissime in Dominò impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. CAIETANUM EPISCOPUM SABINENSEM ET MANDELENSEM, S. R. E. CARDINALEM DE LAI SACRI CONLEGH SUBDECANUM, OB QUINQUAGESIMUM NATALEM SACERDOTII EIUS.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Memoriam illius diei gratissimam abs te proxime celebratum iri quo, ante annos quinquaginta, primum sacrum fecisti, libentes sane didicimus: eo magis quod eventus tam faustus occasionem affert ea recte facta recolendi quibus omnis tuae vitae cursus nobilitatus est. Etenim iam inde a sacerdotii tui initio diligentem plane operam Apostolicae Sedi navare consuevisti: cumque, variis fungens muneribus, prudentia imprimis et navitate in rebus Ecclesiae gravissimis excelleres, dignus habitus es qui a decessore Nostro p. r. Pio X in amplissimum Purpuratorum Patrum Conlegium cooptareris. Nec vero in hoc praestanti dignitatis gradu bene de Ecclesia mereri desiisti; praeter quam enim quod ipse, ut a Secretis Sacrae Congregationis Consistorialis, negotia Ecclesiae iampridem agis magni quidem momenti, haec alia tibi ducuntur laudi: tum animarum salutem in dioecesibus tibi concreditis studiose te curare, tum veterem cathedralem ecclesiam ac Seminarium in Sabinis instaura visse, tum denique *De passione Christi Domini* et *De reali praesentia Iesu Christi in Eucharistia* libros confecisse sane egregios. Quapropter cum magna floreres opinione, ab ipso Iesu Christi Vicario electus es qui, eius nomine atque auctoritate, plenariis Siciliae Sardiniaeque Conciliis, et Eucharistico Conventui Genuae habito praesideres. Profecto, in hac sacerdotii tui faustitate, plurimi quidem tuae virtutis aestimatores laetitiae significationibus te sunt prosecuturi. Fruare igitur hoc tuorum amore, qui est simul sollertiae tuae fructus et praemium: in spe quidem immarcescibilis illius coronae qua te Pastorum omnium Princeps in caelis afficiet. Nos vero qui te, venerabilis frater Noster, ob merita habemus carissimum, et grates Deo tecum de tot beneficiis tibi allatis persolvimus et gratulantium tibi choro praeimus; illud imprimis ab eodem bonorum omnium datore precantes ut seros plane in annos, meritorum similiter plenos, benigne sospitare te velit, ad rei catholicae utilitatem. Interea, divinorum munerum praenuntiam praecipuaeque benevolentiae Nostrae testem esse volumus apostolicam benedictionem quam tibi venerabilis frater Noster, tuisque omnibus amantissime in Domino impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis aprilis in festo Resurrectionis Iesu Christi anno MDCCCCXXVI Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

EISTETTEN,-RATISBONEN.

DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

DECRETUM

Incolae villae *BamertsJiof,* ad paroeciam *Ursensollen,* dioecesis Eistettensis, pertinentes, quum propriam ecclesiam paroecialem frequentare non soleant, tum ob distantiam, tum ob viarum asperitatem, ab Apostolica Sede efflagitaverunt, ut memorata villa a praedicta paroecia *Ursensollen* seiungatur ac paroeciae *S. Georgii,* dioecesis Ratisbonensis, incorporetur. Quapropter SS.mus D. N. Pius PP. XI, attento utriusque dioecesis Ordinariorum consensu, vi praesentis Consistorialis decreti, benigne statuit ut villa *BamertsJiof* a paroecia *Ursensollen* et a dioecesi Eistettensi perpetuo avellatur atque paroeciae *Sancti Georgii* ac dioecesi Ratisbonensi aggregetur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopum tit. Hemesensem ac Nuntium Apostolicum in Bavaria, eidem tribuens omnes facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi aliam personam ecclesiasticam, in dignitate constitutam, ad effectum de quo agitur; cum onere mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses exemplar actus exsecutorialis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 aprilis 1926.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius*

L. $8 S.

t Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

RATISBONEN.-EISTETTEN..

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Rogante Episcopo Ratisbonensi, de consensu Ordinarii Eistettensis, ut pagi *Eichensee, Kühnhausen, Kugelstadt,* nec non pars oppidi *Hepberg,* ob nimiam a propriis paroeciis distantiam, ab eisdem dismembrarentur atque vicinioribus paroeciis in dioecesi Eistettensi aggregarentur, SS.mus **D.** N. Pius PP. XI, rei opportunitate recognita, praesenti Consistoriali decreto benigne statuit, ut memorati pagi *Eichensee, Kühnhausen* et *Kugelstadt,* a propria paroecia *Lupburg,* dioecesis Ratisbonensis, separentur ac paroeciae *Hörmannsdorf,* dioecesis Eistettensis, incorporentur; itemque pars illa oppidi *Hepberg,* quae modo ad paroeciam *Kösching,* in dioecesi Ratisbonensi, pertinet, a memorata paroecia et dioecesi dismembretur atque paroeciae *Lenting,* dioecesis Eistettensis, cui altera pars eiusdem oppidi *Hepberg* iam unita est, attribuatur.

Ad praemissa exsecutioni mandanda SS.mus Dominus Noster deputare dignatus est R. P. **D.** Albertum Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopum tit. Hemesensem ac Nuntium Apostolicum in Bavaria, eidem tribuens omnes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum ad effectum de quo agitur: imposito onere transmittendi intra sex menses ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 aprilis 1926.

£8 C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

L. $i S. f Er. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

AURIENSIS **ET** LUCENSIS

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quum incolae pagorum *Santas* et *Candosa* ad paroeciam Sancti Petri in loco *Espiñeira* Lucensis dioecesis, pertinentes, propriam ecclesiam paroecialem ob nimiam distantiam viarumque asperitatem adire non soleant,

sed potius paroeciam proximiorem loci Sancti Petri in *Regueiro* frequentent, in Auriensi dioecesi, Episcopus Auriensis, de consensu Ordinarii Lucensis, ab Apostolica Sede efflagitavit ut memorati pagi, nempe *Santas* et *Cannosa,* a Lucensi dioecesi dismembrarentur et ad viciniorem paroeciam in Auriensi dioecesi adiungerentur. Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, rei opportunitate attenta atque audito voto E. P. D. Friderici Tedeschini, Archiepiscopi tit. Naupactensis et Nuntii Apostolici in Hispaniarum regnis, benigne annuendum censuit; ac proinde praesenti consistoriali decreto statuit ut pagi *Santas* et *Candosa* a paroecia Sancti Petri in loco *Espiñeira* et a Lucensi dioecesi in perpetuum separentur, atque paroeciae loci Sancti Petri in *Regueiro* dioecesis Auriensis iuxta petita aggregentur. Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda, idem Ssmus Dominus deputare dignatus est eundem E. P. D. Fridericum Tedeschini, Archiepiscopum tit. Naupactensem, cum facultatibus omnibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum itemque pronuntiandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura: iniuncta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, transmittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die vicesima aprilis anni millesimi nongentesimi vicesimi sexti.

£g C. **CABD. DE LAI**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

IV

PROVISIO ECCLESIABUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

7 maii 1926. — Metropolitanae Ecclesiae Mutinensi, et Abbatiae *nullius* Nonantulanae invicem perpetuo unitis, praefecit E. P. Iosephum Antonium a Sancto Ioanne in Persiceto, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Ministrum Generalem, qui in saeculo appellabatur Ferdinandus Bussolari.

— Cathedralibus Ecclesiis Tarquiniensi et Centumcellarum invicem perpetuo unitis, R. **D.** Aemilium Cottafavi, Protonotarium Apostolicum

ad instar participantium, Archipresbyterum cathedralis ecclesiae Regiensis in Aemilia.

10 maii. — Titulari Ecclesiae Milevitanae pro hae vice ad archiepiscopalem evectae E. D. Acacium Chacón, Canonicum metropolitanae Emeritensis in Indiis eiusdemque dioecesis Vicarium generalem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Antonii Raymundi de Silva, Archiepiscopi Emeritensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zaraitanae, E. D. Henricum Dubuc, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Agathi Philippi Alvarado, Episcopi de Barquisimeto.

14 maii. — Cathedrali Ecclesiae Aquensi, R. P. D. Laurentium Dei Ponte, hactenus Episcopum titularem Oropensem, et dioecesis Aquensis Administratorem Apostolicum.

18 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Eussalensi, R. P. Theodorum Labrador, ex Ordine Fratrum Praedicatorum, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Funing.

—> Titulari episcopali Ecclesiae Mopsuestianae R. P. Iosephum Gotthard ex Congr. Oblatorum B. M. V. Immaculatae quem deputavit Vicarium Apostolicum de Windhoek.

SACEA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PROMULGANTUR STATUTA GENERALIA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS ATQUE SUMMARIUM SPIRITUALIUM. FAVORUM QUIBUS EIUSDEM PIAE UNIONIS SODALES FRUUNTUR.

DECRETUM

Ut Pia Sacerdotum Consociatio, quae « Unio Cleri pro Missionibus » nomen habet, quamque Summi Pontifices Benedictus Pp. XV fel. mem. et Pius Pp. XI fel. regn. tam valide commendaverunt, ubique nationum rite et secundum optata erigatur, visum est huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Statuta generalia recognita in vulgus edere, quibus ab iis standum erit qui et Summorum Pontificum votis obsecundare et favores omnes spirituales eidem Piae Consociationi concessos sibi velint comparare.

Quod si ex peculiaribus rerum adiunctis necessarium in aliqua regione visum fuerit in hoc vel illo decernendo a Sta-

tutis generalibus recedere aut aliquid eisdem addere, approbatio ab hac Sacra Congregatione omnino praerequirenda erit.

Faxit vero Deus O. M. ut omnes sacerdotes ad suum amorem erga Missiones magis magisque fovendum huic Piae Consociationi sese adscribere libenter velint.

Datum Eomae, in aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 4 aprilis Festo Resurrectionis D. N. Iesu Christi, an. 1926.

G. M. CARD. VAN ROSSTJM, *Praefectus*

L. ffi S.

f F. Marchetti Selvaggiani, Arch. Seleucien., *Secretarius.*

STATUTA GENERALIA

I. - DE NATURA ET FINE

1. - Pia Unio Cleri pro Missionibus est associatio sacerdotum ad sacras Ecclesiae missiones adiuvandas instituta, prout num. 4 circumscribitur.

Haec Pia Unio a S. Sede probata fuit multisque ac singularibus favoribus et privilegiis aucta.

2. - Beatissimam Virginem Mariam, Apostolorum missionumque Reginam, patronam veneratur ac sub eius singulari patrocinio finem sibi propositum prosequitur.

3. - Pia Unio ad normam canonis 708 Cod. iur. can. in singulis dioecesibus erigenda est.

4. -„ Haec Pia Unio sibi proponit animum sacerdotum gentium conversionis amore accendere, ut per ipsos universus populus christianus studio erga missiones catholicas pariter inflammetur et ita tota Ecclesia concurrat ad regnum Christi per universum mundum dilatandum. Unio missionaria itaque Cleri non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium oblationes colligendas institutum neque pro fine habet aliorum Operum missionalium gubernationem sibi assumere, licet operam impendat ad fidelium animos disponendos ita ut omnibus Operibus missionalibus pro viribus succurrant.

5.-Piae Unionis socii finem sibi propositum hisce praecipue mediis assequi student:

a) Fervidis ad Deum O. M. precibus pro felici sacrarum missionum exitu propriaeque in favorem missionum operae successu;

b) cognitione missionum earumque indigentiarum, laborum apostolicorum qui in variis mundi plagis a Missionariis sustinentur, felicis vel minus laeti eorum exitus, itemque omnium earum rerum quae ad regnum Dei imprimis inter paganos dilatandum referuntur;

c) collationibus congressibusque sociorum, quibus mutuo se ülumi-nent circa missionum indigentias atque ad eis subveniendum vicissim se exhortentur;

d) fovendo in familiis christianis vocationes missionales, sive ad sacerdotium sive ad munus adiutori» aut adiutricis Missionariorum;

e) monendo christifideles qua sacris concionibus, qua publicis conferentiis, ut vocant, qua privatis colloquiis et adhortationibus, qua scriptis in vulgus editis, aliisque opportunis mediis, de magno opere evangelicae praedicationis inter infideles, et de variis modis, quibus catholicarum missionum necessitatibus succurri possit;

/) offerendo libenter adiutricem operam suam iis qui Operibus missionalibus praepositi sunt;

g) naviter operam dando ut omnibus innotescant et ubique promoveantur Opera missionalia, imprimis ea quae a Sede Apostolica tanquam sua agnita sunt et Motu proprio *Romanorum Pontificum,* diei 3 maii 1922, prae caeteris commendata fuerunt. Ea sunt, ante omnia, magnum Opus a Propagatione Eidei, Opera auxiliaria a Sancta Infantia, a Sancto Petro Apostolo pro institutione Cleri indigenae, et Collecta annua in festo Epiphaniae pro redemptione captivorum, seu pro missionibus Africanis; neque omittendo peculiares collectas pro determinatis regionibus vel missionibus aut pro singularibus indigentiis quae in missionibus forte occurrant fidelibus commendare.

Ji) promovendo festa, ut dicunt, missionalia, conventus seu congressus, aliaque id genus, quibus christifidelium studium erga missiones,magnopere accendatur et accrescat.

IL - DE SODALIBUS

6. - Piae Unioni Cleri pro Missionibus adscribi possunt omnes sacerdotes cum saeculares tum regulares, necnon clerici qui sacrae theologiae studiis incumbunt.

7. - Adscriptio fit sive a Consilio dioecesano, sive a Consilio regionali, sive, his deficientibus, a Sacra Congregatione de Propaganda Eide.

8. - Ipsa adscriptione suscipiuntur onera Piae Unionis propria, et acquiritur ius ad indulgentias lucrandas et ad favoribus privilegiisque fruendum, quae a Sancta Sede Piae Unioni concessa sunt. Sciant tamen sodales non

sufficere nomen dare Piae Unioni, sed naviter et fideliter exsequenda esse ea officia, quae nomen dando susceperunt, si gratus Piae Unioni ab Ecclesia concessis vere frui desiderent.

9. - Sodales ordinarii vocantur, qui praeter caetera Piae Unionis officia praestita, statutas a Consilio regionali contributiones quotannis solvunt.

10. - Sodales perpetui, qui similiter, praeter fidelem officiorum satisfactionem, semel contributionem maiorem ad hoc a Consilio statutam exsolvant.

11. - Sodales *honoris causa* sunt Revmi Domini Episcopi, nec non S. R. E. Cardinales, qui Piae Unioni adhaeserunt.

12. - Omnes sacerdotes qui actu in missionibus degunt vel valetudinis, senectutis aut obedientiae causa eas relinquere coacti sunt, omnibus privilegiis et gratiis Piae Unioni concessis gaudent.

. 13. - Pia Unio Cleri pro Missionibus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide omnino dependet.

III. - **DE CONSILIIS**

14. - In unaquaque regione Piae Unioni proxime praeest Consilium regionale et in singulis dioecesibus Consilium dioecesanum.

A) - *De Consilio regionali*

15. - Consilium regionale constat Praeside et quibusdam Consiliariis, quorum alii e Directoribus dioecesanis, alii ex Institutis missionalibus, si quae in regione adsint, assumuntur.

16. - Praeses Consilii regionalis a Sacra Congregatione de Propaganda Fide nominatur. Episcopi regionis nomen vel nomina candidatorum, ut plurimum ex regionis Ordinariis delectorum, eidem Sacrae Congregationi proponunt.

17. - Consiliarii eliguntur a Praeside, collatis consiliis cum Ordinariis locorum, si de sacerdotibus saecularibus, et cum Moderatoribus Regularium, si de Religiosis agitur.

18. - Consiliarii per tres annos in officio manent sed iterum eligi possunt.

19. - E Consiliariis unus officium Secretarii alius Arcarii munus obibit. munera vero ab utroque praestanda, praeterquam ab officii natura, a Praeside statuuntur.

20. - Consilii regionalis est omni studio Piam Unionem in regionem promovere, stipem statuere a sodalibus ordinariis aut perpetuis solvendam, examinare atque recognoscere rationes accepti et expensi a dioecesanis Consiliis, Consilia dioecesana in eorum propria actione adiuvare ubi opus est, congressus Piae Unionis totius regionis indicere et alia huiusmodi.

21. - Quotannis Consilium regionale semel saltem convenit, convocante Praeside.

22.-Sedes Consilii regionalis a Praeside statuitur.

B) - *De Consilio dioecesano*

23. - Piae Unioni Cleri pro Missionibus in singulis dioecesibus praeponitur Consilium dioecesanum, constans Directore seu Moderatore et Consiliariis, quorum unus Secretarii, alius Arcarii munere fungitur.

24. - Tum Director tum Consiliarii ab Ordinario loci nominantur et ad illius nutum in munere permanent.

25. - Consilii dioecesani est Piam Unionem in dioecesi promovere, curare ut omnes sacerdotes illi nomen dent, et praecipue ut omnes adscripti, studio erga missiones animati, sanctum Associationis finem actuose prosequantur.

26. - Consilium dioecesanum bis in anno congreditur, et praeterea quoties Director illud convocare opportunum duxerit.

27. - Moderatoris dioecesani est, ineunte quoque anno, facta prius dioecesano Consilio relatione, transmittere ad regionale Consilium accepti et expensi nec non rerum actarum rationem adprobandam una cum indice novorum adscriptorum.

28. - Secretarius omnium actorum instrumenta conficiet tum conventus Consilii tum congressuum dioecesanorum, tum etiam rerum notabilium ad Piam Unionem in dioecesi se referentium.

29.-Arcarii munus est colligere contributiones a singulis membris solvendas, pecunias fideliter administrare et de iis quotannis Consilio dioecesano rationem reddere.

30. - Sedes Consilii dioecesani a Moderatore seu Directore, de consensu Ordinarii, figitur.

IV. - **DE CONGRESSIBUS**

31. - Congressus regionalis omnium adscriptorum Piae Unionis Cleri pro Missionibus, totius nationis seu regionis, semel saltem singulis quinquenniis locum habebit, vicissim in locis regionis praecipuis, ad arbitrium Praesidis.

32. - Si forte ob rationes peculiares extra ordinem censeatur convocanda congressus, Praeses, adprobante Consilio regionali, Directores dioecesanos convocabit, eorumque deliberationi rem proponet.

33.-In congressibus ordinariis Secretarius Consilii regionalis de iis referet quae ab ultimo Congressu memoratu digna acciderint.

34. - Arcarius vero rationem reddet de statu oeconomico Piae Unionis in regione.

35. - Congressus regionalis deliberabit de Piae Unionis statu, de mediis idoneis quibus adscriptorum amor et studium erga missiones sustineatur et augeatur, de rebus et de quaestionibus Consilio regionali propositis et ab ipso tractandis admissis; de postulationibus a Moderatoribus Operum missionalium oblatis et de ceteris huiusmodi. Absque explicito Consilii regionalis consensu non licebit disserere in conventibus de rebus ordine praestituto non comprehensis.

36. - Congressus dioecesanus semel saltem singulis bienniis celebrabitur; extra ordinem a Directore, audito Consilio et adprobante Ordinario, ob iustas causas convocari poterit.

37. - Congressus dioecesanus similibus regitur praescriptionibus ac Congressus regionalis.

FAVORES SPIRITUALES

I. - Indulgentia plenaria, suetis sub conditionibus lucranda, in festis: 1.° Epiphaniae, 2.° SS. Apostolorum, 3.° S. Michaelis Archangeli, 4.° S. Francisci Xaverii, 5.° semel in mense, die ad proprium cuiusque arbitrium eligenda, 6.° in articulo mortis, servatis servandis.

IL - Indulgentia centum dierum pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto.

III. - Facultas (dummodo adscriptus ad sacramentales confessiones audiendas sit approbatus):

1.° benedicendi extra Urbem, unico Crucis signo, coronas, rosaría, cruces, crucifixos, numismata et parvas statuas cum applicatione Indulgentiarum Apostolicarum (Cfr. *Acta Ap. Sedis*, 1922, p. 143); 2.° benedicendi, unico Crucis signo, coronas iuxta typum rosariorum B. M. V. confectas, cum applicatione indulgentiarum, quae a PP. Crucigeris nomen habent; 3.° benedicendi ac imponendi, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis, scapularia Passionis D. 3ST. Iesu Christi, Immaculatae Conceptionis B. M. V., SS. Trinitatis, B. M. V. Perdolentis, B. M. V. a Monte Carmelo, ab Apostolica Sede approbata. (Cfr. infra n. VII); 4° benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos cum applicatione indulgentiarum pii exercitii a *Via Crucis* nuncupati in favorem fidelium, qui quominus sacras visitent « Stationes » legitime impediuntur; 5.° benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos, iisdemque applicandi plenariam indulgentiam in articulo mortis ab iis acquirendam, qui praescriptis expletis conditionibus, illos

osculati fuerint aut saltem aliquo modo tetigerint (Cfr. *Acta Ap. Sedis,* 1914, p. 348).

IV. - Indultum personale Altaris privilegiati, quater in qualibet hebdomada, dummodo simile indultum pro alia die non obtentum fuerit.

(Haec omnia per S. Poenitent. 15 nov. 1918. Cfr. *Acta Ap. Sedis,* 1919, p. 20).

Y. - Facultas (dummodo, ut supra, ad sacramentales confessiones audiendas adscriptus sit adprobatus) benedicendi coronas Septem Dolorum B. M. Y. cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum, quas Summi Pontifices eiusmodi coronis impertio sunt.

VI. - Facultas, ut supra, benedicendi ac imponendi, sub unica formula, scapularia, quae ut Sodales Piae Unionis imponendi facultate gaudent. (Ex Audientia SSmi Emo Praefecto S. Congr. de Prop. Fide concessa die 20 martii 1919. Cfr. *Acta Ap. Sedis,* 1919, p. 179).

VII. - Facultas imponendi scapularia de quibus supra, absque inscriptionis onere in album Confraternitatis (Ex Audientia SSmi Emo Praefecto S. O. de Prop. Fide concessa die 4 martii 1920).

VIII. - Facultas pro omnibus adscriptis anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen ofiicium diei iam persolverint (Ex Audientia Ssmi Emo Praefecto S. C. de Prop. Fide concessa die, 1 decembris 1921. Cfr. *Acta Ap. Sedis,.* 1921, p. 565).

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i • . .

, NEAPOLITANA, SEU BISUNTINA ,

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI SORORIS IOANNAE ANTIDAE THOURET, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Apud omnes in confesso est, totum verae sanctitatis meritum, solidamque eiusdem laudem in sedulo, constanti et eximio virtutum omnium exercitio consistere; nihilominus solet Deus sanctimoniae decus externis

signis luculentius manifestum facere, quibus permoti homines in eorum venerationem rapiuntur, qui aeterna iam beatitate potiti censeri debent. « *Sicut humana consuetudo,* inquit S. Augustinus, *verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur* » (Epist. XLIX, quaest. 6). Quod homines verborum delectu ampliorique eloquentiae specie efficere student, id praestat Deus omnipotens operibus miris, ut altius insideant mentibus voluntatis suae placita. Nullum aliud splendidius argumentum nobis praesto esse potest, ex quo de statu eorum, qui vita functi sunt, recte iudicemus. Distinguitur enim nota divinitatis miraculum, qua falli nemo unus queat.

Hoc divinae auctoritatis testimonio praeclare comprobatur etiam insignis sanctitudo Ven. Servae Dei Ioannae Antidae Thouret, cuius virtutes agnitae et declaratae sunt eminentes et heroicae decreto solemniter lato Septimo idus iulias anni millesimi nongentesimi vicesimi secundi.

Primum et alterum ex tribus miraculis ad dignoscendum propositis eiusdem Famulae Dei deprecationi tributis, duae expertae sunt feminae Instituto a Caritate adscriptae, cuius ipsa Famula Dei mater legifera exstitit. Philumena Pantanella nondum trilustris inter tyrunculas excepta est, maxime cupida ut inter Sorores a Caritate cooptaretur post legitimum probationis tempus. Quo haud exacto, morbo tentari coepit in laevo inguine prope femur, gravibusque doloribus obnoxia fuit. A medico explorata, tumore inventa est affecta, qui nulli cessit medelae, suamque mälignam indolem in dies patefecit. In Neapolitanum nosocomium, quod *Incurabilium* nuncupatur, missa, infaustam ex medentium ore prognosim accipit, a quibus osteo-sarcomatis diagnosis confecta est. Nulla medicorum iudicio revalescendi spes supererai, quippe ne chirurgica quidem incisio opportuna ab iisdem habita est. Itaque, dum res desperata censebatur, aegra, Ven. Ioannae Antidae imagine accepta, morbi sedi eam admovet, atque supplicationes ad ipsius conciliandam sibi opem instituit. Neque incassum. Altera namque nocte visa est sibi ignota manu tumorem ter adeo vehementer comprimi, ut acerbiores inter cruciatus clamitare cogeretur, sese monialis manu, monialis nempe, cuius effigiem tumori applicuerat, nimis torqueri. Mox tumorem penitus evanuisse comperit, et quodlibet morbi vestigium sublatum, testante etiam medico a curatione, post accuratam inspectionem, ipsam perfectae sanitari per miraculum fuisse restitutam. Eadem opinio fuit omnium religiosarum Sororum aUorumque, quibus morbosum genus, quo ea conflictata fuit, compertum erat, et curationis ratio innotuerat.

Alterum profuit miraculum Soròri Nazarenae Eossetti, quae ab epiteliomate mamillari liberata fuit, tertio in eadem regione enato, ubi duo alii chirurgi ferro iam fuerant abscissi. Primus, qui avulsus fuit tumor,

bisectus malignae indolis medicorum iudicio declaratus est; eadem de altero lata est sententia eademque adhibita cura. Postremus quoque eodem modo eurandus erat, suadentibus medicis; at aegra Soror, Antistitae suae hortationem secuta, maluit se committere Venerabilis Matris suae caelesti patrocinio, quam chirurgi ferrum iterum experiri. Preces itaque ingeminat, et reliquias ex Venerabilis sepulcro susceptas tumidae parti corporis sui applicuit. Nonnullos post dies nullum amplius deprehendit noxii tumoris signum, eiusque properam et perfectam depulsionem naturae viribus perfici nequivisse umquam, medici et chirurgi concordi sententia edixerunt.

Tertium miraculum contigit in puella Assumpta Giordano, quae in laevo brachio circa cubitum doloribus acerbissimis cruciabatur. Remedia plura sunt adhibita, inter quae chirurgica incisio, nullo tamen absque emolumento. Ipsam vero laborare periostite tuberculari, cui frigidus eiusdem naturae abscessus accesserat, medentium decretoria sententia fuit. At quod humanis praesidiis sanari nequibat, exorata Ven. Ioanna Antida Thouret feliciter impetratum fuit, perfectamque sanitatem aegra puella consequuta est, laetantibus omnibus ob tam miram, quae in ea contigit, mutationem.

De singulis hisce eventibus, diligenti inquisitione ex Apostolica auctoritate confecta, triplex inita est iudicialis actio; primum in Antepraeparatorio Conventu, deinde in Praeparatorio, ac tertio in generali die decimatertia vertentis mensis et anni coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacto. Quo in coetu a Reverendissimo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, causae Ponente, propositum est Dubium: « *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur f* ». Beatissimus Pater, suffragationes Reverendissimorum Cardinalium et Patrum Consultorum laeto animo excepit, mentem tamen suam de more pandere distulit, ratus in re tam gravi abundantiorem divini luminis splendorem diuturnis precibus esse implorandum.

Adhibitis autem precibus, hodiernam laetissimum diem designavit, quae solemnibus in honorem Patriarchae S. Ioseph, universae Ecclesiae Patroni, est dicata. Itaque rei divinae religiosissime operatus, ad Vaticanas aedes acciri mandavit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem causaeque Relatorem, una insimul cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis. Quibus adstantibus, solemniter pronuntiavit: « *Constare de tribus miraculis;* scilicet de primo: *Instantaneae perfectaeque sanationis Philumenae Pantanella a sar-*

cornate in sinistro inguine; de altero: *Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Nazarenae Rossetti ab epiteliomate mamillari;* deque tertio: *Instantaneae perfectaeque sanationis puellae Assumptae Giordano a tuberculosi ossea cubiti sinistri, atque a sinu fistuloso, quem abscessus frigidus ossifluens produxerat».*

Praesens Decretum evulgari, et in sacrae Rituum Congregationis acta recenseri iussit, decimo primo calendas maias anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

©'•A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ***rB*** S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

II

NEAPOLITANA **SEU** BISUNTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS IOANNAE ANTIDAE THOURET, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et trium miraculorum approbatione, nec non dispensatione a quarto miraculo, tuto procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servae Dei Beatificationem?

Optimam sane partem selegit Venerabilis Famula Dei Ioanna Antida Thouret, quum beneficentissimum Vincentii a Paulo sodahtium amplexa est, atque omnibus, quae sanctus Conditor filiabus suis obeunda commendavit, pietatis et caritatis operibus totam se mancipavit. Laudabiliter Parisiis exacto inter Puellas a Caritate tyrocinio, statim inter aegros versari omnique ope eos solari coepit. Gallica furente subversione, e religiosa domo egredi coacta, ubi primum ipsi ficuit, Vesontionem se recepit, sibique nonnullis adolescentulis adscitis, novae familiae prima fundamenta posuit, quam puellis erudiendis et aegris curandis omnino addictam voluit, sub patrocinio ac tutela S. Vincentii, quamque Sororum a Caritate nuncupavit. Quam large et copiose benedictiones suas super hanc sodalitatem Deus effuderit, itemque quam sedulam operam illi amplificandae Ven. Ioanna Antida Thouret impenderit, ex ipsius progressibus novisque domibus, tum in Gallia tum in Italia, ac deinceps in remotis etiam aliis regionibus

conditis, praeclare percipitur. Divino confisa praesidio, inter rerum omnium inopiam atque omnigenas contradictiones quae undique excitabantur, opus suum constanter est prosequuta, puellarum et aegrorum necessitatibus prospicere heroica caritate studuit, omniumque miserorum ealami? tatibus opem ferre nunquam destitit. Neapolitana in urbe, ubi veluti principem sui Instituti domum collocaverat, laboribus et aerumnis confecta occubuit aetatis suae anno sexagesimo primo, de humana societate et de religione egregie merita, floridissimam relinquens sodalitatem, quam materno affectu foverat quamque ubique terrarum diffusam, quasi munus caelitus datum in afflictorum solatium, suspicimus et grato animo mirabundi prosequimur.

Tantae mulieris memoria nunquam excidet, sed digna cuique videbitur in aevum, ut gloriae nobilissimae praemium habeat a Deo nedum in aeterna beatitatis sede, verum etiam in terris, ubi eius virtutes, tamquam eximiae et heroicae agnitae, imitationi sunt propositae Apostolicae Sedis placito, eiusdemque Ioannae Antidae suffragio et intercessione tria prodigia a Deo patrata esse novissime declaratum est.

Erat autem ob causae indolem, quae haud sufficienti directa probatione instructa est, quartum addendum probandumque miraculum, ut integra servaretur huius sacri fori disciplina; verum Sanctissimus Dominus noster, Decessorum suorum exempla secutus, quum agatur de benemerentissima fundatrice amplissimi Istituti, quarti miraculi onus benigne remittere nuperrime dignatus est.

Unum itaque expendendum supererai, utrum Beatorum Caelitum honores eidem Venerabili Famulae Deo *tuto* decerni possent. Quod actum fuit in coetu universo Sacrae Bituum Congregationis, habito coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, die vicesima septima superioris mensis aprilis, in quo Eeverendissimus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, causae Eelator, dubium proposuit: *An, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem Venerabilis Servae Dei Ioannae Antidae Thouret Beatificationem?* Quamvis Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores, quotquot convenerant, concordi suffragatione id *tuto* fieri posse respondissent; nihilominus Beatissimus Pater férvidas praemittendas esse preces censuit, antequam decretoriam sententiam ederet. Quam hodierna die, Dominica IV post Pascha, proferendam constituit; quare accersiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae sacraeque Rituum Congregationi Praefectum, atque Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem causaeque Relatorem, necnon R. P. Carolum Salotti, **S.** Eidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum secretarium, et

Pontifìcio solio assidens solemniter edixit: *tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Ioannae Antidae Thouret Beatificationem.*

Hoc autem decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in f orma Brevis de solemni Beatificationis ritu, ubi primum licuerit, in Patriarchali Basilica Vaticana celebrando, expediri mandavit, sexto nonas maias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£B'A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

E. **£8** S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

III

BRIXIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI BARTHOLOMAEAE CAPITANIO, FUNDATRICIS PRIMARIAE INSTITUTI SORORUM A CARITATE IN OPPIDO LUERE BRIXIENSIS DIOECESIS.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Vicesimum sextum aetatis annum non ita pridem expleverat venerabilis Dei Famula Bartholomaea Capitanio, quum lento morbo absumpta ad caelestia regna migravit. Brevis quidem fuit eius vitae cursus; iure tamen asseri potest, ipsam in brevi consummatam explevisse tempora multa. Etenim a pueritia sanctitatis metam contigere statuit, moresque suos ad.Aloisii Gonzaga, quem sibi in patronum elegit, exemplar componere studuit, meruitque ab Apostolica Sede veluti « flos angelica puritate flagrans» praedicari, quum anno millesimo nongentesimo secundo ipsam in virtutum exercitatione ad fastigium pervenisse declaratum est. Praecipuum vero opus, ex quo Venerabili Servae Dei singularis parta est laus, eiusque nomen celebritatem non modicam adeptum est, christiana puellarum institutio fuit, cui se totam ex animo devovit. Publice docendi iure legitime sibi comparato, saeculari habitu induta scholas agere in natali oppido suscepit, munusque adeo grave alacriter et assidue obivit, magno cum pietatis incremento, iecitque prima beneficentissimi Instituti fundamenta, quod Sororum a Caritate nuncupatum voluit, quodque in frugiferam arborem cito excrevit, suosque ramos ad finitimos etiam pagos et oppida mirifice extendit.

Neque hoc unum opus laborum palaestra exstitit, in quibus Venerabilis Serva Dei vitam suam iugiter exercuit; sed alia plura pietatis et caritatis opera in deliciis habuit, quae ita recensentur in decreto de heroicis eiusdem virtutibus lato: « Diversari in hospitiis aegrotis curandis, hi ubi essent « etiam privatis in locis obscurisque eo ipsa advolare, vicatim adire domos «ut stipe corrogata indigentibus opem ferret, frangere esurienti panem « suum: vinculis detentos invisere, aegros consolari, Aere cum flentibus, « afflictos erigere, adesse horae supremae decedentium e vita, haud imme- « mor certae sententiae: *melius est ire in domum luctus quam in domum con- « vivii* » (Eccl. VII, 3). Quam Deo gratum fuerit sublime hoc sanctitatis exemplar, miracula prodiderunt insignia, quae post Venerabilis Bartholomaeae obitum operari ipse dignatus est. E quibus duo dumtaxat ad cognoscendum exhibita sunt, quum plura non requirat causae indoles, directis probationibus copiose instructae.

Horum primum retulit anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo Soror Sanctina Rizzi, variis ab iuventute tentata morbis, quibus expel- • lendis nulla curatio par inventa fuit. Immo, labente tempore, morbifera vis eius uterum pervasit, in eoque tumorem genuit, qui volumen non modicum est adeptus, ferro minime exstirpandum ob deteriora quae, medentium iudicio, metuenda erant mala. Ingravescentis tumoris moles eiusque sedes de aegrae sanatione desperandum esse suadebant. Morbosa vero symptomata alia eiusdem conditionem miserrimam effecerunt, mortemque quasi proximam enunciabant, hoc ipsum medicis sentientibus et declarantibus. Supremae Instituti Antistitae consilium secuta, Venerabilis matris suae Bartholomaeae Capitanio conciliare sibi patrocinium precibus studuit. Preces diuturnae fuere et constantes, quin morbus de sua gravitate quidpiam remitieret. Extemplo autem aegra, quasi interna vi compulsa, e lecto descendit, seque integre sanam déprehendit. Obstupuere sodales eius: medici vero fassi sunt, subitam adeo et perfectam illius foedissimi morbi depulsionem fieri non potuisse per naturae vires, neque per salutaris artis praesidia.

Eamdem sortem, eodemque anno, nacta est Soror Maria Donadelli, teterrimo morbo affecta, qui, vel imperitis compertum est, quam curatu difficilis ac fere impossibilis sit. In eius enim exscreatibus baculi inventi sunt qui Kochiani ab ipsorum detectoris nomine nuncupari solent, quique morbi naturam et malitiam satis indicabant: aegritudinis autem progressiones omnem praecisam esse valetudinis spem aperte significarunt. Aegrota soror fatalem exitum persentiens Sacramentis muniri petiit, recedentibus a curatione medicis, qui operam suam prorsus inanem censuere. Sed quam homines, morbi indolem vincendi impotes, fato suo relinquebant,

eam caelestis sospitatrix invocata sanandam suscepit. Iussa enim aegra soror ab Antistita sua. ut Venerabilis fundatricis Bartholomaeae auxilium imploraret, ei morem gerens novendiales preces pluries continuo instaurat. Morbosa syndromes in gravitate sua tota perstabat, quum quodam mane, post sacrum Christi corpus in viatici forma receptum, morientium oleum mox erat susceptura, lectum in quo iacebat bis concuti sensit. Occulta vi permota e lecto prosiliit, atque cubiculum percurrens se omnino fore sanatam clamitare coepit, mirantibus omnibus. Quo magis liqueret sanationem veram esse ac perfectam, adhibitus est medicus, qui opportunis experimentis rei veritatem confirmavit, idque insigni Dei omnipotentis prodigio esse tribuendum etiam periti iurati edixerunt.

Triplici de more disceptatione de horumce duorum miraculorum veritate inquisitum est: primum in Antepraeparatorio sacrorum rituum conventu; deinde in Praeparatorio, ac demum in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacto die vicesima superioris mensis aprilis ; in quo Reverendissimus Cardinalis Caietanus Bisleti, causae Ponens, dubium proposuit: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores expedite sententiam suam protulere. Sed Beatissimus Pater, quamvis animi sui laetitiam haud obscure significavit, decretorium iudicium in alium diem remisit, post effusas preces designandum, quibus caelestis luminis copia a Patre luminum imploraretur.

Quum autem mentem suam declarare statuisset, hodiernam diem, Dominicam IV post Pascha, selegit. Divinis itaque piissime operatus, ad se acciri mandavit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti causae Relatorem, itemque R. P. Carolum Salotti, S. Eidei Promotorem generalem, meque infrascriptum a secretis, eisque adstantibus, solemniter decrevit: *Constare de utroque miraculo;* de primo nempe: « *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Sanctinae Rizzi ab inveterato fibromiomate uteri, gravissimis stipato symptomatibus* », deque altero: « *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Mariae JDonadelli a chronica tubereulosi ad extremum gradum deducta* ».

Praesens decretum promulgari et in acta sacrae rituum Congregationis recenseri iussit, sexto nonas maias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ***ÍB*** S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

IT

DAMASCENA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI P. EMMANUELIS RUIZ ET SEPTEM SOCIORUM ORDINIS FRATRUM MINORUM, IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTEREMPT ORUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii praelatorum Venerabilium Servorum Dei, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur f

« Dignum et congruum est, ut post laetitiam Paschae, quam in Ecclesia celebravimus, gaudia nostra cum sanctis martyribus conferamus; et iis annuntiemus Dominicae resurrectionis gloriam, qui consortes sunt Dominicae passionis » (S. Ambr., sermo 22). Praeclara haec S. Ambrosii, Ecclesiae Doctoris verba prosperum huius causae exitum maxime commendant, ut sacer Fratrum Minorum Ordo, de religiosa humanaque societate optime meritus, perdurante paschalium gaudiorum tempore, novam laetitiam novamque gloriam percipere valeat ex altarium honoribus octo sodalibus suis decernendis, qui in Damasceno coenobio, Custodiae Terrae Sanctae spirituali foedere adiuncto, a barbaris Turcarum cohortibus, sacrum illud asylum invadentibus, ut pios hospites vel a christiana professione abducerent, vel invitos périmèrent, percussi et mactati sunt. Quemadmodum universus franciscalis Ordo ob tam immane excidium ingemuit amare, ita aequum ac iustum est, ut de gloria exsultet, quam sibi accedere sentit a Beatorum Caelitum honoribus, qui praefatis filiis suis, tamquam fidei adsertoribus, in Ecclesia sunt tribuendi. Idque eo magis gratum magisque acceptum eidem esse debet, quo propior est faustissimus eventus qui laetitiam et gloriam cumulabit, quas inclitus franciscalis Ordo suis fastis iure adiunget ob saecularia solemnia in honorem Patris et Patriarchae Francisci a populo christiano ubique terrarum celebranda.

Primus qui percussus ab hostibus occubuit, coenobii praeses fuit P, Emmanuel Euiz, qui vix eorum impetum animadvertit, in sacram aedem descendit, ut divinas species consummaret, ne certae profanationi eas relinqueret. Mox interemptüs fuit, precibus se Deo commendari. Alter mortem oppetiit Pater Carmelus Motta, qui ad Turcarum transire castra renuens, clava caesus vitam amisit. Tertius pro Christo sanguinem suum fudit Pater Petrus Soler, qui gladio confessus fuit, quum tentatus declaravisset in christiana fide se iugiter esse permansurum. Eamdem constantiam praebuit P. Nicolaus Alberca, qui ballista ignivoma interfectas est,

quum Christi fidem se nunquam derelicturum professus foret. Item P. Engelbertus Kolland, ad apostasiam incitatus, hoc facinus se nunquam facturum quum declarasset, bipenne septus est. Etiam P. Ascanius Nicanor parem martyrii sortem cum sociis suis nactus est, paratus quum esset ad catholicam fidem sanguine suo profitendam. Neque minorem animi fortitudinem exhibuerunt duo fratres laici Franciscus Pinazzo et Ioannes Iacobus Fernandez, qui dum e sacra turri, quo confugerant, deiecti sunt, preces fundebant manusque ad caelum supplices levabant.

Ordinariis et Apostolicis inquisitionibus conditis, iisque rite expensis legitimisque declaratis, de praefatorum venerabilium Servorum Dei martyrio inita est disceptatio in Antepraeparatorio coetu, coacto penes Reverendissimum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatorem, die decima octava mensis augusti, anno superiore millesimo nongentesimo vicesimo quinto; deinde in Praeparatorio Conventu in Vaticana Congregationum aula coadunato die decima nona mensis ianuarii vertentis anni; ac demum in generalibus sacrae Rituum Congregationis comitiis, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI habitis die vicesima septima superioris mensis aprilis; in quibus Reverendissimus memoratus causae Relator ad discutiendum dubium proposuit: *An constet de martyrio et causa martyrii, nec non de signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur.* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suam ex ordine sententiam dixere; quas intento animo prosecutus est Beatissimus Pater, iudicium suum in alium diem remittens, ut interim in tanta re decernenda maiora a Patre luminum auxilia impetrarentur.

Quum vero dominicam hanc IV post Pascha designasset, ad se accitis Reverendissimis Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuense et S. Rufinae, sacraeque rituum Congregationi Praefecto, atque Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi, causae Relatore, itemque R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis, divina Hostia pie oblata, nobiliorem hanc Vaticanam aulam est ingressus ac Pontificio solio assidens solemniter edixit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii praelatorum octo Venerabilium Dei Servorum ut ad ulteriora procedi possit.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis recenseri mandavit, sexto nonas maias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£ß. A,- **CARD. VIGO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. SB S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

MARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 27 aprile 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Eminentissimi e Eeverendissimi Signori Cardinali, i Eev.mi Prelati ed i Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne Beatificazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice delle Suore della Carità: e quindi sopra il dubbio del martirio e della causa del martino, dei segni o miracoli dei VV. Servi di Dio Emanuele Euiz e Compagni dell'Ordine dei Frati Minori, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

Martedì *é* maggio .1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Eevmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa <|el martirio e dei segni o prodigi del Servo di Dio Natale Pinot, Sacerdote secolare, Parroco, che si asserisce ucciso in odio alla Fede.

Martedì, 11 maggio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Serva di J)io Bartolomea Capitanio, Fondatrice Primaria dell'Istituto delle Suore della Carità in Lovere, Diocesi di Brescia; e quindi sul martirio dei Venerabili Servi di Dio Giacomo Sales, Sacerdote, e Guglielmo Sautemouche, Coadiutore, della Compagnia di Gesù, che si asseriscono uccisi in odio alla Fede.

Martedì, 18 maggio 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali con i Rmi Prelati Officiali e Consultori teologi che la compongono, hanno emesso il loro voto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione del Ven. Servo di Dio Emanuele Euiz e Compagni martiri, dell'Ordine dei Frati Minori, uccisi in odio alla Fede: e quindi sopra il dubbio del martirio e della causa del martirio, dei segni o miracoli del Servo di Dio Abba Ghebre Michele Sacerdote aggregato alla Congregazione della Missione, ucciso, come si asserisce in odio alla Fede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 maggio 1926. L'Emo Sig. Cardinale Giovanni Bonzano, *Membro della Satra Congregazione dei Riti.*

11 » » Il Revmo Monsig. Massimo Massimi, Decano della Sacra Romana Rota, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Uffizio.*

20 » » Il Revmo P. M. Marco Sales, O. P., Maestro dei Sacri Palazzi Apostolici, *Consultore della Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

8 aprile 1926. Monsig. Giuseppe Nobile, dell'arehidiocesi di Napoli.
23 » » Monsig. Matteo Rioja Rubio, della diocesi di Osma.
» » » Monsig. Francesco Berendt, della diocesi di Danzica.
» » » Monsig. Francesco J. Conaty, della diocesi di Los Angeles.
» » » Monsig. Giovanni J. Clifford, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giorgio Donahoe, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. Ludovico de Gruyter, del vicariato apostolico della Guyana Olandese.
28 y> » Monsig. Edoardo Bottolo, dell'arehidiocesi di Torino.
29 » » Monsig. José Nunes Carneiro, dell'arehidiocesi di Bahia.
3 maggio » Monsig. Gaspare Porzio, dell'arehidiocesi di Sorrento.
5 » » Monsig. Giovanni Jaschik, della diocesi di Breslavia.
» » » Monsig. Agostino Vogtel, della diocesi di Treviri.
14 » » Monsig. Edoardo di Gesù Yasquez, della diocesi di Cumaná,
» » » Monsig. Gesù Pellin, della diocesi di Coro.
» » » Monsig. Salvatore Montes de Oea, della diocesi di Barquisimeto.

14 maggio 1926. Monsig. Giovanni Michele Lares, della diocesi di Guayana.
20 » » Monsig. Junius Br. Micu, dell'archidiocesi di Alba Giulia e Fogaras.
» » » Monsig. Giovanni Bucur, della medesima archidiocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

28 aprile 1926. Il sig. Enrico Matteucci, della diocesi di Volterra.
21 maggio » Il sig. Guglielmo van Waterschoot van der Gracht, della diocesi di Amsterdam.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. S. :

28- aprile 1926. Monsig. Giovanni von den Driesch, dell'archid. di Colonia.
20 maggio » Monsig. Giovanni Buttò, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig. Stefano Cserenyey, della diocesi di Mtra.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

15 aprile 1926. Il sig. Isnardo Balderi, detta diocesi di Viterbo.
26 » » Il sig. dott. Vincenzo Pacifici, della diocesi di Tivoli.

Cappellano segreto d'onore di 8. 8.:

19 aprile 1926. Monsig. Gioacchino Pedicini, dell'archidiocesi di Benevento.

Cameriere d'onore extra urbem *di 8. S. :*

26 aprile 1926. Monsig. Giovanni Muradian, del Patriarcato armeno.

Cappellano d'onore extra urbem *di S. 8.:*

8 maggio 1926. Monsig. Pio Baldi, della diocesi di Trento.

Cappellano Segreto di S. 8. :

11 maggio 1926. Monsig. Riccardo Magnanensi (E^oma).

NECROLOGIO

16 aprile 1926. Monsig. Giovanni Battista Murphy, Vescovo di Porto-Luigi.
4 maggio » Monsig. Leopoldo Capitani, Pro-Eeggente della Cancelleria Apostolica.
6 » » Monsig. Federico Eis, Vescovo tit. di Bita.
7 » •» Monsig. Patrizio Delany, Arcivescovo di Hobart.
14 » » Monsig. Geremia Pascucci, Vescovo di Trivento.
26 » » Monsig. Einai do Camillo Bousset, Arcivescovo di Eeggio Calabria.

Annus XVIII - Vol. XVIII 1 Iulii 1926 Num, 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 21 iunii 1926, in Palatio Apostolico Vaticano habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur:

• I. — CAMERARIATUS SACRI COLLEGII

Victorius Amadeus Card. Ranuzzi de Bianchi detulit reddiditque perulam Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium SSmo Dno Nostro Papae, qui eam tradidit Donato Card. Sbarretti pro hoc anno eiusdem Sacri S. E. E. Cardinalium Collegii Camerario.

n. - ALLOCUTIO SSMI D. N. PII PP. XI

CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Antequam hodie sacrum Collegium vestrum suppleamus et de novorum cooptatione Episcoporum curemus, Orientalis Ecclesiae tale occurrit negotium, in quo interponenda auctoritas sit Apostolici muneris. Cum enim, ut nostis, venerabilis frater Demetrius Cadi, Patriarcha Antiochenus Graecorum Melchitarum, quinto ac vicesimo die mensis octobris, superiore anno, Damasci repente ex vita cessisset — quem quidem virum, virtutibus et recte factis insignem, sui omnes complorarunt et in superiore Consistorio Nosmet dolendo dilaudandoque commemora-

vimus ; — cum praeterea, paucis post illius obitum diebus, venerabilem fratrem Maximum Saigh, Archiepiscopum eiusdem ritus Tyrensem, delegissemus, qui vacantem Patriarchatum Vicarius Apostolicus regundum susciperet, mox ipsi commisimus, ut Synodum novo Patriarchae canonice eligendo rite induceret coetibusque auctoritate Nostra praeesset. Die septimo mensis decembris in monasterio Basiliano Sancti Salvatoris, quod est in oppido Sarba, coepta haberi Synodus ; Episcopi eius ritus cum universi coivissent, postridie dixere Patriarcham venerabilem fratrem Cyrillum Mogabgad, Archiepiscopum Graecorum Melchitarum Mariannensem. Subinde Episcopi, qui suffragia tulerant, officiosissimas ad Nos dedere litteras, quibus, re enarrata, rogabant, electionem a se peractam ratam haberemus: quod ipsum Patriarcha novensilis per epistulam observantiae plenam, addita catholicae fidei professione, imploravit.

Totius cognitionem rei venerabilibus fratribus Cardinalibus e sacro Consilio Ecclesiae Orientalis negotiis praeposito, ut mos est, detulimus; iidemque, omnibus probe perpensis, Episcoporum illorum postulationi concedendum censuerunt. Etenim Patriarcha electus, ab inito ante annos septem ac viginti pastorali munere, studiose gregi praefuit suo; per montana archidioecesis loca ludos pueris iuvenibusque instituendis itemque sacella in communem pietatis usum e solo excitavit; qua vero est et ingenii praestantia et alacritate ac vigore animi, catholicae Ecclesiae adversarios, qui falsa sua opinionum commenta vulgo disseminarent, acriter oppugnavit. Cum is igitur de se Nobis ac nationi suae bonam spem afferat, eundem in Patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum confirmare eique Pallium de corpore beati Petri sumptum conferre statuimus.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, confirmamus ratamque habemus electionem seu postulationem a venerabilibus fratribus Episcopis Graeco-Melchitis factam de persona venerabilis fratris Cyrilli Mogabgad, eumque, a vinculo absolutum quo Ecclesiae Mariannensi Melchitarum adstrictus ad hunc diem tenebatur, praefici-

mus in Patriarcham Ecclesiae Antiochenae Graecorum Melchitarum, prout in decreto et schedulis Consistorialibus exprimetur: contrariis non obstantibus quibuslibet. In Nomine Patris © et Filii £g et Spiritus £ß Sancti. Amen.

Iam nunc, Venerabiles Fratres, cura et cogitatione ad amplissimum Ordinem vestrum conversa, sacrae honore Purpurae lectos viros duos augere volumus, qui, dedita Ecclesiae Curiaeque Romanae diligenti satis diu opera, ut bonorum laudem, sic Nostram sibi conciliavere voluntatem.

Hi sunt:

ALOYSIUS CAPOTOSTI, Episcopus tit. Thermensis, Adiutor a Secretis sacri Consilii de disciplina Sacramentorum;

CAROLUS PEROSI, Supremae S. Officii Congregationis Adsessor.

Quid vobis videtur?

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et publicamus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales

EX ORDINE PRESBYTERORUM

ALOYSIUM CAPOTOSTI;

EX ORDINE DIACONORUM

CAROLUM PEROSI.

Cum omnibus dispensationibus, derogationibus ac clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris £g et Filii £g et Spiritus £g Sancti. Amen.'

Sequitur, ut viduatis Ecclesiis consulamus.

m. - **OPTIO ECCLESIAE SUBURBICARIAE**

Michael Card. Lega, dimisso titulo Sancti Eustachii, optavit Ecclesiam suburbicariam Tusculanam, ac deinde Consistoriali aula egressus est.

IV. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater panditam optionem benigno favore prosequi intendens, *Ecclesiae Tusculanae* providit de praefato Michaele S. E. E. Presbytero Cardinali Lega, praeflciens eum in Episcopum et Pastorem.

Eoque in aulam iterum ingresso, qui suum locum petiit ultimum inter Cardinales ordinis episcopalis, Ssmus Ecclesiarum propositionem ita prosecutus est:

Titulari episcopali Ecclesiae Cusensi praefecit R. P. D. Ioannem Baptistam Penon, hactenus Episcopum Molinensem.

Cathedrali Ecclesiae Cuneensi, quam univit « in personam » cum Fossanensi, R. P. D. Quiricum Travaini Episcopum Fossanensem.

Cathedrali Ecclesiae Bichmondiensi, R. P. D. Andream Iacobum Brennan hactenus Episcopum Tapsitanum.

Cathedrali Ecclesiae Fluminensi, nuper erectae, R. P. D. Isidorum Sain, Abbatem Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis a primitiva observantia, hactenus eiusdem Ecclesiae Eluminensis Apostolicum Administratorem.

Cathedrali Ecclesiae Bosanensi, R. **B.** Philippum Mantini.

Cathedrali Ecclesiae Carnutensi, R. D. Rodulphum Octavium Harscouët, Anneciensis dioecesis Vicarium generalem.

Cathedrali Ecclesiae Sagiensi, R. D, Octavium Pasquet, Secretarium generalem Curiae Constantiensis.

Cathedrali Ecclesiae Derriensi, R. D. Bernardum O'Kane, parochum loci *Magherà in* dioecesi Derriensi.

Cathedrali Ecclesiae Pharensi, R. D. Michaelem Pusic, parochum S. Petri in *Br azza,* eiusdem dioecesis Pharensis.

Cathedrali Ecclesiae Lacus Salsi, R. D. Ioannem Mitty, parochum ecclesiae S. Lucae in civitate Neo-Eboracensi.

Cathedrali Ecclesiae Menevensi, R. D. Franciscum Vaughan, parochum loci *Barry* in archidioecesi Cardiffensi.

Denique ratas se habere dixit promotiones et electiones canonice factas in Synodo Episcoporum Maronitarum, nimirum:

— R. D. Eliae Scedid, Procuratoris in Urbe Patriarchae Maronitarum, ad Ecclesiam titularem archiepiscopalem *Cyrrhensem Maronitarum,* deputati in Yicarium Patriarchalem Botryensem Maronitarum;

— R. D. Eliae Riscia, Officialis Curiae Patriarchalis Maronitarum, ad Ecclesiam titularem archiepiscopalem *Nazarenam Maronitarum.*

Insuper alios per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renuntiatus sacrorum Antistites publicavit

ARCHIEPISCOPOS:

Hierapolitanum in Phrygia, Ludovicum Couppé, iam Episcopum Leriensem.

Sebastensem, Georgium Iosephum Caruana, iam Episcopum S. Ioannis Portoricensis, Delegatum Apostolicum in insulis Antillis et in Republica Mexicana.

Ratiarensem, Gustavum Carolum Mutel, iam Episcopum Mopsuestianum.

Mariamitanum, titulo pro hac vice evecto, Dionysium O'Connell, iam Episcopum Richmondiensem.

Irenopolitanum in Isauria, titulo pro hac vice evecto, Eduardum Mooney, Delegatum Apostolicum in Indiis Orientalibus.

Aeniensem, titulo pro hac vice evecto, Petrum Mankowski, iam Episcopum Camenecensem.

Philippopolitanum, Ioannem Petrum Rey, iam Archiepiscopum Tokiensem.

Meehliniensem, Iosephum Ernestum Van Roey.

Scythopolitanum, Franciscum Karevicz, iam Episcopum Samogitiensem.

Sardicensem, Iosephum Fietta, Internuntium Apostolicum in America Centrali.

Kaunensem, sede nuper evecta ad metropolitanam, Iosephum Skvireckas, iam Episcopum Ceramensem.

Oregonopolitanum, Eduardum Howard, iam Episcopum Isauriensem.

Mutinensem, Abbatem Nonantulanum, Iosephum Antonium Ferdinandum Bussolari.

Milevitanum, titulo pro hac vice evecto, Acacium Chacón, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Antonii Eaymundi de Silva, Archiepiscopi Emeritensis in Indiis.

EPISCOPOS:

Acalyssensem, Aloisium Tardy, Vicarium Apostolicum Gabonensem.

Centuriensem, Iosephum Perrachon, Vicarium Apostohcum de Kenya.

Gedanensem, nuper erecta dioecesi, Eduardum O'Rourke, iam Episcopum Pergamensem.

Syenensem, Norbertum Klein, iam Episcopum Brunensem.

Arehelaidensem, Arcturum Jara, Vicarium Apostolicum Magellanensem.

Daniensem, Gregorium Lakota, Auxiliarem E. P. D. Iosaphat Iosephi Kocylowskyj, Episcopi Premisliensis Latinorum.

Meíhonensem, Salvatorem Meo.

Baroaeensem, Alfridum Odilon Comtois, Auxiliarem R. P. D. Francisci Xaverii Cloutier, Episcopi Trifluvianensis.

Lundensem, Ioannem Norton, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Michaelis 0'Farrell, Episcopi Bathurstensis.

Saliensem, Richardum Ryan, iam Episcopum Geraldtonensem.

Saneti Claudii, Rambertum Faure.

Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Caroli Gibier, *Episcopi Versaliensis,* Beniaminum Roland-Gosselin, Episcopum titularem Mosynopolitanum.

Echinensem, Franciscum Iosephum Seminara, iam Episcopum Candiensem.

Lerensem, Henricum Valtorta, Vicarium Apostohcum de Hong-Kong.

Mylasensem, Franciscum Mariam Kelly, Auxiliarem R. P. D. Patritii Richardi Heffron, Episcopi Winonensis.

Ancusensen, Iosephum Guadalupe Ortiz y Lopez, iam Episcopum de Chilapa, Auxiliarem E. P. D. Ioannis Herrera y Pyfia, Archiepiscopi Montereyensis.

Quinquecclesiarum, Franciscum Virág.

Nicensem, Ludovicum Eicard, iam Episcopum Marcianensem.

Bossensem, Iacobum Roche.

Telsensem et Br aetatum nullius Klaivêdensem, nuper erectis dioecesi et praelatura, Iustinum Staugaitis.

Panevézensem, nuper erecta dioecesi, Casimirum Paltarokas.

Vilkamslcensem, nuper erecta dioecesi, Antonium KaraS.

Kaisedorensem, nuper erecta dioecesi, Iosephum Kukta.

Tidditanum, Miecislaum Reinys, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Antonii KaraS, Episcopi Vilkaviskensis.

Trallianum, Eugenium Crépin, Auxiliarem Ernesti S. R. E. Card. Dubois, Archiepiscopi Parisiensis.

Coricensem, Franciscum Salis-Seewis, Auxiliarem R. P. D. Antonii Bauer, Archiepiscopi Zagabriensis.

Ceramensem, Ioannem Hillebrand, Auxiliarem R. P .r D. Gasparis Klein, Episcopi Paderbornensis.

Comensem, Adulphum Pagani.

Tarquiniensem et Centumcellarum, Aemilium Cottafávi.

Zaraitanum, Henricum Dubuc, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Agathi Philippi Alvarado, Episcopi de Barquisimeto.
iis .

Aquensem, Laurentium Del Ponte, iam Episcopum Oropensem.

Fussalensem, Theodorum Labrador, Vicarium Apostolicum de Püning.

Mopsuestianum, Iosephum Gotthard, Vicarium Apostolicum de Windhoek.

Peracta Ecclesiarum provisione, Beatissimus Pater primum recepit iuramentum praestitum a Card. Michaele Lega: deinde postulationem pro Pallio Patriarchalis Ecclesiae Antiochenae Maronitarum benigne admisit.

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die 24 iunii 1926, in Aula supra Porticum Basilicae Vaticanae, fuit Consistorium Publicum in quo Beatissimus Pater rubrum Pontificalem Galerum solemniter imposuit Cardinali

BONAVENTURAE CERRETTI

a Se creato in Consistorio secreto diei 14 decembris 1925, ac etiam Cardinalibus

ALOYSIO CAPOTOSTI,

CAROLO PEROSI,

creatis et publicatis in Consistorio secreto superioris feriae secundae.

Interea per advocatum Sacri Consistorii Albertum Guidi, pro tertia et ultima vice peroratio fiebat Causae ven. Servi Dei Marci ab Aviano, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

III

I. - PROVISIO ECCLESIARUM

Publico Consistorio peracto, habitum est in consueta Aula Palatii Apostolici *Consistorium secretum,* in quo postquam Beatissimus Pater os supradictis novis Cardinalibus, ut de more, clausisset, sequentes proposuit Ecclesias, videlicet:

Metropolitanae Ecclesiae Gnesnensi et Posnaniensi, sedibus invicem perpetuo unitis, praefecit R. P. D. Augustum Hlond, hactenus Episcopum Katovicenseni.

Metropolitanae Ecclesiae Vikiensi, E. P.D. Romualdum Jalbrzykowski, hactenus Episcopum Lomzensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Corinthiensi, E. P. D. Ludovicum Petit, hactenus Archiepiscopum Atheniensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Seleuciensi in Syria, E. P. D. Fernandum Cento, hactenus Episcopum Jaciensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Limisensi, titulo pro hac vice evecto, E. P. D. Franciscum Maffei, hactenus Episcopum Laquedoniensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pessinuntinae, R. P. D. Nicolaum Giannattasio, hactenus Episcopum Neritonensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Pergamensi, R. P. D. Eabium Berdini, hactenus Episcopum Caesenatensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Philadelphiensi, R. P. D. Aloysium Mazzini, hactenus Episcopum Anagninum, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Iosephi Scatti, Episcopi Savonensis et Naulensis.

Cathedrali Ecclesiae Lomzensi, R. P. E. Stanislaum Lukomski, hactenus Episcopum titularem Siccensem.

Cathedrali Ecclesiae Katovicensi, R. D. Arcadium Lisiecki.

Titulari episcopali Ecclesiae Vagensi, R. D. Philippum Tchao, quem deputavit Vicarium Apostohcum de Suanhwafu, nuper erecto vicariatu.

Titulari episcopali Ecclesiae Esbonensi, R. D. Melchiorem Souen, Praefectum Apostolicum de Lihsien.

Titulari episcopali Ecclesiae Cotennensi R. P. Odoricum Tc'eng, Praefectum Apostolicum de Puchi.

II. - POSTULATIO PALLIORUM

Posthaec Beatissimus Pater os reseravit novis Cardinalibus, ac subinde postulationem sacri Pallii metropolitanarum Ecclesiarum *Mutinensis, Gnesnensis* et *Posnaniensis, Mechliniensis, Hobartensis* (per successionem), *Oregonopolitanae, Vilnensis, Kaunensis,* itemque, ex privilegio, cathedralium *Quinque Ecclesiarum, Barcinonensis* (per successionem) et *Carnutensis* benignissime admisit.

III. - ASSIGNATIO TITULORUM ET DIACONIAE

Denique novis Cardinalibus Ssmus Dnus Noster anulos digito imposuit et assignavit:

BONAVENTURAE CERRETTI, *Titulum Sanctae Caeciliae.*

ALOYSIO CAPOTOSTI, *Titulum Sancti Petri ad Vincula.*

CAROLO PEROSI, *Diaconiam Sancti EustachU.*

EPISTOLA APOSTOLICA

AD R. P. WLODIMTRTJM LEDÓCHOWSKI, PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU, ALTERO EXEUNTE SAECULO A DECRETIS ALOYSIO GONZAGAE SANCTORUM CAELITUM HONORIBUS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. —- Singulare illud est in divini Magistri vita, quod iuvenes ab eo praecipua quadam caritate diriguntur. Innocentes enim pueros ad se allicit atque attrahit [1] pestiferosque eorum corruptores cum corripit severitate verborum, tum gravissimis se poenis multaturum minatur ;[2] intemerato autem ádulescentulo, ad invitamenti praemiique modum, expletam perfectamque sanctitatis formam proponit. [3]

Hunc ipsum cum a suo Conditore spiritum Ecclesia, divinae heres legationis atque operae, hausisset, inde a christiani aevi primordiis se eodem iuvenum amore studioque incensam ostendit ac praestitit. Itaque, causa infantiae suscepta, corporum coepit animorumque tueri incolumitatem; filios suos ut litterarum initiis altioribusque disciplinis imbueret, et ludos iis et athenaea aperire; Ordines ac religiosa sodalicia non tam probare quam provehere, eo nimirum consilio, ut, academiis, conlegiis, publicis scholis, consociationibus conditis, iuventuti rite instituendae consulerent. Cuius quidem curandae institutionis nativum inviolatumque sibi Ecclesia ius nullo non tempore vindicavit, utpote quae facere non posset, quin coram commissa sibi humani generis universitate doceret, unam se esse germanae de moribus doctrinae custodem, unam se certamque difficfilimae illius artis magistram, quae in ingeniis hominum christiane conformandis versaretur. Incredibile quidem est quam Nos in praesentia delectet, innumerabiles ubique iuvenes, eosdemque ex utroque sexu atque ex omni civitatis ordine, intentiore animorum motu, sacerdotibus suisque instare Pastoribus, cupidos cum se doctrina omnique christianae vitae cultu expoliendi, tum Ecclesiam iuvandi laboris sui auxilio in ea, quam persequitur, emendatione hominum ac salute. Eeputantibus autem Nobis, quam crebra iuvenum agmina, superiore piaculari anno, undique coram convenerint, ii sane redintegrantur voluptatis laetitiaeque fructus, quos tum cepimus cogitando, ex

[1] MARC, X, 13-16.

[2] MATTH., XVIII, 6.

[3] MARC, X, 21.

talibus per omnes nationes ordinatis iuventutis legionibus quam frequens pacatusque coaliturus aliquando foret exercitus, quo ad senescentem mundum Apostolica Sedes recreandum uteretur. Ac Nostro crescit in animo altiusque defigitur iuvenum caritas, cum multiplices exsecrandasque cernimus insidias, quae eorum fidei atque innocentiae struuntur: qua quidem in aspera universae spiritualis vitae dimicatione nimium saepe contingit, ut aetatis virtutisque nervi debilitentur et elidantur bene multorum, qui mirum quanto Ecclesiae civitatique usui esse potuerant.

Alterum igitur, quod postremo huius anni die complebitur saeculum ab delatis Aloysio Gonzagae sanctorum caelitum honoribus, ad spiritualem iuventutis profectum tam praeclaras videtur habere utilitates, ut ad füiolos Nostros, qui, qua late orbis terrarum protenditur, in spem regni Iesu Christi succrescunt, cogitationes et alloquium Nostrum perlibenter, cum te, dilecte fili, alloquimur, convertamus. Etenim, quo debent iuvenes patrono caelesti, in suae discriminibus periculisque vitae, valido uti ac potenti, eum praeterea sequantur oportet, singulare prorsus virtutum omnium exemplum: cuius vitam si quidem penitus introspiciant, iam plane noverint, qui sit ad perfectionem christianam aditus, quae accommodatiores ad eius adeptionem adhibendae artes, quamque suaves pretiososque, vestigiis Aloysii insistendo, virtutum fructus percepturi sint. Iamvero, Aloysium in se atque in suo collocatum lumine si contemplentur, omnino sane alium, quam quem Ecclesiae adversam fallaciter fabricati sunt vel scriptores minus prudentes finxere: nonne eum, vel in tanta recentius Ecclesiae parta sanctitatis laude, singulare iuvenilium virtutum exemplum habeant? Etenim si quis annales percurrat nostros, facile comprobant, adulescentes hominesque, quos Dei Spiritus post Gonzagae obitum ad hunc diem excitavit vitae innocentia mirabiliores, magnam partem, ad eius disciplinam animos suos conformasse. In quibus, ne multi simus, commemorare tantummodo placet Ioannem Berehmans, qui, cumin Conlegio Eomano degeret, nihil sibi aliud proposuerat, quam ut Aloysium in se referret; Nuntium Sulpritium, iuvenem illum operarium, qui Castellionensem imitari et a puero coepit et ad exitum usque perrexit; Contardum Eerrinium, qui, cum ab aequalibus alter Aloysius merito nuncuparetur, tum hunc ipsum, quo exemplo ac tutore castimoniae utebatur, piissime coluit: Bartholomaeam Capitanio, quae Gonzagam, cuius se in clientelam religiose contulisset, perfecte, vivens moriensque, reddidit, quaeque ab Aloysio, saeculari hoc anno, quasi ipsius gloriae particeps effecta ad beatorumque caelitum honores deducta videatur. Nec temere quispiam affirmet, Aloysium ad interiorem immutationem perfectionemque Gabrielis a Virgine Perdolente haud parum valuisse: qui, quamquam adulescens ani-

mum aliquanto leviorem remissioremque ostendit, Gonzagae tamen, quem iuventutis Patronum venerari didicerat, opem auxiliumque implorare non destitit. Atque ut e recentioribus puerilis iuvenilisque disciplinae auctoribus ac magistris unum afferamus, Ioannes Bosco non modo Aloysium amanter colebat, sed eiusmodi cultum, quem suboli suae veluti hereditate reliquit, commendare vehementer pusionibus ñs consueverat, quotquot sancte educendos excepisset: qua in Aloysii imitatione ex iis maxime omnium profecit candidissima illa anima, Dominicus Savio, quem Deus terris tam brevi permisit deditque conspiciendum.

Utique videri potest, non sine arcano divinae Providentiae consilio contigisse, ut immatura morte, vixdum efflorescens, tum eriperetur Aloysius .cum egregiae eius ingenii animique laudes, constans atque impigra voluntas, singularis ac paene divina rerum prudentia, cum religionis animarumque studio coniunctae, feracissimi apostolatus beneficia spondebant ac sperare iubebant. Nam placuit Deo, ut ab caelesti iuvene, quem communis aetatis nos amabilem imitabilemque ultro reddidisset, iuvenes perdiscerent, quodnam peculiare eius aetatis esset praecipuumque munus, scilicet ut se ad vitae agitationem, animo per christianas virtutes solide excolendo expoliendoque, pararent. Quo qui interiorum earum patrimonio virtutum, quae in Aloysio mirifice eluxerunt, destituti sint ac careant, non eos profecto ad vitae pericula ac certamina, non eos ad apostolatus coepta satis aptos armatosque fore existimabimus, sed, factos veluti ***aes sonans*** et ***cymbalum tinniens,***[1] aut nihil profuturos aut forte nocituros illi ipsi causae, quam agendam defendendamque susceperint, quemadmodum superioribus aetatibus haud semel evenisse in comperto est. Itaque nonne tempestive opportuneque in haec tempora incidunt saecularia eiusmodi Gonzagae sollemnia, quippe qui suae exemplo vitae iuvenibus, ad externa ingenio pròelivibus atque ad prosiliendum in vitae actionem promptissimis, suadeat, ut próximos et rem catholicam ne ante curent, quam se ipsi interiorum virtutum studio atque exercitatione perfecerint?

Atque illud in primis iuvenes Gonzaga docet, christianae institutionis summam in vivae fidei sensu tamquam fundamento consistere, qua homines fide, veluti ***lucerna lucente in caliginoso loco,***[2] illustrati, mortalis vitae naturam ac momentum penitus agnoscant. Itaque cum Aloysius decrevisset, vitam sibi non «ad temporales» sed «ad rationes aeternas» componendam esse — unde si quis discedat, iam vir spiritualis aut esse aut dici nequeat — eiusmodi rationes, e divina revelatione haustas, in

[1] *I Cor.* XIII, 1.

[2] II PETR., I, 19.

sanctorum Exercitiorum palaestra, in quam, vix e pueritia egressus et deinde in Societatem Iesu adscitus, identidem secessit, maxima cum animi utilitate ac voluptate, diu multumque volutare ac commentari assuevit. Iamvero omnino oportere censemus, ut in animis adulescentium nostrorum, Gonzaga duce, id altius insideat, hominum vitam non esse adeo deprimendam ut caducarum rerum cura ac fruitione dumtaxat contineatur, qua haud raro iuvenum ingenia sensusque abripiuntur, sed, contra, habendam nobis esse quasi quoddam curriculum, ubi, uni Christo servientes, ad sempiternam beatitatem nitamur. Atque rectam hanc vitae aestimationem habituri facile sunt adulescentes nostri, si quidem, caelestem imitati Patronum, interdum a rerum humanarum turbine procul secesserint ac per statos aliquot dies spiritualibus Exercitiis vacaverint, quae, ut ex diuturna experientia liquet, nata apta sunt ad molles docilesque iuvenum animos salutariter flrmiterque praeoccupandos.

Hac supernarum rerum luce collustratus, ut diximus, Aloysius, cum nihil intentatum relinquere statuisset ut vitam innocentissimam duceret, tam in incepto perseveravit constanter, ut, inde a primo rationis usu ad extremum usque spiritum, ab omni gravis peccati macula se immunem praestiterit: praecipueque ab pudicitiae flore tam diligenter omnem vel tenuissimam labeculam prohibuit, ut, cum ab aequalibus angeli nomine honestaretur —• quo ipso deinceps nomine eum christianus populus consalutare assuevit — tum Beato Eoberto Bellarmino, quo sanctus adulescens peritissimo usus est pietatis magistro, confirmatus in gratia videretur. Quam quidem perfectionem absolutionemque virtutis haud sane Aloysius idcirco attigit, quia, inaudito quodam Dei beneficio, iis exemptus esset interioribus externisque pugnis, quae in naturam ab originali iustitia collapsam sunt nobis, dolentibus quidem, saepius pugnandae. Quodsi, ob privilegium prorsus singulare, voluptatis libidinisque stimulis agitatus est nunquam, tamen, ut erat ad grandia comparatus, ab irae igniculis gloriolaeque titillationibus vacuus omnino non fuit: quas quidem naturae appetitiones invicta voluntate non tam coercuit, quam rationis imperio penitus atque omnino subegit. Cum autem nativam humanarum virium imbecillitatem non ignoraret, idemque virtuti in primis diffideret suae, divinae gratiae praesidium sibi comparare studuit, fusis interdiu noctuque et in multas horas productis ad Deum precibus, patrocinioque Deiparae Virginis, in cuius clientela primas facile tulit, apud divinam clementiam adhibito; maxime vero, quod in Eucharistia sanctissima totius vitae spiritualis fontem ac robur posita esse intellegeret, divinam mensam, quotiescumque per id temporis licebat, celebrare consueverat, ut recentiores perpetuo vires inde exprimeret atque hauriret. Vitae autem innocentiam morumque

castimoniam ut custodiret noster - neque enim a divinae gratiae dono seiungi industria hominis queat - ad piissimum Augusti Sacramenti et Deiparae cultum humanarum rerum fugam adiecit eamque sensuum castigationem, quam reliqui mortales, maximam partem, suspicere quidem possint, aequare non possint. Illud enim mirabile ac vix credibile dixeris, in tanta morum corruptela, Gonzagam animi candore cum caelestibus spiritibus certasse; in tanta voluptatum consectatione, adulescentem singulari abstinentia et vitae austeritate atque asperitate floruisse; in tali honorum cupiditate, adeo Aloysium illos contempsisse ac fastidivisse, ut et principatu, qui sibi hereditario iure obventurus erat, se perlibenter abdicarit et in eam religiosam familiam cooptari maluerit, in qua, iurisiurandi rehgione interposita, ad sacras dignitates intercluderetur aditus; in eo. denique immodico veteris romanorum graecorumque sapientiae cultu, tam assiduum Aloysii fuisse caelestium rerum studium atque usum, ut, praecipuo Dei munere, mirifica ipsius industria coniuncta, adeo tota mente cum Deo cohaereret, nullis ut alienis cogitationibus a rerum divinarum contemplatione avocaretur.

Haec quidem singularia, ipsisque consummatae virtutis hominibus inaccessa fere, sanctitatis culmina; res tamen documento adulescentibus nostris esto, quibus artibus quod est praestantissimum iuventutis decus atque ornamentum, morum scilicet innocentia et castimonia, servetur incolume. Qua in re non ignoramus, nonnullos iuvenilis disciplinae magistros, praesenti morum depravatione perterritos, qua tot adulescentes in exitium, incredibili cum animarum detrimento, praecipites aguntur, tam gravem ut perniciem iacturamque a civitate prohibeant, in nova aliqua institutionis educationisque via excogitanda totos esse. At vero hos probe intellegere velimus, nihil se commodi rei publicae allaturos, si artes illas eamque disciplinam neglexerint, quas, e christianae sapientiae fonte haustas diuturnoque saeculorum usu probatas, idem ille Aloysius in se expertus est efiicacissimas: fidem, inquimus, vivam, ülecebrarum fugam, animi temperationem et continentiam, actuosam in Deum Beatamque Virginem pietatem, vitam denique caelesti epulo quam creberrime refectam ac recreatam.

Quodsi intentis adulescentes animis Gonzagam tamquam absolutum castimoniae sanctitatisque exemplum suspexerint, ii profecto non modo libidinem cohibere condiscent, sed etiam funestum illum christianae institutionis scopulum vitabunt, in quem incidant oportet quotquot, commentis imbuti scientiae cuiusdam doctrinam Christi Ecclesiaeque detrectantis, immodico libertatis aestu, mentis arrogantia animique licentia conturban se sinunt. At contra Aloysius, licet se aviti principatus heredem fore sentiret,

quibus litterarum pietatisque usus est praeceptoribus, iis se ducendum ultro permittit; postmodum vero, Societatis Iesu alumnus, ea animi demissione moderatorum iussis consiliisque obtemperat, ut vel in minimis religiosae vitae officiis ne transversum quidem unguem ab instituto discederet: quae quidem agendi ratio quantum ab eorum iuvenum ratione abhorreat, qui, specie quadam boni decepti nulliusque patientes freni, seniorum monita detrectant, nemo est qui non videat. Quicumque igitur sub Christi signis militare cupiunt, pro certo habeant, se, disciplinae iugo a suis cervicibus deiecto, ignobiles, palmarum loco, clades accepturos, cum iuvenes sint ita comparati divinitus, ut in sua mentis animique cultura in suaque demum vita ad christianos spiritus componenda nihil proficiant, nisi alieno magisterio regantur. Quodsi magnam ad ceteras disciplinas, at maiorem profecto ad actionis atque apostolatus officia animi docilitatem afferant oportet: quae quidem officia, cum munus Ecclesiae a Christo mandatum attingant, sancte utiliterque expleri nequeant, nisi demissis erga eos animis, quos Spiritus Sanctus *posuit episcopos regere Ecclesiam Dei.*[1] Quemadmodum autem in paradiso terrestri, grandia atque incredibilia Satanás pollicitus, primos humani generis parentes, ab officio obedientiae abductos, ad rebellandum Deo impulit, sic, sub libertatis obtentu, hisce temporibus, iuvenes corrumpit ad interitumque inani inflatos superbia trahit, quorum, contra, germana dignitas in una legitimae auctoritati obtemperatione consistat. Iamvero Aloysius, quamvis, ob insignem prudentiae laudem apud populum suum commendatus, magnam futuri principatus exspectationem commovisset et religiosis postea sodalibus ad summum Ordinis magistratum aptissimus aliquando fore videretur, unus tamen se ipse despiciens, humillimo obsequio cum dignitate coniuncto iis omnibus parebat, quicumque sibi, Domini sui ac Regis aeterni vices gerendo, praeficiebantur;

Ex sanctissima interim eiusmodi vitae ratione, ad fidei lucem ac normam absolutissime exacta, praeclaros iueundissimosque fructus percepit Aloysius; naturae autem gratiaeque dona inter se mirum in modum congruentia talem effecere, ut perfectam adulescentis formam exprimeret. Etenim, ob ingenii praestantiam ac maturitatem iudicii, ob animi nobilitatem ac fortitudinem, ob comitatem et suavitatem morum, nonne perfectius quiddam praetulit atque exhibuit? Iuvenis sane innocentissimus, qui, a quavis animi perturbatione vacuus, in una veri ac recti contemplatione perspicientiaque perpetuo defixus erat, quam singulari esset intellegentia acieque mentis, apparet prorsus, cum ex confectis studiorum bónarumque artium summa cum laude curriculis, tum ex disputationibus de

[1] ***Act,*** XX, 28.

re philosophiea publicis unanimi cum assensione plausuque habitis, tum etiam ex scriptis — potissimumque ex epistulis — quae quidem scripta, etsi haud frequentia, pro adulescentis aetate, sapienti rerum cognitione ac consideratione commendantur. Quae autem in eo iudicii integritas subtilitasque eluceret, manifesto coUigitur ex difficillimis negotiis, quae, a patre sibi commissa, prudenter gessit expediitque feliciter, ex eoque haud minus arduo, quod, patre vita functo, cum Mantuae Duce dynastam fratrem suum, simultatibus odiisque restinctis, reconciliavit. Nobilitatem praeterea animi comitatemque morum prolixe cumulateque dilaudabant omnes, quotquot vel in consuetudine communis vitae vel in luce ipsa regiae domus cum eo versati sunt: dicimus cives ac famulos, principes dicimus aulicosque viros, ac potissimum Societatis moderatores ac sodales, quibus omnibus sui admirationem iniecerat. Verumtamen novimus, praecipua quadam ratione firmitatem animi constantiamque voluntatis in Aloysio enituisse; siquidem, inde a teneris unguiculis, parvulus ille Castellionensis principatus heres statuerat ac deliberaverat sanctitatem adipisci, quo in consilio animose fortiterque inito sic usque ad obitum perstitit, nihil ut unquam spirituales ascensiones, quae cum prima rationis luce congruissent, aut retardaret aut interciperet. Ecquod igitur aliud liceat opportunius aptiusque iuvenibus — iis potissimum qui studiis dant operam — proponere exemplum, quod pro aetate intueantur ac sedulo imitentur? Hi enim, praeterquam quod ad saniores solidioresque doctrinas excolere mentes animosque debent, praeterea et sapienti et tranquillo et aequabili iudicio valeant oportet, ut recte de hominibus deque eventis existiment ac sentiant, neque aut falsis rerum imaginibus aut impetu mollitieve animi aut vulgari opinione se transversos agi patiantur; ea denique opus est ut benignitate ac suavitate emineant, qua pacem in domestico convictu in hominumque societate tueantur ac provehant, et voluntatis firmitate et constantia, qua et se ipsi et proximos ad bonum regere queant.

- Nec vero defuit in Aloysio mira quaedam industria atque alacritas in ceterorum hominum utilitatem impensa, qua apostolatus ille continetur, in quem saepius aetatem ingeniumque adulescentium ferri videmus. Quamquam enim praecipuum Gonzagae assiduumque studium in ea positum erat caelestium rerum commentatione familiarique cum Deo consuetudine, quare ipsius vita dici recte poterat «abscondita cum Christo in Deo,[1] » attamen crebro ex eius animo iam tum erumpebant apostolici ardoris igniculi, qui futuri quodammodo incendii flammas portenderent. Quo in genere, vix e puero egressus, rectis exemplis piisque colloquiis com-

[1] *Ad Coloss.,* **III,** 3.

monere omnes quibuscum ageret, atque, occasione oblata, ad virtutem infiammare; cumque aetate aliquantum processisset, ad maiora exardescens, altissima quaeque ac diffìcillima pro aeterna animarum salute prospicere et apostolicas etiam ad haereticos vel ethnicos expeditiones cogitare. Civibus autem Romanis spectaculo fuit Aloysius, cum, Conlegii Romani alumnus, plateas, compita, vicos circumiret Urbis, ut christianae doctrinae elementis puerulos ac pauperes erudiret; testes iidem fuere ^heroicae filius caritatis, qua is incensus, cum Urbs pestilentiâ conflictaretur, cxitiali laborantibus morbo ministrabat: cuius quidem morbi cum semina concepisset, paucis post mensibus, annos vix quatuor ac viginti natus, tabe absumptus est. Atque hic etiam iuvenibus nostris patet sane latissimus campus, in quo actuose, Aloysio duce, versentur: scilicet ad imitandum sequendumque proponitur recti exempli via, honestorum eloquentia sermonum, sacrarum Missionum amor ac studium, christianae doctrinae institutio, multiplex denique caritatis exercitatio. Quibus quidem rebus si catholicorum iuvenum cohortes animos adiecerint, iam Aloysiani apostolatus formam rettulerint apteque ad tempora accommodaverunt: Aloysiani, inquimus, apostolatus, qui de caelo salutaris perseverat, nedum sit Gonzagae morte praecisus atque interceptus. E beata enim caelestium sede, in qua eum Carmelitis illa virgo Magdalena e Pazzis, per visum, gloriose regnantem mirabunda conspexit; in qua ipsum item assidere, inter sanctos caelites per sollemne decretum numerando, fel. rec. decessor Noster Benedictus XIII, abhinc ducentis annis, declaravit; nunquam destitit Aloysius adulescentium potissimum ordines omnes in suam clientelarti receptos beneficiis cumulare. Idcirco sodalicia eorundem quamplurima Aloysii vel nomine censeri vel patrocinio gloriari; idcirco iuvenes utriusque sexus paene innumerabiles, vestigia eius persecuti, paenitentiae spinas cum innocentiae filiis mirifice consociare; idcirco nobile quoddam veluti certamen Aloysium inter et christianam iuventutem exortum, uter superior exsisteret, isne caelestibus donis adulescentes augendo, an haec Patronum caelestem venerando. Itaque nihil mirum si Romani Pontifices Aloysium iuventuti exemplum simul ac Patronum attribuerunt.

Quae Nos quidem omnia recolentes, cum simus in primis de adulescentium optima institutione ac salute solliciti, hoc praesertim tempore cum ea plus sofito periclitatur, ut praeteritarum non modo recordatio rerum renovetur, sed etiam uberiora ab Aloysio bona proficiscantur, de more institutoque decessorum Nostrorum, praesertim Benedicti XIII ac Leonis XIII, iterum sollemniter confirmamus ac, quatenus opus sit, auctoritate Nostra apostolica declaramus Sanctum Aloysium Gonzagam Patronum caelestem christianae iuventutis universae. Hanc igitur lectis-

simam catholicae familiae subolem, in Aloysii tutelam fidemque convocantes, quo florentior in dies crescat ac vigeat, et, christianam fidem palam aperteque professa, morum innocentiam latius praeferat, impense hortamur paternoque obsecramus animo, ut Aloysium intueatur atque imitetur, eundemque perpetuo colat atque invocet, per eas quoque pietatis exercitationes, unde — ut e precationibus per sex continuos dominicos dies habitis — tam multos, eosdemque haud mediocres, exstitisse fructus diuturna experientia docet.

Summopere interea laetamur, ab Consilio principe saecularibus sollemnibus habendis ac promovendis, cui quidem Cardinalis Noster in Urbe Vicarius studiosissime praesidet, id iuvenibus propositum, ut parent, dato aliquo sacris commentationibus spatio, pactum quoddam de christiana vita a se integre casteque ducenda, in scidis relatum, manu sua subscribere ac veluti iureiurando obfirmare: quae quidem scidae in volumina collectae atque ab legatis universae e catholico orbe iuventutis huc delatae, postquam Romanus Pontifex eas quasi ratas habuerit, pietatis memoriaeque causa, in Ludovisiano templo deponantur, ubi veneranda Aloysii ossa requiescunt. Qua quidem re nihil ad generosam iuvenum naturam excitandam opportunius, quorum spiritualem ubique gentium renovationem saecularis commemoratio cum auspicato intendat, tum paritura haud dubie videtur. Quotquot autem ingentis catholicorum iuvenum familiae legati, ut diximus, stato ad celebrationem tempore, in hanc Almam Urbem convenient, eos, magnarum profecto rerum utilitatumque sponsores, perlibenter admissuri atque allocuturi sumus: quos quidem ipsos ad Aloysii sepulcrum cogitatione animoque comitabuntur, rogantes, ut filioli Nostri universi tutelam caelestis Patroni cotidie validiorem experiantur.

Quandoquidem vero, uno eodemque die cum Aloysio coniunctim, in caelitibus sanctis Stanislaus Kostka numeratus est, qui paulo ante et in Societate Iesu vixerat et ad beatas sedes evolaverat, nostros decet adulescentes, per hanc ipsam rei faustitatem, in seraphicum iuvenem Polonum intueri, quem Deus « inter cetera sapientiae » suae « miracula » talem effecit, ut « etiam in tenera aetate, maturae sanctitatis gratiam » adeptus sit. Principe is quoque loco ortus, magno praeditus excelsoque animo, caelesti castimonia florere et ad perfectissima quaeque contendere; fratri suo germano, urbaniori lautiorique homini, obsistere ac repugnare; ex callidis haereticae hospitalis familiae et vagorum intemperantiumque aequalium insidiis victor continuo exstare; eucharistico epulo, haud semel per angelorum ministerium, recreatus ac roboratus, diuturna pedes itinera conficere, ut Deo ad altiora vocanti, ut Deiparae ad Societatem Iesu aperte cienti, obsequeretur; in

Alma vero hac Urbe quasi ad tempus consistere, ut haud ita multo post, interiore caritatis flamma consumptus, cum duodeviginti haud amplius annos haberet, adhuc tirunculus, in aeternam illam urbem Hierusalem, inter sanctos confessores minimus natu, ingrederetur. Stanislai profecto animi fortitudinem et constantiam visus est Deus peculiari ratione rependere voluisse, innocentissimum collustrando adulescentem eo gloriae splendore, ut is suam gentem, immo totum christianum nomen, in maximo eorum temporum discrimine, quod Turcarum incursiones facesserent, tutela sua, quasi inexsuperabili quodam vallo, munierit. Ipsum autem patriae suae laboranti, vel mirabiliter, adfuisse, tam erat vulgo exploratum, ut Ioannes Sobieski, christianus ille Caesar qui gravissima Vindobonam obsidione liberavit, affirmare non dubitaret, victorias suas non tam se armis quam Stanislai patrocinio debuisse.

Utinam caelites hi ambo, coniuncta inter se deprecatione, impetrent atque efficiant, ut iuventus nostra, utrumque aemulando, ad unam veramque christifidelium gloriam, idest ad pulcherrimam castimoniae et sanctitatis laudem, et ardentius adspiret et citatiore gradu procedat.

Caelestium interea munerum auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fifi, universis e Societate Iesu religiosis viris eorundemque alumnis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xm mensis iunii anno .**MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VEN. DEI FAMULA BARTHOLOMAEA CAPITANIO, FUNDATRIX SORORUM CARITATIS, QUAS VULGO A MARIA INFANTULA NUNCUPANT, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Consummata in brevi explevit tempora multa » venerabilis Dei Ancilla Bartholomaea Capitanio, quae, licet tantum sex supra viginti annorum spatio mortalis vitae curriculum concluserit, miranda tamen omnibus christianarum virtutum exempla prodidit. Luere in dioecesis Brixiensis oppido eadem nata est die xm mensis februarii, anno **MDCCCVII**, e parentibus qui pistoriam officinam exercebant, eidemque, lustralibus aquis ablutae, nomina Maria Bartholomaea imposita sunt. Ab ore piae genetricis religionis rudimenta didi-

cit, atque a teneris annis pietatis laude et singulari innocentia enituit. Vividum sortita ingenium, saepe in puerilibus nugis cum coaequalibus puellis magistrae partes agebat; simul in templo sacris concionibus diligenter adstare, pauperumque inopiam industrio studio levare cupiebat. Sororum a Sancta Clara curis commissa, apud ipsas puritatis lilium et pietatis fios visa est; et cum sibi proposuisset sancti Aloysii virtutes imitari, abstinentia et poenitentiis compescuit carnem, oratione assidua ad divinarum rerum commentationem spiritum erexit. Interea tantos in humanis quoque studiis progressus Serva Dei nacta est, ut vix quindecim annos nata, digna a monasterii praeposita fuerit habita, cui parvarum alumnarum institutio committeretur. Suavis, hilaris, misericors, iusta,puellarum simul soror ac mater, amorem discipularum omnium sibi conciliavit, ac mox praefecta renuntiata, etiam maturioris aetatis adulescentulas, verbo et exemplo, humanas artes aeque docuit ac studia pietatis. Decimum septimum nondum vitae annum attigerat, quum, Agnum qui pascitur inter lilia sequi cupiens, virginitatis florem Deo devovit, et ante Virginis Deiparae aram in genua pro voluta divino Sponso totam se addixit. Attamen dum mundo omnino cogitat Ancilla Dei valedicere, genitorum iussu, frustra plorantibus Sororibus ammnisque, paternam domum repetere coacta est. Domesticos inter parietes parentibus subdita, angelus pacis apparuit. Genitor enim, rudis homo vinoque deditus, saepe ebrius conviens et verbere in uxorem saeviebat, atque in cauponis et in crapula vitam agebat. Saepe innocens virgo, ut a iurgiis patrem revocaret, graveolentem tabernam subire non dubitavit, et eum, frustra reluctantem, domum adduxit. Vicit tandem pietas, et natae purissimae exemplo ac suavibus monitis tactus genitor abstinuit vino et ad honestam vivendi rationem rediit. Tunc Bartholomaeá ne praetermitteret christianam puellarum institutionem, publice docendi iure legitime sibi comparato, saeculari modestoque habitu induta, natali in oppido scholam agere suscepit, diligens magistra non minus quam apostola religionis. Et re quidem vera persedula parochi adiutrix nullos Ancilla Domini, ad maiorem Dei gloriam, detrectavit labores; pueros puellasque docuit catechesim, et deerrantes per campos adulescentulas accivit secum in ecclesiam illasque ad Confirmationis atque Eucharistiae Sacramenta excipienda omni cura comparavit. Congregationem Marialem et societatem a Sancto Aloysio fundavit, ac tam in natali quam in vicinis pagis pios huiusmodi coetus constituit. Illis quidem annis alia Eamula Dei patuit exercendae caritatis palaestra. Commissa enim illi fuit novi nosocomii cura, et moderatrix atque oeconoma electa, aegrotis assidere eosque molari in deliciis habuit; atque ut illis opem ferret etiam ostiatim stipem quaeritare non renuit. Voluit quoque Serva Dei, occasione data, panem

suum frangere esurienti, in publicis vinculis detentos invisere, Aere cum flentibus, afflictos ad spem bonam erigere, atque animam agentium horae supremae adesse. Demortuo vero genitore atque a domesticis officiis soluta, nonnullis sibi adscitis sodalibus, Venerabilis Dei Famula, prima fundamenta iecit Instituti sui, quod cito in frugiferam arborem, Deo favente, excrevit suosque ramos mirifice extendit. In oppidi natalis Luere parva coempta, penes nosocomium, domo, die **xxii** mensis novembris anno **MDOCCXXXii** consedit Serva Dei cum primis sociis; atque haec fuerunt Instituti incunabula; in ea quidem domo, consuetis pietatis et caritatis officiis intentam, venerabilem Dei Famulam mors intercepit. Etenim ipsa, gracili semper valetudine usa, dum in schola et nosocomio continenti supra vires insudat; dum ineunti Instituto, quod sub caelesti Virginis Infantulae patrocinio posuerat, firmando ac provehendo diu noctuque indefesso studio consulit, iamque novas fundationes mente molitur, poenitentiis, vigiliis ac laboribus fracta, ardenti febri et pulmonum tabe corripitur. Lectulo discumbere coacta, voluit ut cubiculum suum discipulis sociisque pateret. Morbi dolores submisso patientique animo pertulit; imminentis mortis nuntium laeta accepit et, dissolvi cupiens atque esse cum Christo, Ecclesiae Sacramentis iterum iterumque munita, placidissimo exitu vicesimo sexto aetatis suae anno ad caelestis Sponsi nuptias convolavi^ die **XXVI** mensis iulii anno **MDCCCXXXIII**. Illico periisse virginem sanctam conclamatum est; non solum oppidani, sed vicinorum etiam pagorum incolae turmatim ad cadaver, biduo expositum, suprema vice invisendum confluxere : vestium frustula et capilli, quasi relliquiae, certatim quaesita. Institutum autem Sororum a Caritate, vulgo a Maria Infantula nuncupatum, quod vix inchoatum reliquerat Serva Dei, post mortem eius convaluit ex insperato, aucto religiosarum numero novisque apertis domibus et scholis tum in Italia tum in longinquis orbis regionibus. Diffusum propterea est etiam piae fundatricis nomen, illiusque sanctitatis fama percrebuit. Qua re penes Sacrorum Eituum Congregationem causa agitari coepta est de caelitum honoribus Ancillae Dei decernendis, et, per decretum die **VIII** m. martii, anno **MDCCCXXVI** editum, rec. mem. Pius Pp. IX Praedecessor Noster introductionis Causae Commissionem signandam statuit. Dein probationibus iuridice sumptis riteque expensis, rec. mem. Leo Pp. XIII, sollemni decreto die vi m. ianuarii, an. **MDCCCCIX** obsignato, venerabilis Servae Dei Bartholomaeae Capitanio virtutes heroicum attigisse fastigium sanxit. Postea quaestio suscepta est de miraculis quae, ipsa virgine intercedente, patrata a Deo ferebantur. Nosque rebus omnibus iudicio severissimo ponderatis, cum duo ex illis vera atque explorata fuerint renunciata, per sollemne pariter decretum sexto nonas maias

vertentis anni editum de utroque miraculo constare declaravimus. Illud igitur discutiendum supererat num Venerabilis Dei Famula inter Beatos caelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Caietano S. B. E. Diacono Cardinali Bisleti, Causae relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis die xi huius mensis atque anni, omnesque tum Cardinales sacris tuendis Eitibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores, unanimi suffragio, affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, precesque iterandas esse censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem decimo primo calendas iunias vertentis anni eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque venerabili fratre Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et dilecto filio Nostro Caietano S. R. E. Diacono Cardinali Bisleti, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, enunciatae Congregationis a Secretis, et Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, auctoritate Nostra, pronunciavimus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Bartholomaeae Capitanio beatificationem. Quae cum ita sint, precibus etiam permoti tarn plurimorum Episcoporum, quam universae religiosae familiae Sororum caritatis vulgo a Maria Infantula nuncupatarum, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famula Bartholomaea Capitanio *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, et corpus eius ac lypsana sive relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Praeterea pari auctoritate Nostra concedimus ut de ea quotannis Officium recitetur de Communi Virginum, cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa, cum orationibus propriis per Nos pariter adprobatis, servatis rubricis celebretur; sed tamen in dioecesi Brixiensi tantum, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis Instituti Sororum Caritatis, ab eadem fundati, ubique terrarum positis. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Servae Dei Bartholomaeae Capitanio, servandis servatis, celebrentur in dioecesi Brixiensi, nec non in ecclesiis sive sacellis publicis memorati Instituti, intra annum postquam eadem sollemnia in sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite fuerint peracta.

Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Rituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam

iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis maii anno MDCCCCXXVI Pontificatus Nostri quinto.

P. **CAED. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

VENN. DEI FAMULI IACOBUS SALESIUS PRESBYTER ET GUILLELMUS SALTAMOCHIUS COADIUTOR, AMBO E SOCIETATE IESU, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pretiosa in conspectu Domini mors illorum qui, ad erudiendos in Fide populos missi, sanguinem pro Christo suum viriliter effuderunt, atque ita Dornini Iesu caritatem vere sunt imitati. Eos inter merito Venerabiles Dei Famuli Iacobus Salesius, presbyter, et Guillelmus Saltamochius, coadiutor, ambo e Iesu Societate, recolendi sunt, quos haeretici in catholicam religionem disciplinamque ac praesertim in augustissimum Eucharistiae Sacramentum rabie atque odio furentes, Albenaci in Helviis, dioecesis Vivariensis intra fines, atrociter occiderunt. Hanc enim in civitatem, calviniana lue infectam, ad verbum Domini evangelizandum Dei Servi missi sunt Iacobus eidemque socius de more datus Guillelmus; alter pietate ac doctrina plane singularis; litterarum alter expers, sed columbina simplicitate ornatus, ardentique pro Christo patiendi desiderio flagrans. Vix ibi trimestri spatio contiones ad populum, cum magna rei catholicae utilitate et haereticorum quoque admiratione, Salesius habuit; atque adeo eundem zelus domus Dei continenter comedit, ut, tam brevi temporis intervallo, mulieres a turpi ad honestam vitam ipse plurimas avocaverit, a superstitionibus populares atque ab erroribus numerosis avulserit, dissidia gentium compescuerit, catholica dogmata omnibus bonae voluntatis hominibus perspicue demonstraverit, Albenaci quoque, sicut iam antea aliis in locis, in quibus praedicationis munere functus erat, multos denique a reprehensibili ac peracerbo bello pro haereticis gerendo deterruerit. Illis autem diebus, catholicos inter atque adversarios factis indutus, Vivariensi in provincia arma silebant; at publica, quae data fuerat, fide spreta, nonis februariis anni **MDXCHI**, ab aliquibus ex maxime furentibus ac fanaticis calvinistis, quos milites haud minus insani ferocesque comitabantur, Albenacensis civitas, noctu et improviso, armis capta est; hoc autem praesertim intentu ut duos Dei Famulos, quos pseudo-prophetas vocabant, aut

ad suam sectam adducerent haeretici, aut de medio tollerent. Iacobus Salesius una cum socio quadam in domo morabatur, haud procul ab ecclesia sitam. Eos per vim rapiunt milites, a tribus ducti calvinianis ministris amborum potissimum mortem expetentibus. Interea Venerabiles DeiEamuli in cuiusdam haeretici domum non sine contumeliis vexationibusque raptantur; ibique proposita a Calvinianis obloquentibus, circa disciplinam catholicam abstinentiae et ieiunii, circa liberum hominis arbitrium, circa Ecclesiae Sacramenta ac praecipue Sanctissimam Eucharistiam, argumenta Salesius splendide confutavi!; et singulis in quaestionibus agitatis coram omnibus, qui aderant, malam adversariorum fidem atque inscitiam palam demonstravit. Eo ipso inclusionis die, post tantas tamque laboriosas discussiones, Salesius cum socio sub noctem, perfrigida tempestate, seminudus ac ieiunus, sine cibo, sine strato, petulantium militum ludibrio vexationibusque relinquitur. Die vero sequenti, cum acris iterum de augustissimo Eucharistiae Sacramento disputatio institueretur, atque adversos calvinistas, furore magis quam veritate armato s, impietatis manifestae pius insignisque theologus iesuita convinceret, eosque denuo gravissimis rationibus configeret, duo mites captivi Iacobus Salesius et Guillelmus Saltamochius ad mortem illico damnati sunt. Statim igitur in plateam nobile illud par victimarum a domo deducitur, quae in genua provolutae Domino se commendant, ac pro suis carnificibus orant. Mox Iacobus glande plumbea a tergo feritur ac sternitur, et cum prorsus ac paene examinatus nomen Iesu inclamaret, ferro confossus e vita migravit. Ad eiusdem vero virtutem aemulandam socius Guillelmus accensus, morientem martyrem complectitur, ac dum a circumstantibus militibus, repetitis pugionis ictibus, crudelissime configitur, ad constantiam se ipse hortatur, dolorisque acerbitatem dulcissimo Christi nomine lenit. Dei Servorum corpora sex dies in trivio omnibus fere vestibus expoliata, coenoque foeda suoque sanguine cruentata, avibus canibusque exposita iacuerant; per urbem postea trahuntur ad portam civitatis, inque semiruptam vetusti stabuli maceriam ad instar iumentorum proiecta, ac dein in proximi de *Jorand* horti angulo extra muros humata sunt. Erat autem dies eorundem pro Christo martyrii septima februarii an. **MDXcni:** Salesius fere septem supra triginta annos natus, socius forte sextum ac trigesimum agens annum; ambo ex Arvernia oriundi, atque ex dioecesi Claramontana; alter ex oppido quod vocant *Lezoux,* ex oppido alter *Saint Germain-PHerm* nuncupato. Iam a puerili aetate Iacobus in Iesu Societatis disciplina educatus, qua alumnus antea in Conlegio Billomensi, in quo adulescentulas est etiam adscriptus Marianae sodalitati, dein Parisiis, Viroduni et Mussiponti, conspicuis animi ingeniique laudibus floruit; non modo enim latinis, graecis, hebraicis,

cnaldaicis litteris, sed etiam philosophia ac theologia insigniter instructus, mentem ac pectus omni virtutum genere compleverat. Eximia in illo modestia, singularis mansuetudo, magnus contemptus sui, ingens perfectae vitae studium praecipuusque divini amoris ardor. Sanctissimum Christi Corpus tanta pietate tantoque amore cultuque prosequebatur, ut nulla de re libentius ardentiusve quam de Sanctissima Eucharistia loqueretur. Philosophiae ac theologiae gradibus ornatus, anno MDLXXXV sacerdotio auctus, tum in Mussipontana tum in Turnonensi universitate scite naviterque theologiam docuit, atque interea desiderio martyrii flagrans a Societatis Iesu Praeposito generali missionem « ad infideles sive Americae, sive Iaponios, aut Sinenses, aut alios quoscumque » instanter petebat. Illius propterea dignus sodalis Guillelmus Saltamochius, qui in Iesu Societate coadiutor temporalis circiter ab anno MDLXXXI, orationis studio, ingenua simplicitate, morum suavitate atque in primis obedientia sic excelluit, ut nonnisi natus ad martyrium videretur, et omnes, qui penitus eum noverant, quasi angelum e caelo delapsum et humana carne vestitum putarent. Utriusque Venerabilis corpora in humili horti memorati loco extra muros civitatis, in qua duo ipsi Christi púgiles martyrii palmam consecuti sunt, duos fere annos remanserunt; at postea ad Urbem *'Ruoms* nuncupatam, nobilis cuiusdam pientissimae matronae curis, venia ab haereticorum tribuno obtenta, translata atque honorifice sepulta sunt. Ab illo quidem tempore Iacobum Salesium, so dumque Guillelmum Saltamochium, quos « martyres Albenaeenses » communi voce appellabant, plebes ut veros Christi martyres veneratae sunt ac praedicarunt. His itaque et ceteris omnibus perpensis, Nos ipsi decimo primo calendas iunias huius anni de eorundem Servorum Dei martyrio et causa martyrii constare sollemniter decrevimus. Hoc autem Nostrum iudicium paraverunt tum disceptatio, quae penes venerabilem fratrem Nostrum Vincentium S. B. E. Cardinalem Vannutelli, Episcopum Ostiensem ac Praenestinum, Causae Relatorem, die nona mensis februarii vertentis anni super utriusque Servi Dei martyrio habita est, tum conventus Sacrae Eituum Congregationis praeparatorius die xxm m. martii in Vaticanis Aedibus actus, tum denique generalis Congregatio [coram Nobis die xi m. maii proxime praeteriti convocata, in qua communi sententia de praedictorum Dei Eamulorum martyrio et causa martyrii constare affirmatum est. Super signis propterea sive miraculis etiam a Nobis de more est dispensatum. Illud autem untim supererai, ut S. E. Congregationis Cardinales et Consultores rogarentur, an, stante adprobatione martyrii martyriique causae, nec non dispensatione a signis sive miraculis, tuto procedi posse censerent ad sollemnem eorundem Servorum Dei beatificationem; atque in generali conventu die prima

mensis iunii proxime elapsa coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores tuto procedi posse responderunt. Nos tamen in tanti momenti re mentem Nostram aperire cunctati sumus, ut enixis precibus supernum antea lumen posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die tertia huius mensis, in quo festum Sacratissimi Corporis Christi Ecclesia celebrat, religiosissime litato eucharistico Sacrificio, adstantibus venerabilibus fratribus Nostris Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Eufinae, sacrorum Eituum Congregationis Praefecto et Vincentio S. E. E. Cardinali Vannutelli, Episcopo Ostiensi ac Praenestino, Sacri Conlegii Decano et Causae Eelatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, memoratae sacrorum Eituum Congregationis a secretis, et Carolo Salotti, Fidei promotore generali, sollemniter ediximus ad sollemnem Venerabilium Servorum Dei, quos « martyres Eucharistiae » nuncupant, Iacobi Salesii presbyteri et Guillelmi Saltamochii coadiutoris beatificationem tuto procedi posse. Quapropter, precibus permoti plurimorum Episcoporum nec non Societatis Iesu universae, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, concedimus ut iidem « Eucharistiae martyres » Venerabiles Dei Famuli Iacobus Salesius, sacerdos, Guillelmus Saltamochius, coadiutor, ambo e Societate Iesu, *Beati* in posterum nuncupentur, eorumque relliqfuiae publice christifidelium venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus deferendae supplicationibus; itemque permittimus ut eorundem Servorum Dei imagines radiis decorentur. Praeterea, eadem apostolica auctoritate Nostra, concedimus ut de eorundem quotannis Officium recitetur de Communi plurimorum Martyrum cum Lectionibus propriis, et Missa pariter de eodem Communi cum orationibus propriis celebretur, per Nos adprobatis, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Bfaiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Claramontana et in Vivariensi, nec non in omnibus templis ac piis domibus, ubique terrarum sitis, quae ad Societatem Iesu pertineant, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa confluentibus, in quibus eorundem Beatorum festum celebretur. Denique statuimus ut sollemnia beatificationis eorundem Venerabilium Dei Famulorum, servatis servandis, in dioecesibus Claramontana et Vivariensi supradictis, die ab Ordinario designando, peragantur, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis praelaudatae Societatis Iesu intra annum ab iisdem sollemnibus in sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite celebratis. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dum? modo manu Secretarii enunciatae Eituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationis hisce Litteris ostensis haberetur.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis iunii anno MDCCCCXXVI Pontificatus Nostri quinto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

III

VEN. DEI FAMULA LUCIA FILIPPINI FUNDATRIX INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATARUM BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praestantiores inter virgines sanctas, quibus Itala tellus exeunte saeculo decimo septimo inclaruit, iure accensenda est Venerabilis Serva Dei Lucia Eihppini, quae, « Magistra sancta » merito appellata, institutricis missionem mirandum in modum absolvit, ac luculenter ostendit verae initium sapientiae esse timorem Domini. Ex Philippo et Magdalena Eihppini coniugibus ortum duxit Serva Dei, Tarquiniensi in civitate, die xm m. ianuarii an. **MDCLXXII**; at nondum sexennis, parentibus orbata, in disciplinam cessit avunculorum, iisque omnino subditam se praebuit. Constat Luciam adhuc puerulam egregia animi indole enituisse, atque illa aetate, quae maxime solet ineptus nugisque esse dedita, nihil eam fecisse pueriliter; sed ad sanctorum vestigia sectanda, secreto quodam instinctu permotam, singularia virtutum omnium et potissimum obedientiae, humihtatis, ac pudicitiae specimina exhibuisse; digna proinde habita est, quae adulescentula a parocho suo pro tradenda puellis catechesi eligeretur; commissumque munus tanta absolvit diligentia ac dexteritate, ut admirationem omnium laudesque promeruerit. Tunc contigit ut a Decessore Nostro rec. mem. Innocentio PP. XI Tarquiniensi ac Faliscodunensi civitatibus Episcopus datus fuerit vir doctrina ac pietate insignis, Marcus Antonius Cardinalis Barbadicus, a praenobili veneta gente ortus, qui tanta dioecesi praebuit beneficia, ut adhuc duo post saecula, inibi memoria eius in benedictione supersit. Hic cum illustrandis, sacra visitatione, suae dioecesis regionibus, venisset Tarquiniensem ad urbem, de integris Luciae moribus certior factus, continuo voluit Faliscoduni in asceterio

ad Sanctae Clarae ancillam Dei conlocare. Et Cardinalis exspectationi satis superque respondit Lucia. Maiore enim alacritate ad perfectionis semitam decurrendam properavit Dei Famula: praepositarum monialium dicto audiens, ab otio et vanitatibus aliena, regulae observantissima,. poenitentiae atque humilitatis cultrix eximia, prudens, iusta, misericors, ipso habitu atque ore modestiam referens et puritatem, in humana specie angelus visa est. Interea cum purpuratus ipse Praesul sapienti consilio cogitasset, de domo altrice Faliscodunensi aperienda, in qua, quasi in seminario quodam, magistrae tirocinium ponerent, unde posthac peregre ad puellas erudiendas mitterentur, Rosam Veneriniam accivit ad se, quae Viterbii iam simile conlegium constituendum curaverat. Ut Cardinalem voti compotem redderet illico Rosa Faliscodunum venit, eamque Clárense monasterium accepit hospitio. Heic Yeneriniae datum est Lucia uti familiariter, et praeclaras Ancillae Dei animi ingeniique dotes demirata, quasi praesaga futuri, novit adulescentulam illam optimam fore Faliscodunensium magistrarum antistitam; remque Cardinali aperuit, qui frustra reluctantem Luciam ineunti Magistrarum Instituto praepositam voluit. Itaque, in aedibus locations, prima Magistrarum Piarum instituitur schola; eandemque non modo puellae, sed etiam, distincta in diaeta, nuptae ad religionem addiscendam ingrediuntur. Lucia magistra ac duce, saluberrimi fructus percepti sunt; prudens enim Famula Dei nihil reliquit intentatum, nulli pepercit industriae, nullos detrectavit labores, ut futuras magistras verbo atque exemplo institueret, atque ad pietatis exercitationes vocaret. Ut Cardinalis iussa impleret non modo ad S. Clarae monasterii regimen assumpsit, et quae fuerat alumna obedientissima, iustissima moderatrix exstitit, atque asceterii disciplinam restituit; sed ad matrum familiarum statum animum convertit, et religiosae illarum educationi etiam actuose consuluit. Crucis vexillum praeferens, singulis Dominicis, plateas et compita lustrare consuevit, ut puellas ac mulieres in templo ad christianam doctrinam acciret. Suavi praedita eloquio, insperatas Ancilla Dei deperditarum etiam mulierum conversiones obtinuit; ac tanta morum immutatio inde subsecuta est, ut ipse Cardinalis Barbadicus ad novas scholas aperiendas Luciam excitaverit. Quare Magistris peregre missis, brevi sunt undecim fundatae scholae, vel potius perfectae christianae vitae palaestrae, in quibus alumnae non modo litteras et femínea pensa, sed germanam pietatem addiscebant Deique timorem. Praeclara operis fama dioecesis fines praetergressa, Almam hanc ad Urbem pervenit, et Decessor Noster Clemens PP. XI, cui, antequam ex hac vita migraret, Cardinalis Barbadicus frugiferum Institutum etiam atque etiam supplicibus votis commendaverat, ne tanto spirituali bono Roma careret, ad Urbem compellavit

Luciam; atque ita anno MDCCVII prima etiam hac in civitate, catholici Orbis principe, Magistrarum Piarum schola aperta est. Confluxerunt ad eam omnis condicionis puellae; nobiles romanae matronae, non minus quam principes viri, praesules et Cardinales opus laudarunt; et pia fundatrix licet paucos menses Eomae morata sit, tam sancte se gessit, tanta virtutis exempla prodidit, ut sanctitatis famam singularem in Urbe quoque sibi conciliaverit. Non sine magno alumnarum moerore rediit Faliseodunum, ibique quod vitae reliquum ei fuit, ad animas Deo lucrifaciendas, atque ad institutum Magistrarum amplificandum impendit. Balneoregii, Pitiliani, Tuderti, Nepesii, pluribusque aliis in civitatibus atque oppidis Magistrarum Piarum scholae patuerunt, quas sancta fundatrix suae non modo commoditatis sed valetudinis immemor, non itinerum asperitate, non caeli inclementia, non hyeme, non aestu deterrita, omnes lustravit indefessa, donec apostolicis fracta laboribus sexaginta annos agens, diro ac diutino consumpta morbo, sui obitus praenuntiato die, celebritate nempe Yirginis ab Angelo salutatae, mense martio anno **MDCOXxxn,** caelum intuens, hilarique vultu, placidissime animam efflavit. Conditum sepulcro corpus fere duo post saecula recognitum, repertum fuit satis servatum. Atque, etsi ab obitu Servae Dei ad nostra tempora tam longa annorum series effluxerit, tamen Alius sanctitatis fama nunquam imminuta est, sed caelestibus quoque inclaruit signis, quibus omnipotens ipse Deus ancillae suae sanctitatem confirmare visus est. Qua re hoc vertente saeculo de Beatorum caelitum honoribus ipsi Famulae Dei decernendis, penes sacrorum Rituum Congregationem Causa agitari coepta est et per decretum die ix m; iulii an. MDCCCOXII editum, rec. mem. Pius PP. X Noster Praedecessor, introductionis Causae Commissionem signavit. Postea probationibus iuridice sumptis, riteque expensis, Nos, sollemni decreto nono cal. décembres anno MDCCOCXXIV edito, Venerabilis Dei Ancillae Luciae Filippini virtutes heroicum attigisse fastigium declaravimus. Continuo quaestio de miraculis suscepta est, quae ipsa Venerabili intercedente a Deo patrata ferebantur; ac rebus omnibus severissimo iudicio ponderatis, cum tria ex ilMs vera atque explorata iudicata fuerint, Nos, item sollemni decreto, secundo calendas apriles huius anni dato, de eorum veritatem constare suprema Nostra auctoritate significavimus. Cum igitur esset de heroicis virtutibus ac de tribus miraculis prolatum consilium, illud discutiendum supererai, num Venerabilis Serva Dei inter Beatos caelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a venerabili fratre Nostro Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi Causaeque Relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis, in Aedibus Vaticanis, die xin m. aprilis vertentis anni;

omnesque, qui aderant, tam Cardinales, quam Sacrorum Eituum Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec fervidis precibus a luminum Patre subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem auspicata die, qua Sancti Ioseph inclyti B. Mariae Virginis Sponsi, Ecclesiaeque patroni sollemnitas agitur, nempe die xi kalendas maias huius pariter anni, eucharistica Hostia ferventer oblata, accitis adstantibusque venerabilibus fratribus Nostris Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et S. Eufinae, Sacrorum Eituum Congregationis Praefecto, et Ianuario S. E. E. Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi et Causae Relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, laudatae Congregationis Secretario, itemque Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, suprema Nostra auctoritate pronunciavimus tuto procedi posse ad Venerabilis Dei Famulae Luciae Filippini beatificationem. Quae cum ita sint, votis etiam annuentes tum plurimorum Antistitum, tum universae Familiae religiosae Magistrarum Piarum, quae, a Fundatricis cognomine Filippini vocatae, Romae domum principem ad S. Luciae de Gymnasiis habent, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut venerabilis Dei Famula Lucia Filippini *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, et corpus eius ac lypsana sive relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque eius imagines radiis decorentur. Praeterea eadem apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur officium et Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum lectionibus atque orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Mentis Falisci ac Tarquiniensi; itemque omnibus in sacellis ac templis, quibus ubique terrarum utitur Institutum Magistrarum Piarum ab eadem Beata fundatum, et quod Fundatricis ipsius cognomine gaudet; quod ad Officii recitationem ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus sive saecularibus sive regularibus, ad ecclesias in quibus festum agitur convenientibus. Facultatem denique impertimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Ancillae Dei Luciae Filippini supradictis in tempus celebrentur, die ab Ordinario designando, intra annum postquam eadem sollemnia in sacrosancta Vaticana Patriarchali Basilica fuerint celebrata.

Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu

Secretarii enunciatae Eituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae Voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xni m. Iunii, an. MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

P. **CAED. GASPAEEI** *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. PANCRATII S. R. E. PRESB. CARD. BONZANO, QUEM LEGATUM MITTIT CHICAGIAM AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM UNIVERSALEM VIGESIMUM OCTAVUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Conventum omnibus ex gentibus Eucharisticum, proximo mense habendum Chicagiae, in urbe Foederatarum Americae Civitatum, cum ob amplitudinem opulentiamque admodum nota, tum catholicorum numero studioque florentissima, ut ipse non modo tuae dignitatis splendore illustres, sed etiam, quod pluris est, ut, Eomani Pontificis personam sustinendo, sancte modereris, Legatum te a latere Nostrum, quemadmodum haud multo ante monuimus, harum fide atque auctoritate Litterarum, renuntiamus. Facile equidem prospicimus, te, ad gravissimi muneris perfunctionem destinatum, ingenti cum gratulatione ac plausu in illa immensitate regionum exceptum iri, cum praecipue ob eam, qua Nostri ex America filii Nos prosequuntur, plenam reverentiae voluntatem, tum iis quoque de causis, quae ad te Nos deligendum impulere. Vidêris enim, illuc traiiciendo, quasi civis ad cives redire, quibus quidem tua praesentia ductuque diu, cum Apostolicam illic legationem obires, frui licuit et multiplicibus tuae pietatis exemplis recreari. Eiusmodi profecto eventum, de quo rationem aliquando habendam in ipsis Foederatarum Civitatum annalibus iure meritoque arbitramur, tali affertur magnificentia apparari — curante potissimum Purpurato Patre qui archidioecesim illam tam digne regit ac sollerter, — ut superiorum Conventuum gloriam huius gloria aliquantum obscuratura videatur. Quod quis aut doleat aut moleste ferat, si quidem externae celebritati, utique maximae, haud impares christianae vitae fructus adiungantur, et iuniores populi senioribus nullo pacto in divinae caritatis agnitione cultuque concedant? Ecquid, provecta iam nunc horum ordinatione ac tempera-

rione congressuum, sperare hodie ex Chicagiensi non liceat, quando ab Eucharisticis Canadensibus coetibus, abhinc annos undecim Marianopoli actis, tam insignis in omnem septentrionalem Americam vis beneficiorum influxit, multo uberius ibidem christifidelium in Eucharistiam sanctissimam religione aucta? Etenim iam tum pius mos est passim inductus, fitque hodie usitatior, unius horae spatio adorandi colendique communiter Augustum Sacramentum, semel in hebdomade vel in mense publicae venerationi propositum: ex quo fieri oportuit, ut populares non pauci divino epulo crebrius ali assueseerent. Yerum, fore ut proximus, cui, dilecte fili Noster, praeeris, Conventus omnibus salutaris quam maxime exsistat evadatque communi, vel hominum a catholica unitate seiunctorum, admiratione dignissimus, inde etiam confici potest, quod, cum is in Foederatis Civitatibus primus habeatur — in iis, inquimus, Civitatibus, quas fere bis centies catholicorum centena milia incolunt — ingens Chicagiam horum coibit multitudo, praeter eos plurimos, qui cum ex frigentissima Alaskae plaga et reliqua America, tum ex regionibus Europae paene omnibus, tum etiam ex Sinis, ex Iaponia, ex India, ex Africa aut singulatim aut gregatim conventuri perhibentur. Quae vero, dilecte fili Noster, in coetibus referenda disceptandave proponuntur, nosti idcirco Nobis vehementer probari, quia, cum ad christianam vitam Eucharistiae cultu usuque consecrandam alendamque unice omnia ac singula, etsi varia ratione, pertineant, eo demum evadunt, ut homines arctius interiusque cum Christo coniungant et de ipsa Christi vita vivere iubeant. Eecte haec quidem cogitata atque ad communem disputationem proposita; oportet enim in singulis excitari illam quam mysticarum rerum scriptores *interiorem vitam* appellant. Quae cum sit « conversatio... in caelis », eademque, quo pius ardet caritas vel defervescit, eo magis valeat vel remittat, patet omnino, ipsam ex Eucharistiae Sacramento pendere, quod quidem natura operaque sua illuc potissimum spectat, ut caritatem in anima augeat animaeque cum Deo communionem perficiat. Interioris autem vitae exercitatio quibusnam nutritur crescitque artibus nisi orationis spiritu, nisi altiore animi cultu, nisi nostra ipsorum devotione quadam et abnegatione? Quid vero haec efficiat omnia, nisi intentior sacrae cenae participatio, in qua Christus Iesus,a terrenis nos rebus ad superas, suae bonitatis suique amoris dulcedine, trahit atque evehit, vitaeque suae eucharisticae exemplis facit, ut eius, similitudinem arripiendo, sanctitatem imitemur? Atque ex eiusmodi hominibus, qui, etsi forte caelestibus assueti dapibus, interiorem tamen aut neglegunt vitam aut metuunt, quid facias nisi christianos quosdam virtutum robore destituios atque ad propugnandum pro sanctissimis rebus parum idoneos? Num per eos ipsos militiam, qua gloriatur Ecclesia, beatorum sanctorumque

caelitum augeas? Ac semet ipsos nonne fallunt, qui putant posse se, sui oblitos suaeque perfectionis indiligentes, solidas afferre rei catholicae utilitates proximorumque emendationem curare aeternamque salutem? Haec quidem cupimus ut attingas atque explanes, dilecte fili Noster, cum, pro tuo munere, universum coetum auspicando alloquens; at alia quoque volumus, caritati eorum, qui Chicagiam per eos dies celebraturi sunt, Nostris verbis commendes. Dicimus expetendum promovendumque dissidentium fratrum ad Romanam Ecclesiam reditum, « ut omnes unum sint »; sacras dicimus Missiones multo latius proferendas, ut tempia et altaria Christo sub specierum velis latenti, per terras nondum suavi eius iugo subactas, multiplicentur novique Eucharistiae adoratores veteribus accedant. Iter igitur, ad Nostri expletionem mandati, dilecte fili Noster, confidenter ingredere cum probatissimis iis, quos, ut Cardinali Archiepiscopo et civitati gratificaremur, tibi socios adiunximus, et vota atque omina laeti exitus Nostra cum Chicagiensibus civibus cumque advenis universis communices. Doceto item eos omnes, quamquam doceri opus fortasse non est, quo divinae Eucharistiae et arctius adhaerebunt et maiorem honorum copiam privatim publiceve défèrent, eo cariores Christi Iesu Vicario futuros, qui ipsos non una de causa iam caros habet. Caelestium interea luminum donorumque auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, dilecto item filio Nostro Cardinali Chicagiensium Archiepiscopo iisque universis qui Conventui Eucharistico adfuturi sunt, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **XVTII** mensis maii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

AD OMNES LOCORUM ORDINARIOS CUM APOSTOLICA SEDE PACEM ET COMMUNIONEM HABENTES: DE CREMATIONE CADAVERUM:

INSTRUCTIO

Cadaverum cremationis praxi nonnullis in regionibus, posthabitis iteratis Sedis Apostolicae in contrarium declarationibus atque ordinationibus, in dies, ut relatum est, invalescente, ne tam gravis abusus, ubi iam obtinuit, confirmetur aliove extendatur, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii muneris sui esse ducit locorum per orbem Ordinariorum hac super re attentionem denuo instantesque, probante SSmo Domino Nostro, excitare.

Et primo quidem, quum non pauci, etiam inter catholicos, barbarum hunc morem, nedum christianae sed et naturalis erga defunctorum corpora pietatis sensui constantique Ecclesiae, inde a primis eius initiis, disciplinae plane repugnantem, veluti unum e potioribus hodierni, ut aiunt, civilis progressus scientiaeque valetudinis tuendae meritis celebrare non dubitent ; haec eadem Sacra Congregatio christiani gregis Pastores quam vehementissime hortatur ut concreditas sibi oves omnimodis edocendas curent hoc reapse consilio a christiani nominis hostibus cadaverum cremationem laudari ac propagari ut, animis a mortis consideratione speque corporum resurrectionis paulatim aversis, materialismo sternatur via. Quamvis igitur cadaverum crematio, quippe non absolute mala, in extraordinariis rerum adiunctis, ex certa gravique boni publici ratione, permitti queat et revera permittatur; communiter tamen ac veluti ex regula ordinaria eidem operam vel favorem praestare, impium et scandalosum ideoque graviter illicitum esse nemo non videt; meritoque proinde a Summis Pontificibus pluries, novissime vero per recens editum Codicem iuris canonici (can. 1203 § 1) reprobatam fuisse ac reprobari.

Ex quo etiam patet quod, etsi iuxta decretum diei 15 decembris 1886 (Collect. P. F., n. 1665) Ecclesiae ritus et suffragia non inhibeantur «quoties agatur de iis quorum corpora non propria ipsorum sed aliena voluntate

cremationi subiiciuntur »; quum tamen id (ut in ipso decreto expresse* adnotatur) eatenus valere tenendum sit, quatenus per opportunam declarationem « cremationem non propria defuncti sed aliena voluntate* electam fuisse » scandalum efficaciter removeri queat, sicubi specialia rerum temporumque adiuncta id sperare non sinant, funerum ecclesiasticorum hoc quoque in casu prohibitionem integram manere dubitari non potest.

Valde autem longe a veritate abesse, evidenter, dicendi sunt qui, ex speciosa ratione quod aliquem religionis actum defunctus, dum viveret, exercere solitus esset vel quod ultimo vitae momento pravam voluntatem forte retractare potuerit, licitum censent exsequias ecclesiasticas eidem, praesente cadavere, de more persolvere, licet hoc postea, ex propria ipsius defuncti dispositione, sit igni tradendum. Quum enim de hac coniectata retractatione nihil certo constare queat, nullam ipsius in foro externo rationem haberi posse palam est.

Vix vero notatu dignum videtur, omnibus hisce in casibus in quibus non licet pro defuncto funebria ecclesiastica celebrare, ne licere quidem eius cineres sepultura ecclesiastica donare vel quomodocumque in coemeterio benedicto asservare; sed ad praescriptum canonis 1212 in separato loco esse reponendos. Quodsi forte civilis loci auctoritas, Ecclesiae infensa, vi contrarium exigat, ne desint sacerdotes ad quos spectat, qua par est animi fortitudine, huic apertae Ecclesiae iurium violationi obsistere, emissaque congrua protestatione, ab omni abstineant interventu; Tum, data occasione, praestantiam, utilitatem ac sublimem ecclesiasticae sepulturae significationem seu privatim seu publice praedicare ne cessent, ut fideles, Ecclesiae intentionem apprime edocti, a cremationis impietate deterreantur.

Et quoniam, denique, haec omnia ad optatum finem, nisi viribus unitis, haud facile erit deducere; mens est Sacrae Congregationis ut diversarum regionum ecclesiasticarum Sacrorum Antistites, si quando res id exigat, penes proprium Metropolitam convenientes, insimul exquirant, discutiant, statuant quid ad rem magis opportunum in Domino iudicaverint; et de consiliis hac super re simul initis deque eorum exequutione atque effectu Sanctam Sedem deinde informent.

Datum Romae ex Aedibus Sancti Officii die 19 iunii 1926.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

NONANTULAN.

UNIONIS

DECRETUM

Ex decreto huius Sacrae Congregationis Consistorialis dato die decima quinta decembris anni millesimi octingentesimi vigesima et ex Litteris Apostolicis desuper expeditis, constitutum fuit ut Episcopus Mutinensis pro tempore existens *in Commendant* obtineret abbatiam *nullius* S. Silvestri de Nonantula, olim iuri metropolitico Archiepiscopi Ravennatensis suppositam, atque uno eodemque tempore utrique dioecesi et territorio respectivis ex. Apostolica dispensatione praesideret.

Quod revera hucusque "servatum est, eo vel magis cum temporis progressu Mutinensis Ecclesia ad gradum et honorem metropolitanae Ecclesiae evecta fuerit, ac insuper cum abbatia de Nonantula, a quocumque metropolitico iure ac subiectione Archiepiscopi Ravennatensis exempta ac liberata, metropolitico iuri Archiepiscopi Mutinensis in consueta forma decreto diei vigesimae tertiae septembris anni millesimi nongentesimi secundi fuerit subiecta.

Nunc autem Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. PP. XI, omnibus mature perpensis ac rei canonicae abbatiae de î^onantula prospicere ac definitive providere intendens, statuere dignatus est ut eadem de qua supra abbatia, quae ad haec usque tempora in Commendam tantum Archiepiscopo Mutinensi pro tempore exsistenti commissa fuerat, deinceps strictiori iure metropolitanae Mutinensi Ecclesiae eiusque pro tempore Antistiti constringatur..

Hoc ergo Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent, idem Ssmus Dnus Noster, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine, abbatiam *nullius* S. Silvestri de Nonantula, hucusque in Commendam tantum Archiepiscopo Mutinensi pro tempore concreditam, metropolitanae Ecclesiae Mutinensi in perpetuum unitam decernit ac declarat, sicut de facto unit, ita ut in posterum Archiepiscopus Mutinensis pro tempore,

Abbas quoque ÏTonantulanus pleno ac proprio iure praedicetur, servatis in omnibus sacrorum canonum praescriptis.

Contrariis ñon obstantibus quibuscumque.

Datum Eomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die prima maii anni millesimi nongentesimi sexti.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI BARTHOLOMAEAE CAPITANIO FUNDATRICIS PRIMARIAE INSTITUTI SORORUM A CARITATE IN OPPIDO LUERE BRIXIENSTS DIOECESIS.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, tuto *procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servae Dei Beatificationem?*

Sapientissimo rerum omnium moderatoris Dei, cuncta fortiter suaviterque disponentis, consilio accidere videtur, ut temporibus nostris altarium honores decernantur Ven. Bartholomaeae Capitanio, virgini lectissimae, quae adhuc puella Francisci Assisiensis spiritu ih patrio asceterio- S. Clarae imbui studuit et Aloysii Gonzaga, quem sibi in patronum adlegit, mores ac praecipue integritatem et puritatem animi referre statuit, retinuitque alacriter ad postremam usque vitae lineam. Virgines et Angelos imitata nonnisi *quae Domini sunt cogitavit,* ut *esset sancta corpore et spiritu.* Atque sua vivendi agendique ratione passim honestari illo praeconio meruit, quod de S. Philippo Nerio romanae Rotae Auditorium protulit: *Eius: puritatis candor etiam ex facie atque oculis emicabat.* Persuasum insuper eidem erat actum omnino de sanctitate esse, si humilitatis ornamento careret, quam Christus Dominus nos docuit verbis et exemplo suo, aiens: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (Matth., XI, 29). Quare aureum illud Thomae a Kempis effatum in deliciis habens *ama nesciri et pro nihilo reputari,* laudes et blanditias a se avertebat, ac nihil ipsi optatius contingere poterat, quam despici et contentini ab aliis.

Dum igitur solemnia apparantur ad pie recolendam memoriam pretiosi obitus, septem saecularis, Francisci Assisiensis, et Sanctorum caelitum honorum, quibus Aloysius Gonzaga binis ab hinc saeculis auctus fuit, admodum opportune sane contingit, etiam Ven. Bartholomaeae Capitanio, «quae utriusque virtutum exempla sectanda suscepit, sanctitatem solemni Apostolicae Sedis decreto celebrare aliisque ad mutandam proponere.

Peropportunum praeterea videtur huius Ven. Famulae Dei, quae iuventuti sancte erudiendae et opitulandis tum in nosocomiis tum in privatis domibus egenis et aegrotis vires suas impendit, atque novi sodalitii fundamenta, huiusmodi operibus plane addicti, iecit, insignia merita extollere hac nostra aetate, quum munus puellas edocendi et aegrotis opportuna suppeditandi auxilia committitur feminis, quae facile novi generis doctrinas disseminare et a christianae religionis officiis aegrotantes abducere moliantur. Utinam pro sua quisque conditione exempla et monita servaret, quae Ven. Bartholomaea Capitanio, tum voce tum scriptis, praebuit assidue: quanto minus aetas haec infelix exundanti maiorum colluvie obrueretur!

Eius itaque virtutibus heroicis declaratis per decretum octavo idus ianuarias, anno millesimo nongentesimo secundo, solemniter edito: atque per alterum sexto nonas maias latum, de binis miraculis, ipsa suffragante, a Deo patratis, nihil aliud supererai, iuxta huius sacri fori statuta, inquirendum, nisi ut ad discutiendum exhiberetur dubium, an Ven. Serva Dei Bartholomaea Capitanio publico cultu, qui Beatos decet, *tuto* foret decoranda. Itaque in sacrae Eituum Congregationis generali conventu, die decima prima vertentis mensis et anni coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacto, Reverendissimus Cardinalis Caietanus Bisleti, causae Relator, dubium sequens proposuit: *«.An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, tuto procedi possit ad solemnem Ven. Bartholomaeae Capitanio Beatificationem».* Quotquot convenerant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores concordi suffragatione responderunt; suam tamen sententiam pandere distulit Beatissimus Pater, ut novis precibus uberius divinae sapientiae lumen exposceret.

Hodiernam vero diem designavit, quae memorandum immediate praecedit eventum, quo *Spiritus Domini replevit orbem terrarum-,* atque mystico et incruento sacrificio religiosissime oblato, ad se advocavit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario: quibus adstantibus, Pontificio solio assidens edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Ven. Bartholomaeae Capitanio Beatificationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in sacrorum Eituum Congregationis acta referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de beatificationis solemnibus in Patriarchali Basilica "**Vaticana,** quum primum licuerit, celebrandis, expediri iussit, decimo primo calendas iunias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
. *S. R. C. Praefectus.*

E. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

II

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IACOBI SALESII SACERDOTIS ET GUILLELMI S ALT AMO CHII COADIUTORIS E SOCIETATE IESU, AUBENACI IN ODIUM FIDEI INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii praefatorum Venerabilium Servorum Dei, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Si quod umquam exstitit religionis nostrae sacratissimum mysterium, cuius odio apprime Ecclesia ab haereticis impeteretur scriptis et nefariis omne genus artibus, id ferme fuit augustissimum Eucharistiae Sacramentum, in quo miserator Dominus supremum amoris pignus reliquit, et redemptionis memoriam numquam interituram constituit. Hoc odio Tarcisius acolytus, *Christi sacramenta gerens,* caesus viae Appiae lapides suo sanguine cruentavit; hoc odio Iacobus et Guillelmus, Societatis Iesu dignissimi alumni, quum omni ope contenderent, ut veram Christi praesentiam in eucharistico Sacramento Aubenaci anno 1593 ab impiis haereticorum conatibus vindicarent, ab haereticis comprehensi gloriosam mortem oppetierunt. Pater Iacobus Salesius, cui comes a suis moderatoribus datus fuerat Guillelmus Saltamochius, Aubenacum concesserat, ut sacras conciones ad populum haberet, quum uterque ab haereticis captus est, atque P. Iacobus ad disputationem de Eucharistiae dogmate invitatus, haec ad haereticos verba convertit: *Bate mihi biblia sacra, et ostendam vobis, quomodo vestri ministri decipiant vos et ad inferos deducant;* quibus auditis, ex ministris quidam satanico furore incensus clamitare coepit: *Occidite, occidite hos falsos profetas: sufficerent hi duo ad inficiendum totum mundum!* Hisce vocibus perceptis, satellites ambos rapiunt ad supplicium. Pater Iacobus

animam suam, genibus flexis, pie Deo commendavit, et precem pro tyrannis suis adiecit, aiens: *Domine, ignosce illis.* Frater Guillelmus pari constantia, pugionibus confossus, spiritum Deo reddidit. Eorum vero corpora ignominia maxima sunt affecta, aliaque gesta quae acerrimum haereticorum odium in catholicam fidem luculentissime patefecerunt. Christiana vero gens eos uti martyres habuit, eosdemque *Eucharistiae,* propter quam passi fuerant, *martyres* nuncupavit.

Vix atque iudiciales inquisitiones proferre licuit, haec coepta est martyrii causa, conditisque Apostolicis tabulis, iisque legitimis declaratis, prima disceptatio est habita super utriusque Servi Dei martyrio penes Reverendissimum Cardinalem Vincentium Vannutelli, causae Relatorem, die nona mensis februarii vertentis anni. Die autem vicesima tertia martii coactus est, in Vaticana aula Congregationum, praeparatorius coetus, atque die decima prima vertentis mensis universus sacrae Rituum Congregationis coetus coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI congregatus est; in eoque memoratus causae Relator ad discutiendum hoc dubium proposuit: *An constet de martyrio et causa martyrii praelatorum Venerabilium Dei Servorum, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?*

Singuli tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores suas ex ordine sententias protulere; quibus perceptis Beatissimus Pater precibus exposcendam esse superni luminis copiam ratus est, antequam decretoriam sententiam pronunciaret.

Quum autem eam ferre decrevisset, hodiernam diem constituit, pervigilium iucundorum solemnium Pentecostes; ideoque, sacro religiosissime perlitato, accersiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum, causae Relatorem, una insimul cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, eisque adstantibus solemni decreto sanxit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Dei Servorum Iacobi Salesii et* ***Guillelmi*** *Saltamochii, ut ad ulteriora procedi possit.*

Praesens decretum publici iuris fieri et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit, decimo primo calendas iunias anno millesimonongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

D. ***B*** S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

III

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IACOBI SALESII SACERDOTIS ET GUILLELMI SALTAMOCHH COADIUTORIS E SOCIETATE IESU, AUBENACI IN ODIUM FIDEI INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem canonis 2116 § 2 Codicis iuris canonici, tuto *procedi possit ad solemnem praelatorum Venerabilium Dei Servorum Beatificationem?*

Felicitate quadam accidere videtur, ut nobilissima haec praelatorum Dei Famulorum causa, quae multo maturius optatam metam attingere valuisset, si fortuito diu non latuissent episcopales inquisitiones de eorumdem nece rite adornatae, hac nostra aetate absolvatur, Beatorumque Martyrum honores solemniter decernantur duobus ex inclyta Societate Iesu alumnis, qui, declinante saeculo decimo sexto, Aubenaci in Gallia, saeviente Calviniana insectatione, pro Christi Iesu praesentia in sacratissimo Eucharistiae Sacramento ab haereticorum ausibus vindicanda inique mactati sunt. Dum enim ingenti cum gaudio conspicimus mirifice augeri ubique terrarum pietatem et cultum in sanctissimam Eucharistiam, quae una in se complectitur quidquid catholica religio maxime mirandum habet, et per quam Christus Dominus *divitias sui erga homines amoris effudit,* ceu Synodus Tridentina docet (Sess. XIII, cap. 2)-, dum certatim in oppidis ac frequentissimis urbibus conventus celebrari, proximosque vel in remota America apparari scimus, unde veri adoratores maximam hauriunt spiritus alacritatem, novosque eadem caritate succendunt, atque insimul iniurias reparare satagunt, quibus haeretici hoc Sacramentum augustissimum afficiunt; nihil sane opportunius, nihil felicius quam aetate hac, qua, ita disponente Deo, veluti sancta aemulatio orta est in cultu erga eucharisticum Sacramentum provehendo et amplificando, praefatorum Dei Famulorum, qui tamquam *Eucharistiae martyres* agnoscuntur, exemplum debitis praeconiis celebrare, et christianae plebi imitationi proponere. Ipsi enim verbo et opere docuerunt, Filium Dei, qui humanam carnem assumpsit, esse in sanctissima Eucharistia praesentem, ipsiusque Christi corpus, qui in caelis sedet ad dexteram Patris, hoc Sacramento contineri, adorandumque fore omnigenis obsequentis ac devoti animi significationibus.

Neminem sane latet, exempla magis quam verba plebis corda movere; eapropter sperare fas est, multiplicatis intercessoribus, Deum nobis libentius esse concessurum, ut, talibus provocati exemplis, *dimicare et vincere hostem possimus, ut, parta victoria, cum iisdem Sanctis in regnis caelestibus triumphemus* (S. Ioann. Chrys., in Serm. 7 de martyr.).

Laetetur itaque universa Ignatiana sodalitas, quae antiquam perennemque laudem strenue oppugnandi haereses, et in sacrorum dogmatum defensione suorum filiorum vitam numquam faciendi pretiosiorem, sibi gloriam, novis hisce exemplis, instaurare valet, atque duobus praefatis Venerabilibus alumnis suis praeclara illa tribuere iure potest, quae Ecclesia canit de sanctis martyribus Ioanne et Paulo: *Isti sunt duae olivae, et duo candelabra lucentia ante Dominum: habent potestatem claudere caelum nubibus et aperire portas eius, quia linguae eorum claves caeli factae sunt.* Pater Iacobus Salesius ex glorioso certamine cum haereticis palmam retulit; frater Guillelmus etiam heroicae obedientiae praemium promeruit; namque, cum a morte se eripere potuisset, sodali suo adhaerere maluit eiusque famulatui permanere addictum, quam in moderatorum suorum mandata delinquere.

De utriusque Venerabilis Servi Dei martyrio et martyrii causa triplex instituta est iudicialis actio, latumque undecimo calendas iunias vertentis anni solemne decretum. Adeo vero luculenta et explorata martyrii veritas ex habitis sueta severitate super eodem disceptationibus apparuit, ut causae Actores a signis seu miraculis in specie probandis relevari, ad iuris nostri tramitem, obtinuerint, Apostolico accedente decreto sub die vigesima sexta superioris mensis maii. Quo autem actorum series integra foret, unum adhuc expendendum supererai: utrum Beatorum Martyrum honores praefatis duobus Venerabilibus Dei Servis *tuto* decerni possent. Hoc praestitit Reverendissimus Cardinalis Vincentius Vannutelli, causae Relator, proposito in coetu universo sacrae Rituum Congregationis coacto coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, calendis huius mensis, sequenti dubio: *An stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem canonis 2116 § 2 Codicis iuris canonici, tuto procedi possit ad solemnem eorumdem Famulorum Dei Beatificationem?* Singuli qui aderant tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores unanimi suffragatione *affirmative* responderunt; nihilominus Beatissimus Pater preces esse iterandas censuit ut in negotio adeo gravi uberior divini luminis copia impetraretur.

Quum vero mentem suam aperire constituisset, hodiernam auspicatissimam diem selegit, qua annuum solemne festum Corporis Christi celebratur; ideoque, sacra religiosissime oblata Hostia, accersiri mandavit Reve-

rendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una insimul cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario. Quibus adstantibus, Pontificio solio assidens solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilium Dei Servorum Iacobi Salesii et Guillelmi Saltamochii Beatificationem.*

Atque hoc decretum de more promulgari, in acta sacrorum Rituum Congregationis recenseri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de beatificationis solemnibus in Patriarchali Basifica Vaticana, quum primum licuerit, celebrandis, expediri iussit, tertio nonas iunias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Braefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

rv

DUBIA

CIRCA IMAGINEM VEL STATUAM SSMI CORDIS IESU IN ALTARI SSMI SACRAMENTI COLLOCATAM.

Sacrae Rituum Congregationi pro solutione opportuna exposita sunt sequentia dubia, nimirum:

I. An statua, repraesentans Dominum Nostrum Iesum Christum detecto Corde, collocari possit in altari ubi permanenter custoditur Sanctissima Eucharistia, non tamen supra tabernaculum, sed retro, apud parietem?

Et quatenus negative ad I:

II. An supradicta statua, repraesentans Dominum Nostrum Iesum Christum, detecto Corde, perpetuo exponi valeat in aedicula facta in pariete apud quem exstat altare, in quo permanenter custoditur Sanctissima Eucharistia?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus respondendum censuit: *Affirmative ad utrumque,* iuxta prudens Ordinarii iudicium.

Atque ita rescripsit ac declaravit; servatis servandis, Die 23 Aprilis 1926.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Braefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (TAGLIAVIA-LENEEVITCH)

Ignorandosi la residenza ed il luogo di attuale dimora del Signor Venceslao Lenke viten, convenuto in questa causa, col presente editto, si cita il suddetto Signore a comparire personalmente o per mezzo di procuratore legittimamente costituito, davanti al sottoscritto presidente del Tribunale collegiale, nella sede del Tribunale del Vicariato di Roma - Piazza della Pigna 12 - il giorno 5 luglio 1926, alle ore 10 a. m., per manifestare la sua volontà, in merito all'azione di nullità del suo matrimonio, promossa contro di lui da sua moglie Maria Tagliavia, avvertendolo, che non presentandosi sarà dichiarato contumace e si procederà oltre nella trattazione della causa in sua assenza.

Coloro che hanno notizia del domicilio dell'attuale dimora di detto convenuto, procurino, se ed in quanto è possibile, che questi venga a conoscenza della presente citazione edittale. *

Roma dalla Sede del Tribunale del Vicariato, 5 giugno 1926.

L. **£8** S. Angelo Can. Sinibaldi, *Presidente del Tribunale.*

B. De Felicis, *Cancelliere.*

* Etant inconnu le Heu de la demeure actuelle de Monsieur Venceslas Lenkeviteh, défendeur en cette cause, par le présent édit nous le citons à comparaître, par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au Siège du Tribunal du Vieariat de Rome (Piazza della Pigna, num. 12) le 5 Juillet 1926, à 10 heures du matin, pour manifester sa volonté au sujet de l'action de nullité de son mariage, promue contre lui par son épouse, Marie Tagliavia; et nous l'avertissons que s'il ne se présentait pas, il sera déclaré contumace et on agira en son absence.

Toute personne qui ait connaissance de la résidence actuelle de M. Lenkeviteh est priée de bien vouloir, autant qu'il est possible, faire parvenir à ee Monsieur la nouvelle de cette citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 6 maggio Sua Santità ha ricevuto in Udienza di formalità il Signor Conte Paolo Manassei di Collestatte, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di S. Marino, il quale ha presentato le Lettere che lo accreditano in questa qualifica.

Mercoledì 9 giugno Sua Santità ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Signor Marchese Antonio de Magaz, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 1 giugno 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano* dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Emi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro roto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione dei Venerabili Servi di Dio Giovanni Sales Sacerdote e Guglielmo Saultemouche Coadiutore, della Compagnia di Gesù, uccisi in Aubenas in odio alla Fede, e parimenti sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione del Ven. Servo di Dio Michele Abba Ghebre Sacerdote aggregato alla Congregazione della Missione, ucciso in odio alla Fede; e infine sul dubbio del martirio e della causa del martirio, dei segni o miracoli del Servo di Dio Natale Pinot sacerdote secolare, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

Martedì, 8 giugno, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Eiti, nella quale al giudizio degli Emi e Emi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie;

1. Intorno alle virtù del Beato Gioacchino Piccolomini, Laico professo dell'Ordine dei Servi di Maria, per procedere alla discussione dei miracoli.
2. Intorno alla riassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Anna Maria Taigi, Madre di famiglia, del Terzo Ordine dei Eeligiosi Scalzi della Santissima Trinità.
3. Intorno alla riassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Maria Bernarda Soubirous, della Congregazione delle Suore della Carità e dell'Istituzione Cristiana di Nevers.
4. Intorno alla riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Martino de Porres, Terziario professo dell'Ordine di S. Domenico.
5. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore dei Beati Lorenzo Imbert, vescovo di Capsa e Compagni martiri, nonché dell'elogio da inserirsi nel Martirologio.

6. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore di S. Giovanni Eudes, Missionario Apostolico ed Istitutore della Congregazione di Gesù e Maria e dell'Ordine della Beata Maria Vergine della Carità, e intorno all'elogio da inserirsi nel Martirologio.

7. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore della Beata Maria Michela del Santissimo Sacramento, Fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del SS.mo Sacramento e della Carità, nonché dell'elogio da inserirsi nel Martirologio.

8. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore del Beato Pietro Giuliano Eymard, Sacerdote Fondatore della Congregazione dei Preti del SS.mo Sacramento, nonché dell'elogio da inserirsi nel Martirologio.

Martedì, 22 giugno 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Eiti *Particolare,* nellaq uale gli Emi Signori Cardinali nonché i Emi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno al Culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Ezechiele Moreno Diaz, dell'Ordine dei Eomitani Eecolletti di S. Agostino, Vescovo di Pasto.

2. Intorno al Culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Placida Viel, seconda Superiora Generale dell'Istituto delle Scuole Cristiane della Misericordia.

3. Intorno al Culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, Confondatrice e prima Superiora dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

4. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico costruiti per la Causa del Ven. Servo di Dio Giovanni Claudio Colin, Sacerdote e Fondatore della Società di Maria.

5. Intorno alla validità dei Processi costruiti sopra il martirio e circa il Culto non mai prestato al Servo di Dio Der Gomidas Keumurgian Sacerdote e Parroco Armeno ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

6. Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia ecclesiastica di Siena sopra un miracolo, da Dio operato per intercessione della Ven. Serva di Dio Teresa Margherita Eedi, Religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

7. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa del Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade, Sacerdote e Fondatore della Società di Maria volgarmente detta dei Marianisti.

8. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa della Serva di Dio Gioacchina De Vedruna De Mas, Föndatrice dell'Istituto delle Suore Carmelitane della Carità.

9. Intorno aUa validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa del Servo di Dio Domenico Lentini, Sacerdote secolare.

10. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa della Serva di Dio Gemma Galgani, Vergine secolare.

11. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa della Ven. Serva di Dio Anna Javouhey, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Ginseppe da Cluny.

12. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa del Servo di Dio Fr. Corrado da Parzham, Laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

13. Intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa del Servo di Dio Lodovico Pavoni, Sacerdote e Fondatore della Congregazione dei Figli di Maria Immacolata.

14. E finalmente intorno alla validità dei Processi Ordinario ed Apostolico per la Causa della Serva di Dio Maria De Matthias, Fondatrice dell'Istituto delle Suore del Preziosissimo Sangue di Nostro Signore Gesù Cristo.

SEGRETERIA DI STATO

CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NOVELLI CARDINALI

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data 24 giugno 1926, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di assegnare:

All'Emo Sig. Card. Bonaventura Cerretti, le Sacre Congregazioni di *Proganda Fide, Cerimoniale* e degli *Affari Ecclesiastici Straordinari.*

All' Emo Sig. Card. Luigi Capotosti, le Sacre Congregazioni dei *Sacramenti* del *Concilio* e dei *Religiosi.*

All'Emo Sig. Card. Carlo Perosi, le Sacre Congregazioni del ***S.*** *Offizio, Concistoriale* e dei *Seminari e delle Università degli Studi.*

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI felicemente regnante, si è degnato di nominare:

19 aprile 1926. Monsig. Arturo Wynen, *Uditore del Tribunale della S. R. Rota.*
21 » Monsig. Baffaele Boyer, *Cappellano comune soprannumerario della Cappella Pontificia.*
24 » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Bagonesi, *Protettore dell'Istituto delle Minime Suore del S. Cuore* (Pistoia).
17 maggio » L'Emo Sig. Cardinale Guglielmo Van Eossum, *Protettore della « Catholic Students' Mission Crusade* » (Cincinnati).
16 giugno » L'Emo Sig. Cardinale Enrico Gasparri, *Protettore delVArciconfraternita dei Ss. Angeli Custodi* (Eoma).

Assistenti al Soglio Pontificio:

14 dicembre 1925. Monsig. Felice Guillibert, Vescovo di Fréjus.
2 marzo 1926. Monsig. Edoardo Giovanni O' Dea, Vesc. di Seattle (U. S; A.).
12 » » Monsig. Antonio Lega, Arcivescovo di Eavenna.
23 » » Monsig. Luigi Spandre, Vescovo di Asti.
15 aprile » Monsig. Francesco Campos B arreto, Vescovo di Campinas.
30 » » Monsig. Pietro Giuseppe Hurt, Vescovo di Nuova Segovia.
28 maggio » Monsig. Anselmo Eizzi, Vescovo di Adria.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

6 ottobre 1925. Monsig. Daniele Fuenzalida, dell'arehidiocesi di Santiago.
» » » Monsig. Melchisedech Del Canto, della medesima archidiocesi.
23 novembre » Monsig. Ippolito Constabile, della diocesi di Pelotas.

12 gennaio 1926. Monsig. Giuseppe C. Me Lean, della dioc. di Charlottentown.
23 febbraio » Monsig. Leone Maurice, della diocesi di Chicoutimi.
21 aprile » Monsig. Armando Lamarche, dell'archid. di San Domingo.
30 » » Monsig. Giuseppe Pinazzi, della diocesi di Piacenza.
1 maggio » Monsig. Carlo Auner, della diocesi di Bucarest.
11 » » Monsig. Clemente Mejia, della diocesi di Merida.

Prelati Domestici di ***S. S.:***

24 ottobre 1925. Monsig. Alessandro Francesco Kelly, della diocesi di Peterborough.
5 dicembre » Monsig. Francesco Sacco, della diocesi di Sant'Agata dei Goti.
12 gennaio 1926 Monsig. Maurizio Me Donald, della diocesi di Charlottentown.
11 febbraio » Monsig. Arturo Kenny, dell'archidiocesi di "New York.
» » Monsig. Francesco J. Quinn, della dioc. di Syracuse (U. S.A.).
» » Monsig. Giacomo M. Peak, della medesima diocesi.
23 marzo Monsig. Pasquale Laperuta, della diocesi di Caserta.
10 aprile Monsig. Simone Weisinger, della dioc. di Columbus (U. S. A).
17 » Monsig. Antonio Mueller, della diocesi di Innsbruck.
» Monsig. Francesco Sasse, dell'archidiocesi di Colonia.
» Monsig. Armando Luigi G. M. Olichon, dell'archid. di Parigi.
19 Monsig. Guglielmo Zelliger, dell'archidiocesi di Strigonia.
26 Monsig. Leopoldo Mori, della diocesi di Cremona.
» Monsig. Vincenzo Misuraca (Roma).
1 maggio Monsig. Ladislao Zalka, della diocesi di Già varino.
» » Monsig. Carlo Yáritz, della medesima diocesi.
4 » Monsig. Antonio Hruby, della diocesi di Königgrätz.
8 » Monsig. Luigi Gamaleri, della diocesi di Yentimiglia.
» » Monsig. Giuseppe Dargaud, della diocesi di Autun.
» » Monsig. Giovanni Brady, della diocesi di Los Angeles.
U » Monsig. Giuseppe di Gesù Crespo Melendes, della diocesi di Barquisimeto.
31 » » Monsig. Emmanuele Arteaga y Belemcourt, dell'archidiocesi di Avana.
1 giugno Monsig. Tacito Ronconi, del Patriarcato di Venezia.
2 » Monsig. Carlo Gamba, della diocesi di Chioggia.
Monsig. Francesco van Olmen, dell'archidiocesi di Malines.
14 Monsig. Pietro Ravelli, della diocesi di Chioggia.

NECROLOGIO

13 marzo 1926. Monsig. Tommaso Esser, Vescovo tit. di Sinide.
26 maggio » Monsig. Rinaldo Camillo Rousset, Arcivescovo di Reggio Calabria.
31 » » Monsig. Felice Guillibert, Vescovo di Fréjus.
9 giugno » Monsig. Giorgio Glosauer, Vescovo tit. di Ermopoli Maggiore, rito lat.

Annus XVIII - Vol. XVIII 2 Augusti 1926 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PBOPRIO

NOVUM CONDITUR PONTIFICIUM MISSIONALIUM INSTITUTUM EX UNIONE PONT. SEMINARII SS. APP. PETRI ET PAULI DE URBE ET CONLEGII PRO MISSIONIBUS EXTERIS MEDIOLANEN.

PIUS PP. XI

Cum Missionalium opera singulari Dei gratia, maius in dies accipiant incrementum, decet omnino ut congruae evangelii praeconum institutioni consulamus, qui omni studio omnique industria, ad animarum salutem promovendam, prout res postulat, incumbant. Nos igitur cum de Missionaria re summopere solliciti simus, animum saepe Nostrum omnemque curam ad huiusmodi, quae in mysticis Ecclesiae Dei hortis florent instituta, contulisse nemo profecto ignorat. Quorum institutorum cum duo exsistant aeque Nobis carissima, idest Pontificium Seminarium SS. AA. Petri et Pauli in hac alma Urbe et Conlegium sacris expeditionibus provehendis Mediolani erecta, ut sunt sive regulis quibus moderantur, sive proposito consiliove ad quod spectant inter se simillimaj ita existimamus magnopere quidem eisdem profuturum si ex utroque unum exsurgat, idemque praestans, Missionalium Institutum. Quam quidem rem cum sedulo Nobiscum perpendissemus - perspecta insuper peritorum virorum sententia-ex certa scientia, et ex plenitudine potestatis, quae sequuntur motu proprio decrevimus atque decernimus.

I. Quae supra memoravimus Missionalium Seminaria seu Conlegia Tinum posthac efforment Institutum quod divis Petro et Paulo Apostolis, divisque Ambrosio et Carolo dicabitur.

II. Hoc novum Institutum, illis constitutionibus moderandum erit quas Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando Mediolanensi Mis-

sionalium Sodalitati, uti proprias, dederat, quibusque et ipsum SS. AA. Petri et Pauli Seminarium, etsi seiunctum, obtemperare debuisset. Hisce tamen constitutionibus immutationes quaedam inducendae sunt sive ob novum Instituti nomen, sive ob ea quae huiusmodi Motu Proprio decrevimus.

III. Supremus novi Instituti moderator esto Revmus P. Paulus Manna, in praesens Mediolanensis Missionalium Societatis Rector, usque dum munus, ad quod a sodalibus suis nuper est electus, expleverit.

IV. Item, per hoc temporis spatium, Adsistentes, Procurator Generalis, rei oeconomicae Praepositus eiusdem Mediolanensis Societatis munus quisque suum obibunt in novo, quod condimus, Instituto moderando. In adsistentium virorum numerum, donec vixerit et supra numerum tamen, Revmus P. Dominicus Callerio, olim Seminarii SS. AA. Petri et Pauli Rector cooptandus est; quem quidem - ut peculiare Nostrae benevolentiae testimonium eidem praebeamus - honore dignitateque Protonotarii Apostolici *ad instar* augemus.

V. Utriusque Instituti sodales eo ipso in novam Missionalium Societatem - quam huiusmodi Motu Proprio erigimus - adsciscantur, iisdemque iuribus ac privilegiis fruantur atque iisdem officiis subiiciantur.

VI. Sacro Consilio Fidei Propagandae Praeposito (cui Pontificium no* vum Institutum subest) curae erit hanc Nostram deliberationem exsecutioni demandare, atque omnia, quae res ad id postulare videatur, providere. Faxit ergo Deus ut novum hoc Institutum cum numero, tum virtute sociorum, in dies succrescat; ex eoque Missionalium opera illud accipiant incrementum quod magnopere exoptamus. Caelestium interea munerum auspex Apostolica sit benedictio quam novensilis Instituti Moderatoribus atque sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, Sacro Pentecostes die anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus nostri quinto.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I "

E VICARIATU APOSTOLICO DE OUAGH ADOUGOÚ DISTRACTO TERRITORIO ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE NAVRONGO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. •— In hae Divi Petri Cathedra divinitus collocati, sublimi tamquam e specula, in omnes christiani orbis partes oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, quae in exploratam cedant dominici gregis utilitatem, ea, suprema Nostra auctoritate interposita, decernere maturamus. Iamvero cum dilectus filius Paulus Voillard, Vicarius generalis Societatis Missionariorum Africae, variis itemque gravibus de causis Nos flagitaverit ut ex peramplo vicariatu apostolico de Ouaghadougou, in Africa septentrionali, dictae Societatis Patribus commisso, pars quaedam territorii ad missionem independentem efformandam distraheretur: Nos, omnibus rei momentis attento ac sollicito studio perpensis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, de ipsorum Patrum consilio, ut in illis regionibus fides catholica magis augeatur, supralaudati Vicarii generalis precibus annuendum existimavimus. Quapropter motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, e vicariatu apostolico de Ouaghadougou in Africa septentrionali territorium vulgo de *Media Valle* nuncupatum separamus sive dismembramus, atque inde novam apostolicam praefecturam nomine de *Navrongo* erigimus, eiusdem Societatis Missionariorum Africae Patribus committendam. Porro statuimus ut novae huius apostolicae praefecturae territorium, tota solaque pars sit vicariatus de Ouaghadougou quae adiacet territorio coloniae anglicaé Littoris Aurei *(Gold Coast):* ac proinde eius limites sequentes sunto: 1) ad orientem, limes inter Littus aureum, et Togo, seu circiter 2°45 ad occidentem Lutetiae Parisiorum; 2) ad meridiem, nonus gradus latitudinis borealis, quo separatur a vicariatu Littoris Aurei; 3) ad Occidentem, flumen *Volta Nigra* vulgo dictum, a quo separatur a vicariatu Littoris Eburnei, quodque etiam dividit coloniam gallicam Littoris Eburnei, a colonia anglica Littoris Aurei; 4) ad septentrionem, limes, qui coloniam anglicam Littoris Aurei et coloniam gallicam Voltae superioris separat.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, et singulis atque universis ad quos spectant, nunc et pro tempore amplissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

BASILICAE MINORIS HONORES ET PRIVILEGIA CONFERUNTUR ECCLESIAE PAROECIALI SANCTAE MARIAE GLORIOSAE, VULGO «DE' FRARI» CIVITATIS VENETIARUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Insigniores inter sacras aedes, quibus civitas Hadriaci maris regina nobilitatur, conspicuum sane locum obtinet templum paroeciale Sanctae Mariae Gloriosae, vulgo *de* Frari* appellatum. Constat historicis documentis, ineunte saeculo reparatae salutis decimo tertio, Iacobum Tiepolo ducem obtulisse primis Ordinis Minorum Fratribus Venetias lustrantibus et sine sede vagafntibus, pro asylo veterem abbatiam a Benedictinis relictam, quae prima ipsis fuit domus; sed percrebrescente fidelium ad novos Fratres concursu, brevi vetustae ac fatiscentis ecclesiae loco, novum ad Minoriticae Familiae decus, foventibus populo ac proceribus venetis, surrexisse templum structura et artis operibus praenobili Legatus Apostolicus Venetiis Cardinalis Diaconus Octavianus primum huius templi lapidem posuit, die v mensis aprilis anno **MCCL**, quod auctum voluit titulo Mariae Gloriosae, idest sideribus receptae. Immane opus tria fere per saecula productum est; Episcopus enim Telesinus, Petrus a Trani, Ordinis Minorum, die xxvn mensis man anno **MCCCCLXxxxn** sollemnem celebravit ecclesiae consecrationem. Assumptionis Virginis mysterium singulari cultu iugiter habitum est hac ipsa in aede, cuius maiore in altari enitet celeberrima Veeellii Titiani tabula, quae Assumptionem Virginis refert. Pluribus et quidem mirificis summorum magistrorum operi-

bus abundat templum, et quasi certatim maximi artifices sculpturis et pictis tabulis illud ornarunt, locupletarunt. Nec minori pollet sacrae supellectilis, relliquiarum, et spiritualium privilegiorum patrimonio; ibi enim colitur relliquia pretiosissima Sanguinis D. N. I. O. et beati martyris Gentilis a Mathelica Ordinis Minorum corpus; pluresque Romani Pontifices, Nostri Praedecessores, peculiaribus gratiis atque indulgentiis ipsum donarunt. Templum cum coenobio continenti iure habetur uti monumentum sacrum et civile, nec non uti, in Patavina Provincia, actuosae vitae franciscalis centrum. Et sane insignes inde prodierunt viri quibus franciscalis familia gloriatur, pietate, doctrina ac dignitate ornati, episcopi, cardinales ac duo Romani Pontifices, Nostri decessores, Xystus IV ac Xystus V, quorum nomini nullum par elogium. Memorare etiam iuvat Capitulum generale Ordinis Minorum in iisdem templo ac coenobio legitime coadunatum fuisse, anno **MCCCXXXXVI**, in quo, mille quingentis fratribus suffragantibus, Minister generalis electus ac renunciatus fuit celeber Donatus, postea in purpuratorum Ecclesiae Patrum senatum adlectus. Et cum factis quidem Venetae Reipublicae huius templi sociatur historia; conspicuis enim largitionibus familiae civitatis patriciae, Badoerii, Gradenigo, Pisauri, Eoscari, Corner, Morosini, Iustiniani primum ecclesiae fabricam iuvarunt, gen tilia dein sepulcra in ipsa aede posuerunt: in qua ad memoriam perennandam civium et ducum, qui pro fide ac patria adversus Turcas terra marique pugnantes ceciderunt, maxime gloriosa, publico aere erecta, monumenta prostant. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Minister provincialis hodiernus Regularis Provinciae Patavinae S. Antonii, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, qui in ipsa aede divino cultui inserviunt et digne ac devote ibi sacra implent officia, Nos supplicibus votis deprecatus sit, ut dictum templum S. Mariae Gloriosae ad titulum atque honorem Basilicae minoris evehere dignaremur, hasque preces cumulent atque ornent gravissima commendationis officia tam Procuratoris generalis Ordinis Minorum Conventualium, quam dilecti filii Nostri Petri S. R. E. Cardinalis La Fontaine, ex dispensatione Apostolica Patriarchae Venetiarum, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, hoc anno septies saeculari a pretioso obitu seraphici patriarchae sancti Francisci Asisiensis, templum sanctae Mariae Gloriosae sive in caelum Assumptae Venetiis, titulo et gradu Basilicae minoris decoramus cum privilegiis atque honorificentiis iuxta decretum et morem adnexis.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere: illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super bis a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die i mensis februarii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. CAIETANUM PROTODIACONUM S. AGATHAE S. R. E. CARDINALEM BISLETI : QUEM LEGATUM MITTIT CALARIM AD MARI ALIA SOLLEMNIA.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Insignis admodum ac perantiqua est Marialis aedes quae, in Calaritana urbe sita, a ***Bono Aere*** nuncupatur; cum enim iam inde a saeculo tertio decimo simulacrum illud Virginis beatissimae, opera quidem studioque Mercedoniorum sodalium, coli coeptum esset, tam magna et multa fuere beneficia quae divinitus nullo non tempore impetrata sunt, ut pii Sardiniae incolae et nautae ad caelestem Dominam de ***Bono Aere,*** tamquam ad salutis praesidium, fidenter confugere consueverint. Itaque non miramur equidem si haud ita pridem effigies illa augusta et a Vaticano Capitulo corona aurea redimita sit et a decessore Nostro p. r. Pio X Virgo de ***Bono Aere*** Patrona Sardiniae maxima sit renuntiata; cumque vetus aedes nimis angusta visa esset, novum amplissimumque templum a solo est excitatum. Iamvero luctuosum plane factum, ut ipse nosti, abhinc tres annos evenit: non modo enim simulacrum sanctum pretiosis rebus spoliatum est, sed etiam coronae ipsae tum Deiparae tum Pueruli Iesu sunt impie surreptae. Vix dici potest quantopere commoverentur tunc animi Sardorum; qui, pietatis ardore flagrantes, ut sacrilegium tam infandum quodammodo resarcirent, nova diademata vel ditiora, collata stipe, divinae Matri obtulerunt. Nunc autem iucundissimum sane nuntium Nobis a Calaritano Archiepiscopo affertur: sacra nempe sollemnia Calari apparari ut iterum caelestis Domina de ***Bono Aere*** redimiatur corona, ac

praeterea, occasione data, Marialem conventum novique templi dedicationem celebratum iri. Nos, quibus nihil est optabilius quam ut magnae Dei Matris cultus in populo christiano vigeat ac floreat, perquam libenter votis satisfacimus sacrorum Sardiniae Antistitum, Purpuratum Patrem scilicet illuc mittendi qui personam Nostram in eventu tam fausto rite gerat. Quamobrem te, dilecte fili Noster, his Litteris eligimus qui coronam auream simulacro Virginis de *Bono Aere* nomine et auctoritate Nostra imponas, mariali Conventui praesis ceterisque caeremoniis praesideas. Ac fore pro certo habemus ut, eximiae pietatis tuae exemplo praefulgente, navantibus autem tibi operam sollertissimis Episcopis cum Mercedoniis sodalibus, magni salutis fructus ex rei celebratione percipiantur; illud potissime, ut cotidie magis Sardorum religio crescat erga caelestem Patronam, in qua est « gratia omnis viae et veritatis,... omnis spes vitae et virtutis ». Interea, Nosmet ipsos eidem Virgini de *Bono Aere* enixe commendantes, divinorum munerum auspicem esse volumus apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, Sardiniae Episcopis, Mercedoniis sodalibus atque iis omnibus qui sollemnibus sacris intererunt benevolenti efïusoque animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis martii, in festo Annuntiationis B. M. V., anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

II

AD RE. PP. DD. VICARIOS ET PRAEFECTOS APOSTOLICOS SINARUM REGIONIS: ADVERSUS QUASDAM FALLACES OPINIONES DE ECCLESIAE OPERA IN EAS GENTES,

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres ac dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.— Ab ipsis pontificatus primordiis, omnem curam ac soyicitudinem Nostram ad sacrarum Missionum incrementum atque profectum contulimus, earum praesertim, quae inter populos in tenebris et in umbra mortis adhuc sedentes constitutae sunt. Cuius quidem magnae Nostrae sollicitudinis argumentum praebuimus Epistola Encyclica *Berum BJeelesiae* paulo ante edita, qua, sollertem Missionalium industriam ad novas atque accuratiores normas dirigentes, clerum et fideles, ut precibus atque opibus evangélicos operarios adiuvarent, enixe in Domino hortabamur. Ex omnibus tamen gentibus, ad quas evangelicae doctrinae lumen afferri debet,

illae maxime Nobis cordi sunt quae extremas orbis partes incolunt, in primisque ad istam regionem oculos animumque Nostrum in dies sollicitiorem convertimus. Etenim ingens illa hominum multitudo, qui per istam tam dissitam tamque immensam regionem vitam agunt, ii quidem, et ob animi laudes et ob innatam probitatem, non modo ad perfectiorem vitae cultum pervenere, sed etiam bonam certamque spem non semel attulerunt, se Evangelii praeconibus in disciplinam libenter tradituros. Cuius quidem tam laeti eventi exspectationem res miriñce comprobavit; in praesenti enim vos, venerabiles fratres ac dilecti filii, magno gaudio laetitiaque summa afiicimini, cum vos fidelibus plurimis undique circumsaeptos videatis, quorum non pauci aut parentibus glorientur pro Christo caesis, aut ipsimet « digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati » (*Act. Apost.*, v, 41). Sanctissimum tamen Missionalium opus istic uberius proveheretur si vana illa fallaxque exstirparetur opinio, quae longe lateque in dies percrebrescit, quaeque in istorum hominum, praesertim iuvenum, animis -—ut sunt plerumque rudes atque ignari — radices penitus agit, Ecclesiae nempe Catholicae eiusque Missionalium operam non ad ea dumtaxat spectare quae Religionis sunt, sed publicis studiis consiliisque exterarum gentium servire, atque idcirco obstare quominus populi a se evangelica doctrina collustrati vel sui iuris fiant vel ea, quae sunt suae nationis postulata, libere vindicent. Quo in genere non est dubitandum quin publicarum rerum vicissitudines et inflanimatum concitatumque nationis partiumve studium, quod raro ab intemperantia disiungitur, interdum ad errorem huiusmodi disseminandum, tam exitialem Ecclesiaeque iniuriosum, ut ex ratione ipsa atque experientia constat, satis valuerint. Ex quo quidem exitiali errore cum in populorum ac principum suspicionem Ecclesia cadat ac vocetur, quasi insidias eorum iuribus struat, miserrime evenit ut animi a catholica fide abalienentur. At profecto vel unum Ecclesiae « catholicae », idest « universalis », nomen ostendit, ipsam ad Omnes gentes pertinere universosque populos complecti, nullamque in ea, ex divina Christi Conditoris voluntate, esse posse stirpis vel generis distinctionem. «Ubi non est gentilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, barbaras et Scytha servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus» *{Ad Col.*, **III**, 11). Omnes enim homines fratres sunt: « Omnes vos fratres estis », quippe qui ex uno eodemque Patre sint progeniti: «Unus est enim Pater vester qui in caelis est » (Matth., **XXÏÏI**, 8-9); et salutaris Redemptionis fructus omnibus omnino offertur, quo ius ad aeternam beatitatem consequendam acquiritur: « heredes quidem Dei, coheredes autem Christi » *(Ad Rom.*, **VIII**, 17). Quapropter evangelicam doctrinam omnibus gentibus praedicari oportet, praecipiente Christo: «Praedicate Evangelium omni creaturae » (Matth., x v, 15). Missionales

Vero non a civilis societatis moderatoribus, sed ab ipso Deo ad hoc sanctum peragendum opus vocantur: «Non vos me elegistis sed ego elegi vos» (Ioan., **XV,** 16), iidemque ab Ecclesia concionandi munus atque officium suscipiunt. Hi ergo non humani sed divini praecones sunt, qui, quod Apostolis Christus opus concredidit, id ipsum religiose prosequuntur. Divinis vero mandatis atque praeceptis Ecclesia nullo tempore defuit, omnique diligentia ac studio populos fovit, quibus christianae veritatis beneficium contulisset; immo etiam eorum iura a principum gubernatorumve arbitrio ac dominatu una saepius vindicavit, quemadmodum historia luculentissime testatur. Itaque ipsa in universum a suis administris, singulari vero ratione ab iis, qui in sacris expeditionibus a se missi elaborarent, quodlibet suae cuiusque nationis studium arcere perpetuo nisa est, ut iidem «quaerentes non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi » *(Ad Philipp.,* n, 21) et ferentes « nomen Iesu coram gentibus et regibus » *(Act.,* ix, 15) tantummodo Dei gloriae animarumque saluti operam darent assiduam. Quod si interdum — quod rarius profecto contigit — unus vel alter ex evangelicis operariis de hoc, quod Ecclesia constanter tenet, itinere deflexit, ipsa et hanc agendi rationem reprobavit et huiusmodi incommodo Opportunis remediis occurrit. Quae autem in indigenis presbyteris instituendis cura adhibetur, ut ii non modo auxilium opem que Missionalibus exteris ferant, sed etiam, cum numero, prout necessitas postulat, creverint, paullatim in eorum locum substituantur, ea ipsa nonne clare manifestat, Ecclesiam et verbis et re illum, quem supra memoravimus, intempestivum patriae amorem a suis administris omnino amovere velle? Neminem tamen latet, primum Evangelii semen fere semper ab exteris presbyteris iactum esse, qui, secundum illud divini Magistri: « Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae », suam quisque patriam reliquerunt, ut fratribus evangelicam lucem afferrent. Ita hanc Almam Urbem Petrus Galilaeus et Paulus Tarsensis ad Christi fidem amplectendam profitendamque vocarunt; ita Titus et Timotheus, Episcopi, Cretenses et Ephesinos catholicae fidei veritates docuerunt, quamvis ii essent alienigenae; ita Patricius, in Caledonia natus, Hiberniae apostolus est factus; ita Bonifacius, Britannus, Germanos Christo lucratus est. Quem quidem morem si usque in hodiernum diem, pro temporum ac locorum condicionibus, Ecclesia servavit, institit tamen Missionalibus suis. ut puerulos indigenas bonae spei rite instituendos et aliquando sacerdotio initiandos susciperent, cum sibi persuasum esset, haud aliter Christi regnum ubivis constitui ac stabiliri posse. Ad rem sufficit ea reeolere salutaria monita, quae fel. rec. decessor Noster Benedictus XV in Enc. Litt. *Maximum illud* adhibuit; atque eadem non ignoratis Nosmet, per Encyclicas Litteras *Rerum Ecclesiae* paulo ante datas,

et fusius et vehementius iterasse. Quae quidem Ecclesiae hortationes exitum, Deo dante, tam laetum profecto habuere, ut hodie ad meliorum rerum spem animum Nos erigere possimus; vobismet enim ipsis plures iam presbyteri indigenae praesto sunt, qui in Christi regno amplificando vobiscum fructuose elaborant atque desudant, et sacerdotes Sinenses nonnulli gubernationem Ecclesiae participant habentque vobiscum communem. Sint igitur Deo — bonorum omnium datori — grates quam maximae, quod per hunc Pontificatus Nostri deciirsum auspicato contigit ut plures sacrae Missiones recens conditae clero Sinensi committerentur. Id ipsum ut haud mediocrem gaudii laetitiaeque causam Nobis affert, ita fieri non poterit quin et Missionales alienígenas et Sinenses ipsos vehementer delectet, cum ii praeclaros omnium laborum a se atque a decessoribus exantlatorum fructus iam colligant, hi autem diem illum appetere iam atque illueescere sentiant, quo vota sua atque optata, eximio tot evangelicorum operariorum beneficio, expleantur. Interea quid catholico orbi pulcrius visu quidve antiquius, quam ut Episcopi sacerdotesque alienigenae, cum Episcopis atque presbyteris sinensibus fraterna caritate coniuncti, communiter omnes Ecclesiae incremento atque Sinarum bono promovendo dent operam? Hisce quidem de rebus sane gravissimis, vos, venerabiles fratres ac dilecti filii, alioqui placuit, ut eas ipsas in animum mentemque sacerdotum ac fidelium, quibus praeestis, redigatis; quo in genere.fideles potissimum commoneri oportet hodie, ne in errorem ab iis inducantur qui, patriae nomine atque causa praepostere interpositis, eo unice spectant ut cives suos Ecclesiae Dei inimicos reddant. Id propterea alloquendo scribendoque efficite ut vel ii, qui extra Ecclesiae saepta infeliciter vagantur, germanam saltem eiusdem notionem acquirant, eamque talem societatem habeant atque agnoscant, cuius sit ea dumtaxat quae pertinent ad Dei cultum aeternamque animarum salutem per perfectae caritatis exercitationem curare. Cavet enim Ecclesia ne se in civilia negotia inque civitatis rationes immisceat atque interponat; nec unquam passa est, Missionales opera sua exterarum civitatum aut consiliis favere aut utilitates provehere. Praeterea nemo ignorat — quod ipsum historia omnium temporum testatur — Ecclesiam ad eas, quae cuiusvis nationis aut regni propriae sunt, leges aut constitutiones, sese accommodare; eorum, qui civili societati legitime praesunt, dignitatis rationem habere atque inculcare; nihil aliud pro evangelicis operariis et christifidelibus quam commune ius, incolumitatem atque libertatem exposcere. Quod si quibusdam in regionibus rerum publicarum administratores Ecclesiae patrocinium interdum susceperunt, hoc ipsa non in indigenarum detrimentum usa est, sed unice ut se suosque in tuto ab maiorum hominum vexationibus collocaret. In comperto enim est, id ad quam-

Übet rempublicam, iure proprio ac nativo, spectare, ut omnium civium suorum ubique terrarum commorantium vitam, iura et bona tueatur;, quam quidem tutelam, praesertim cum vexarentur, ipsi Missionales experti sunt. Itaque Apostolica Sedes eiusmodi defensionem non recusavit, eo dumtaxat consilio ut sacras Missiones ab arbitriis atque iniuriis maiorum hominum subtraheret; minime vero ut iis aliis faveret propositis, quae forte gubernatores exterartim gentium, data opportunitate, cives suos protegendo, haberent. Utinam, quae supra diximus ita vulgo accipiantur ut in ista tam ampla Nobisque tam dilecta natione, falsa qualibet suspicione remota, omnes in Ecclesiam atque in Missionales inimicitiae deponantur ac desistant! Enixas autem Deo preces admoventes ut pacem prosperitatemque Sinarum gentibus largiatur, vobis, venerabiles fratres ac dilecti filii, Missionalibus et christiano populo cui praeestis, in caelestium munerum auspicium atque in paternae Nostrae caritatis testimonium, Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **XV** mensis iunii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

COMUNICATO

Come per l'opuscolo « Padre Pio da Pietreleina » con prefazione a firma di Giuseppe De Eossi, di cui al N. 5, anno corr., pag. 186 di questo Bollettino Ufficiale, la Suprema S. Congregazione dei S. O. richiama l'attenzione dei fedeli anche sull'altro simile, stampato pure in Roma dallo stesso editore Giorgio Berlutti sotto il titolo « Giuseppe Cavaciocchi - Padre Pio da Pietrelcina. - **n** fascino e la fama mondiale di un umile e grande francescano ». Edizione illustrata - il quale deve per la stessa ragione ritenersi proibito *ipso iure* a termine del can. 1399, 5°, di modo che a termini del precedente can. 1398, § 1, non può senza il dovuto permesso, nè stamparsi, nè leggersi, nè ritenersi, nè vendersi, nè tradursi in altre lingue, nè comunque comunicarsi con altri.

Anche in questa occasione, la medesima Suprema Sacra Congregazione crede necessario di richiamare alla memoria dei fedeli le precedenti sue dichiarazioni ed istruzioni relative al sunnominato Padre che si trovano pubblicate in questo stesso Bollettino, vol. XV (pag. 356) e vol. XVI (pag. 368), perchè i fedeli sappiano essere loro dovere di astenersi dall'andare a visitarlo, o mantenere con lui relazioni anche semplicemente epistolari.

Dato a Roma, dal Palazzo del S. Uffizio, 11 luglio 1926.

Luigi Castellano,
Notaro della Suprema S. G. del S. Uffizio.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

UBERABENSIS

TRANSLATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

DECRETUM

Cathedralis ecclesia TJberabensis, Sacratissimo Cordi Iesu dicata, quamvis episcopali palatio proxima, remota tamen est a civitatis centro : insuper parva est et fidelium numero confluendo impar; ac denique nullis artium operibus decoratur. Vicissim, vero, in medio huius civitatis, amoeno in loco, alia habetur ecclesia paroecialis, Sanctis Antonio et Sebastiano dicata, pulcre exornata satisque ampla. Quibus stantibus, hodiernus Episcopus Uberabensis, consentientibus Capitulo cathedrali et parocho memoratae paroecialis ecclesiae, a Ssmo **Dno** petiit ut, permutatis titulis, ecclesia a Sacratissimo Corde Iesu paroecialis fieret, aliaque, Sanctis Antonio et Sebastiano sacra, cathedralis constitueretur. Porro Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, omnibus mature perpensis, hisce precibus annuendum esse censuit. Quapropter de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, memoratam ecclesiam paroecialem Sancto Antonio et Sancto Sebastiano dicatam in cathedralem Uberabensis dioecesis erigit sub invocatione Sacratissimi Cordis Iesu, cum omnibus iuribus et privilegiis, quae vel de iure vel de consuetudine ceteris cathedralibus ecclesiis in Brasilia competunt, et ecclesiam paroecialem transfert ad actualem ecclesiam Sacratissimo Cordi Iesu dicatam, quae deinde sub invocatione veniet Sanctorum Antonii et Sebastiani. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die vicesima maii anni millesimi nongentesimi vigesimi sexti.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

ii. *m* S.

f Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonieen., *Adsessor.*

II

VACIEN.-CSANADIEN.

- DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECEBTUM

Postulantibus fidelibus praedii *Felsöpusztaszer* ut a propria paroecia *CsanyteleTc* dioecesis Vaciensis, a qua multo distant, separentur, et viciniori paroeciae *KisteleTc* dioecesis Csanadiensis incorpórente, SS.mus D. N. Pius PP. XI, attento utriusque dioecesis Ordinariorum consensu, precibus benigne annuendum censuit. Quapropter, Apostolicae potestatis plenitudine¿ vi praesentis Consistorialis decreti statuit, ut memoratum praedium *Feisöpusztaszer* cum suis incolis a paroecia *CsanyteleTc* et a dioecesi Vaciensi avellatur atque paroeciae *KisteleTc* ac dioecesi Csanadiensi tam in spiritualibus quam in temporalibus perpetuo aggregete. Ad haec autem executioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. D. Caesarem Orsenigo, Archiepiscopum tit. Ptolemaiden. ac Nuntium Apostolicum in Hungaria, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere transmittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Eomae ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die vicesima nona maii anni millesimi nongentesimi vigesimi sexti.

£8 C. Card. **DE LAI**, Ep. Sabinen, et Mandeíen., *Secretarius,*

L. © S.

f Fr. Raphaele, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

in

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

25 iunii 1926. — Cathedrali Ecclesiae Grandormensi praefecit R. P. D. Iosephum Pinten, hactenus Episcopum Superiorensem.

2 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Superiorensi, E. D. Theodorum Reverman, parochum ad Sancti Francisci, civitatis *Louisville.*

9 iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Quebecensi, E. P. D. Raymundum M. Rouleau, hactenus Episcopum Campivallensem.

— Cathedralibus Ecclesiis Calliensi et Pergulanae invicem perpetuo unitis, R. D. Iosephum Venturi, Cancellarium Curiae dioecesanae Veronensis.

10 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Campivallensi, R. P. D. Alafridtim Langlois hactenus Episcopum titularem Titopolitanum.

14 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Áttudensi, R. P. Aloisium Tchen, O. F. M., deputatum Vicarium Apostolicum de Feuyang.

17 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Titopolitanae, R, P. Franciscum Luna, O. F. M., deputatum Vicarium Apostolicum de « EI Beni ».

— Titulari episcopali Ecclesiae Tanensi, R. D. Ioannem Maiztegui Besoitaiturria, e Congregatione Missionariorum Filiorum Imm. Cordis B. M. V., deputatum Vicarium Apostolicum de Darien.

30 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Foroiulensi, R. P. D. Augustinum Simeone, hactenus Episcopum Adiacensem.

IV

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 §2 Metropolita S. Andreae et Edimburgensis designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Dunkeldensis. Quam designationem SSmus D. N. Pius PP. XI rescripto S. C. Consistorialis diei 11 iunii 1926 benigne approbavit.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

LITTERAE CIRCULARES

AD OMNES ORDINARIOS, DE SACERDOTIBUS VALETUDINIS VEL RUSTICATIONIS ANIMIQUE CAUSA EXTRA SUAM DIOECESIM SE CONFERENTIBUS.

Bme Domine uti Frater. Sacrae huic Congregationi exploratum est, sacerdotes quosdam, aestivis potissimum et autumnalibus temporibus, cum valetudinis causa rusticationem in montibus aut iuxta mare suscipiant, vel ad aquas salubritate praestantes proficiscantur, nt balneo vel potu utantur, vixdum sacro peracto, reliquum diei tempus in voluptuariis conversatiotionibus tradncere, theatra, saltatorios ludos, cinematographa, quae vocant, et cetera huiusmodi spectacula adire, quae sacerdotis dignitatem prorsus dedeceant. Nonnullos etiam, talari veste deposita, profanum omnino vestitum induere, ut magis liberi ac soluti evadant.

Huc accedit ut, ceteris etiam temporibus, sacerdotes non desint, qui huiusmodi libertati indulgendo, profanam sibi vestem induant quo urbes non noti invisant, et indecoris et haud honestis spectaculis intersint.

Ut autem gravissimum hoc detrimentum, pro facultate, reparetur, simulque praecaveatur ne huiusmodi sacerdotum numerus infeliciter inerebrescat, ideoque morbus contagione pervulgetur, haec Sacra Congregatio Concilii dum postulat ut Ordinarii omnes in hanc rem mentem et animum düigentissime convertant, praescripta quae sequuntur servanda decrevit:

1. Sacerdotes qui e propria dioecesi, valetudinis causa, per aliquod tempus discedere cupiant, id Ordinario suo submisse petant, tempus pariter Renuntiantes profectionis et reditus itemque loca, quo se conferre constituerunt.

2. Curent Ordinarii ut eas causas, quibus innixi sacerdotes facultatem discedendi e dioecesibus postulaverint, accurate reputent ac decernant; postulantium mores vitaeque rationem prius diligenter perpendant et nonnisi caute eiusmodi facultatem largiantur.

3. Exigant insuper ut sui sacerdotes semper eligant ea diversoria seu hospitia quae Dei administros non dedeceant.

4. Ordinarii praeterea horum sacerdotum nomina quantocius Curiae illius dioecesis renuntient, quo iidem se conferent, itemque significent cum

tempus eisdem concessum, tum diversorium seu domum, in qua hospitio excipientium.

5. Itidem sacerdotes, cum ad locum pervenerint, ubi commorari cupiunt, quam primum Curiae illius loci se sistant, vel, pro rerum adiunctis, Vicarium foraneum sin minus parochum adeant, qui deinceps rem Ordinario suo referre debet.

6. ***a)*** Ordinarii autem locorum, quo sacerdotes valetudinis causa se conferre solent, sacerdotibus inibi commorantibus sedulo attenteque invigilent, vel per se vel per sacerdotes, quibus hoc peculiare munus demandaverint; et ad sacra facienda eos non admittant, nisi iis, quae supra diximus, praescriptis obtemperaverint.

b) Ut autem hi sacerdotes facilius in officio contineantur, opportunas poenas constituant quibus afficientur si scandalum dederint,-vel si quoquo modo aliquod egerint, quod sacerdotali munere indignum sit.

c) Comminari etiam possunt ***suspensionem ipso facto incurrendam*** si publica theatra, cinematographa, ludos saltatorios ceteraque huiusmodi profana spectacula adeant, vel si talarem vestem deponant.

d) Denique poenis, ad sacrorum canonum normam, hos ecclesiasticos reapse multent si huiusmodi praescriptis ceterisque Ecclesiae legibus non obtemperaverint.

e) Propriae istorum ecclesiasticorum Curiae rem diligenter referant, et, si opus fuerint, Sacrae etiam huic Congregationi.

7. Hac in causa, etiam quoad Religiosos, Ordinarii invigilent, poenasque, si deliquerint, ad sacrorum canonum normam decernant, eosque Superioribus maioribus denuntient.

Interim quo par est obsequio cuncta fausta Tibi a Domino adprecans permaneo

Romae, ex Secretaria S. C. Concilii, 1 iulii 1926.

Amplitudinis Tuae

Uti Frater

DONATUS Card. **SBARBETTI**, ***Praefectus.***

f Iulius, Episcopus tit. Lampsacensis, ***Secretarius.***

SACEA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

SSmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

29 aprilis 1926. — Instituti Sororum a Divino Salvatore nuncupati, cuius domus princeps sita est in Urbe, ***Constitutiones definitive approbavit;***

— Congregationis Fratrum Misericordiae, Treviren., cuius domus princeps sita est in dioecesi Trevirensi, ***Constitutiones definitive approbavit;***

— Institutum Sororum vulgo « Figlie dell'Oratorio » nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Lauden., ***approbavit, itemque definitive eius Constitutiones;***

7 iunii 1926. — Instituti Missionariorum vulgo « de la Salette » ***Constitutiones definitive approbavit;***

— Instituti Sororum Ursulinarum Iesus nuncupatarum, ***Constitutiones definitive approbavit;***

— Congregationem Sororum S. Ludovici, loci Monaghan (Clogher) nuncupatam, cuius domus princeps sita est in dioecesi Clogherien., ***laudavit, eiusque Constitutiones, experimenti gratia ad septennium approbavit.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA MI*E

i

NOMINATIONES

Decreto diei 20 februarii 1925, R. D. Armandus Olichon renunciatus est Moderator pro Gallia, Pontificii Operis Sancti Petri Ap., pro Clero indigeno educendo. Itemque pro Statibus Foederatis Am. sept. decreto diei 27 maii 1926, R. D. Eduardus Jones.

Decreto diei 3 iulii c. a. R. D. Moyses Kiley renuntiatus est membrum Consilii Superioris Generalis Pont. Operis a Propagatione Fidei pro Statibus Foederatis Americae Septentrionalis.

II

APPROBATIONES

Decretis huius S. Congregationis de Propaganda Fide Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI, definitive approbare dignatus est:

9 aprilis 1925. — Constitutiones Sororum Pretiosissimi Sanguinis de *Aarle-Bixtel* in Hollandia.

18 iunii. — Constitutiones Sodalitatis Mediolanensis pro Missionibus ad exteros.

12 maii 1926. — Constitutiones Congregationis Mangalorensis Sororum vulgo *Apostolic Carmel.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DAMASCENA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVORUM DEI P. EMMANUELIS RUIZ ET SEPTEM SOCIORUM ORDINIS FRATRUM MINORUM IN ODIUM FIDEI INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem canonis 2116 § 2 *Codicis iuris canonici,* tuto *procedi possit ad solemnem praelatorum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem?*

Spectaculum Deo gratissimum atque hominibus maxime mirandum praebuere in Damasceno coenobio anno millesimo octingentesimo sexagesimo strenui octo Franciscales sodales, qui a nefaria Mahumetanorum cohorte impetiti religiosam professionem cruore suo firmare ac illustrare maluerunt, quam blanditiis, contumeliis et mortis horrore plus aequo commoveri, vitamque sibi apostasiae crimine servare. Ita octo immolatae sunt Christo victimae, quae proprio perfusae sanguine gloriosam martyrii palmam accipere meruere. Ubi primum Damasti tam horrendum facinus vulgatum est, atque in sacro illo coenobio orationes et Dei laudes conti-

cuerunt, ipsa silentia interfectorum sortem proclamabant, omnes christiani cives eosdem martyres praedicantes. Et quoniam, divo Augustino docente, - *Ecclesia pro martyribus non orat, sed eorum potius orationibus se commendat,* - statim ipsorum patrocinium imploratimi est. Atque haec devotio intra Damasti fines non constitit, sed pluribus Syriae regionibus innotuit, ipsamque Terrae Sanctae custodiam, sub cuius iurisdictione erant Damasceni coenobitae, commovit adeo ut in Curia ecclesiastica Aleppensi, ubi primum licuit, episcopales inquisitiones instituerentur, quarum ope haec causa digna est agnita ut Apostolicae Sedis iudicio committeretur, ab eaque, novis conditis processibus, ad optatum finem perduceretur.

Iamvero strenuorum virorum exempla, qui luculentum divinae religionis veritati testimonium sanguine suo praestiterint, magno semper Ecclesiae usui exstiterunt, praesertim quum christiani nomini osores avitam fidem oppugnare palam ausi sunt. « *Armantur enim* (ceu tradit cl. Eucherius Lugdunensis) *-filiorum animi dum patrum recensentur triumplii. Ex his quippe intelligimus, quantum debeat desiderari vita illa aeterna quam per cruciatus, per vulnera, per intolerandos labores videmus inquiri, quam cognoscimus pretio sanguinis comparari* ». (Homil. de SS. Petro et Paulo).

Mhil sane praestantius^ nihil praeclarius inclytus franciscalis Ordo exhibere Deo, nihilque pretiosius proferre potuisset ad memoriam Patriarchae sui Francisci solemniter celebrandam, quam gloriosum octo sacrarum victimarum manipulum, suavitatis odorem mirifice spirantium, quae, ut scribit Cyprianus, « *evangelicam disciplinam sincero fidei vigore tenuerunt* » atque *«incorrupto honore virtutis cum praeceptis Domini et cum Apostolis eius fortiter stantes nutantem multorum fidem martyrii sui veritate solidarunt»* (Epist. 16, col. 68).

Istorum octo Ven. Servorum Dei martyrium luculentum adeo, ex disceptationibus de more habitis, apparuit ut Apostolicam indulgentiam solertes causae actores consequi meruerint, qua eis remissum fuit onus nova signa seu miracula producendi, etsi iuridica probatione communita non forent quae ad discutiendum exhibita fuerunt.

Unum tamen adhuc reliquum erat, ut constituta formularum iudicialium series rite compleretur: utrum Beatorum martyrum honores eisdem Servis Dei *tuto* decerni possent. Hoc perfectum fuit in universo sacrorum Eituum coetu, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI habito die duodevicena volventis mensis et anni, in quo Eeverendissimus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relator, ad expendendum proposuit: « *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii praefatorum Venerabilium Dei Servorum, nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem canonis* 2116, § 2 *Cod. iur. can.,* tuto *procedi possit ad solemnem*

eorumdem Beatificationem ».- Audita unanimi suffragatione tum Reverendissimorum Cardinalium, tum Patrum Consultorum, spatium ad preces effundendas Sanctissimus Pater opportunum duxit. Hodiernam autem diem pervigilium Pentecostes, quum designasset, rei divinae religiosissime operatus, accersiri mandavit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et sanctae Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem causaeque Relatorem, itemque R. P. Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum a secretis; quibus adstantibus solemniter pronunciavit: *Tuto procedi posse ad solemnem praelatorum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.*

Hoc decretum promulgari, in acta sacrae Rituum Congregationis recenseri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de solemni Beatificationis ritu in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrando expedire iussit; undecimo calendas Iunias anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£8 A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. & S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

II

ABYSSINEK". **SEU** ERYTHREAE

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI ABBA GHEBRE MICHAELIS SACERDOTIS IN CONGREGATIONEM MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO COOPTATI IN ODIUM FIDEI INTEREMPTI.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?

In mystico Ecclesiae viridario, quod Christus Dominus, cultor aeternus, constituit, sanguine suo rigavit et caelesti halitu fovet, virginum lilia et martyrum rosae perpetuo florent ac sua vitatis odorem spirant usquequaque. Ex quo fit ut fortissimorum virorum series, qui vita profusa testimonium catholicae fidei reddiderunt, nullis unquam finibus circumscripta, nulla aetate conclusa fuerit. Huiusce rei exemplum praeclarissimum

•ex illa superioris Aethiopiae parte educitur, quae Abyssinia appellatur^ •quaeque speciosum catholicae fidei florem genuit et aluit, Michaelem Ghebre, inter Christi martyre^ dignum qui Apostolica auctoritate recenseatur. Christianam is a suis parentibus religionem accepit, sed haeresi infectam, et a catholica fide scissam. Adultior effectus, quum animadvertisset in ea regione tres vigere scholas seu sectas, quae diversas doctrinas profitebantur de Christi Iesu natura, desiderio flagrari coepit penitius veritatem inquirendi. Itaque viginti quinque annos agens, castitatem Deo vovere statuit atque in monachorum coenobium ingredi, ut impensius religionis studio et veritatis investigationi incumberet. Praestantis ingenii solidaeque pietatis indubia praebuit indicia, quibus sibi viam pandit ad pervetustos libros codicesque perlustrandos, atque ad subtiles disceptationes cum schismaticorum magistris habendas. Interim cum Ven. Iustino de Iacobis e Congregatione Missionis, qui tum temporis in Abyssinia apostolico munere fungebatur, amicitiam iniit, cum eoque pluries de catholicae doctrinae veritate disserendi occasionem est nactus, atque ab ipso, eiurata haeresi, in Ecclesiae Eomanae sinum exceptus est.

Huius rei nuncium aegre tulit episcopus schismaticus Salama, qui renuentem Dei famulum fidei formulae adhaerere, quam ipse tuebatur, in arctam custodiam coniecit. Libertati restitutus intercessione Ven. Iustini de Iacobis, statim sacerdotio est initiatus, et ab eodem in Congregationem Missionis cooptatus, sacra obire munia suscepit cum maximo animarum lucro. Theodori autem regis iussu in vincula est coniectus, ubi quaestionibus, flagelhs aliisque tormentis pluries ac dire tentatus constantiam suam in fide catholica immotam ostendit. Quare neci damnatus ad Theodori pedestres copias sequendas adactus est. Inter aerumnas ac itineris labores, disenterico correptus morbo, occubuit, vertente anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto.

De eius Beatificationis causa ineunda flagrans erat omnium christifidelium desiderium, sed adversa locorum adiuncta cunctationem imposuere. Conditis tandem iuridicis probationibus, prouti nostrae leges iubent, de Servi Dei martyrio et causa martyrii disceptari coeptum est; primum in Antepreparatorio coetu apud Reverendissimum Cardinalem Caietanum Bisleti, causae Ponentem; deinde in Praeparatorio, ac novissime in Generali conventu coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacto, die decima octava volventis mensis et anni; in eoque Reverendissimus causae Relator ad discutiendum sequens dubium proposuit: « *An constet de martyrio et causa martyrii, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?* » Quotquot interfuerant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suam exposuere suffragationem, quas omnes intento animo

prosecutus est Beatissimus Pater; non tamen suam mentem aperuit, cupidus ut spatium suppeteret ad divini consilii lumen precibus impensius exposcendum.

Adventantibus autem Pentecostes solemniis, hodiernum pervigilium eorumdem selegit. Ideo, divinis rehgiosissime operatus, accersiri mandavi Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacraeque Rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una insimul cum R. P. Carolo Salotti, S. Eidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis; eisque praesentibus, Pontificio solio assidens solemniter declaravit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilis Servi Dei Michaelis Ghebre, ut ad ulteriora procedi possit.*

Decretum hoc evulgari, et in acta sacrae Rituum Congregationis referri iussit, undecimo calendas iunias, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£B A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

III

DUBIA

CIRCA GENEEIS HUMANI CONSECRATIONEM SACRATISSIMO CORDI IESU

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia'pro opportuna solutione proponuntur:

Pius Papa X s. m. per Decretum generale Sacrae Congregationis Indulgentiarum, diei 22 augusti 1906, mandavit, ut singulis annis, die festo Sacratissimi Cordis Iesu, in omnibus parochialibus templis, nec non in illis in quibus idem festum agitur, coram Sanctissimo Sacramento publicae adorationi exposito, formula Consecrationis generis humani Sacratissimo Cordi Iesu recitaretur, additis Litarnis in honorem eiusdem Sacratissimi Cordis.

Sanctissimus autem Dominus noster Pius Papa XI per Litteras Encyclicas *Quas primas,* diei 11 decembris 1925, praecepit, ut postremo mensis octobris dominico die, in festo scilicet Domini nostri Iesu Christi Regis, generis humani Consecratio Sacratissimo Cordi Iesu quotannis renovetur, quam Pius Papa X s. m. singulis annis iterari iusserat, adhibita tamen Consecrationis formula, quam Sacra Rituum Congregatio per Epistolam

diei 17 octobris 1925 ad Ordinarios transmisit, ut die 31 decembris eiusdem anni recitaretur.

Hinc quaeritur:

I. An etiam in festo Sacratissimo Cordis Iesu peragenda sit consecratio generis humani, et in casu affirmativo quaenam formula adhibenda sit?

II. An in festo Domini nostri Iesu Christi Regis, praeter Consecrationis formulam, recitandae sint Litaniae de Sacro Corde Iesu?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem: *Ad libitum;* quoad secundam partem: adhibenda est formula per Epistolam diei 17 octobris 1925 ab hac Sacra Congregatione ad Ordinarios transmissa.

Ad II. *Affirmative.*

Atque, approbante Ssmo Domino Nostro Pio Papa XI, ita rescripsit atque declaravit. Die 28 aprilis 1926.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. œ s.

Angelus Mariani, *Secretarius**

IV

NAGPOREN.

CIRCA CALENDARIUM PROPRIUM RELIGIOSARUM CONGREGATIONUM

DUBIA

Rmus Dnus Episcopus Nagporensis sacrorum rituum Congregationi reverenter exposuit sequentia, nimirum:

In decreto S. R. C. diei 28 februarii 1914 ad II, circa Festa localia quae a Religiosis recoli debent, legitur: «Congregationes seu Instituta utriusque sexus a S. Sede approbata et sub regimine unius praesidis generalis constituta, sijad recitationem Officii divini teneantur, proprium pariter habeant Calendarium».

Quaeritur:

I. An per Congregationes seu Instituta supradicta intelligantur etiam Congregationes clericorum qui divini officii recitatione non obligantur nisi ob receptos ordines sacros seu maiores?

v II. An qui pertinent ad praefatas Congregationes seu Instituta, Orationi ***A cunctis*** addere valeant nomen Patroni praecipui propriae Religionis, in ecclesia ubi Missam celebrant, post recitatum nomen Sancti titularis eiusdem ecclesiae?

III. An sacerdotes dictae Congregationis seu Instituti habentis Calendarium proprium, et qui, ubi rectores et capellani regulariter addicti sunt sacro ministerio alicuius ecclesiae seu sacelli, teneantur recolere ***cum octava*** Sanctum titularem et dedicationem ecclesiae cathedralis nec non Patronum principalem loci seu dioecesis?

Et sacra eadem Congregatio exquisito atque audito specialis Commissionis suffragio, re sedulo perpensa, rescribendum censuit.

Ad I. ***Affirmative*** in omnibus.

Ad II. ***Negative*** sine speciali Indulto Apostolico.

Ad ***III. Negative;*** seu sine octava, iuxta Rubricas.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 14 maii 1926*

£ß A. **CARD**.. Vico, Ep, Portuen. et S. Rufinae
S. B. C Praefectus.

E. © S,

Angelus Mariani, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

PREGHIERA PER LE SANTE MISSIONI

« Amabilissimo Signor nostro Gesù Cristo, che al prezzo del vostro preziosissimo Sangue avete redento il mondo, volgete misericordioso lo sguardo sulla povera umanità che in così gran parte giace ancora immersa nelle tenebre dell'errore e nell'ombra della morte, e fate su di essa risplendere tutta intera la luce della verità. Moltiplicate, o Signore, gli apostoli del vostro Evangelo, infervorate, fecondate, benedite con la vostra grazia il loro zelo e le loro fatiche; affinchè tutti gli infedeli per loro mezzo vi conoscano e si convertano a voi, loro Creatore e Redentore. Richiamate gli erranti al vostro ovile, i ribelli al seno della vostra unica vera Chiesa. Affrettate, o amabilissimo Salvatore, l'auspicato avvento del vostro regno sulla terra, attraete al vostro Cuore dolcissimo tutti gli uomini, affinchè tutti possano partecipare degli incomparabili beneficii della vostra Redenzione nell'eterna felicità del Paradiso. Amen ».

Die 18 Maii 1926

Sacra Poenitentiaria Apostolica omnibus christifidelibus benigne concessit sequentes Indulgentias: 1) *Partialem* trecentorum dierum, toties lucrandam, quoties supra relatam, orationem saltem corde contrito devote recitaverint; 2) *Plenariam,* suetis conditionibus semel in mense acquirendam, si per integrum mensem eamdem recitationem persolverint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Er. A. **CARD. ERÜHWIRTH,** *Maior Poenitentiarius.*

L. $ s.

I. Teodori, *S. P. Secretarius.*

II

INVOCATIO

« Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiae revocare, et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris: Te rogamus, audi nos ».

Die 18 Man 1926

Sacra Poenitentiaria Apostolica omnibus christifidelibus, quoties supra relatam invocationem saltem corde contrito recitaverint, Indulgentiam trecentorum dierum benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Fr. A. **CARD. FRÜHWTRTH,** *Maior Poenitentiarius.*

L. © S.

I. Teodori, ***S. P. Secretarius.***

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

CAMPIVALLEN.

NULLITATIS MATRIMONII (KEARNEY-HEBERT)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Iosephi Thomae Homeri Hébert *[alias* Hibbert *vel* Hubert) in causa conventi eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 9á) die 25 octobris 1926, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Iosephi Thomae Homeri Hébert curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

L. **£8** S. A. Jullien, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 15 iulii 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Joseph Homère Hébert *(autrement* Hibbert *ou* Hubert) défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement-constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), 25 Octobre 1926 à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du heu de la résidence du dit Mr Joseph Thomas Homère Hébert, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

VARSAVIEN.

SEPARATIONIS (BULHAK HUTTEN-CZAPSKA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Comitissae Iosephae Hedvigis Bulhak, natae Hutten-Czapska, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria 94) die 8 novembris 1926 hora 10 ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendam, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de causis separationis perpetuae quoad thorum, mensam et habitationem?

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Comitissae Iosephae Hedvigis Bulhak, natae Hutten-Czapska, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

L. **gg** S. P. Morano, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 15 iulii 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Madame la Comtesse loséphine Hedwige Bulhak, née Hutten-Czapska, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, ati siège du Tribunal de la S. Eote Eomaine (Roma, via della Dataria n. 94), le 8 Novembre 1926, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote:

Gonste-t-il des cames de séparation perpétuelle et complète dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du heu de la résidence de la dite Madame Comtesse loséphine Hedwige Bulhak, née Hutten-Czapska, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

SECRETARII STATUS

LITTERAE CIRCULARES

AD OMNES NUNTIOS, INTERNUNTIUS ET DELEGATOS APOSTOLICAE SEDIS, ET AD OMNES ORDINARIOS ITALIAE, DE REI CATHOLICAE INIQUA CONDICIONE IN MEXICO.

Ill.mo e Eev.mo Signore,

Continuano a pervenire alla Santa Sede notizie gravi circa le dolorose vicende della Chiesa nella Repubblica del Messico, dóve sotto l'ipocrita forma di una pretesa legalità si va compiendo da coloro che detengono il Governo di quella sventurata nazione una vera e propria persecuzione contro la religione cattolica.

mitatio statueretur inter vicariatum Apostolicum de Gallas et Missionem suam, atque ad id dicti vicariatus dé Gallas Ordinarii accedat consensus: Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum W. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, de Fratrum eorundem consilio, haec, quae infrascripta sunt, statuenda censuimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, volumus ut supra memoratae Missiones de Gallas ac de Kaffa sequentibus confìniis in posterum limitentur. Ad septentrionem incipiens a loco ubi flumen *Guder* in Nilum caeruleum se immittit, quaedam linea, quae sequitur cursum ipsius fluminis *Guder* ad punctum quo recipit aquas fluminis ***Fille,*** quod uti affluentem rivum *Debis* habet, qui regionem et urbem *Tullu Duntu* (Montagne rouge) irrigat. Hoc flumen ***Fille,*** quod affluit in *Guder,* et quod rivum *Debis* reei* pit, limitatur ad septentrionem, sub ripa dextera a regione ***Fille*** et scaturigines habet e septentrionali latere convallis lacusque *OuantcM:* haec vero convallis et hic lacus praefecturae apostolicae de Kaffa adsignentur, ita tamen ut extremitas lateris orientalis vicariatui apostolico de Gallas remaneat. Ex hac parte ad scaturigines rivi *Oualga* pervenitur, qui e latere meridionali eiusdem convallis et lacus *OuanteM* oritur. Deinde cursum fluminis *Oualga* sequitur usque dum in flumen *Ghibè* vel *Omo* se immittit; deinde cursum directum fluminis *Omo* ad continentem fluminis *Derne,* deinde sequitur quamdam lineam transversalem inter regionem de *Barodda,* quae ad praefecturam apostolicam de Kaffa pertinet, et regionem de *W diamo,* quam vicariatui apostolico de Gallas adsignamus, quae linea transversalis incipiens a loco ubi flumen *Derne* sese immittit in flumen *Omo,* extremum littus septentrionale lacus *Margarita* tangit, et ad centrum huius litoris gradum 38 longitudinis orientalis Greenwich assequitur; denique graduni 38, de quo supra, sequens, ad quartum gradum latitudinis finem habet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere: illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari
*
contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x pensis martii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI,** *a Secretis Status.*

V

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE KENIA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MERU IN AFRICA ORIENTALI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Tanquam sublimi e specula ex hac divi Petri Cathedra, quam divinitus obtinemus, in omnes, vel longo terrarum marisque tractu dissitas, christiani orbis regiones oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, interposita Nostra auctoritate, decernere maturamus. Iamvero quo christiani nominis propagationi in vicariatu apostolico de Kenia aptius prospiceretur, cum opportunum visum sit regionem quae ad orientem vertit ab apostolico vicariatu seiungere, eandemque in praefecturam apostolicam erigere: Nos, conlatis consiliis cum YV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente consideratis, haec quae infra habentur decernenda existimavimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, e memorato vicariatu apostolico de Kenia districtus civiles de *JEmbu* et de *Mem* vulgo nuncupatis dismembramus atque separamus, et in iis sic separatis praefecturam apostolicam de *Mem* appellandam constituimus: eandemque novam praefecturam de Meru Patribus Instituti Taurinensis a Consolata committimus.

Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere: illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apnd Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis martii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

«

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

VI

PRIORATUS MONIALIUM O. S. BENEDICTI DE RYDE, SUB TITULO « PAX CORDIS IESU » INTRA FINES DIOECESIS PORTUSMUTHENSIS, IN ABBATIAM SUI IURIS ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat intra dioecesis Portus Magni in Anglia fines prioratus sub titulo « Pax Cordis Iesu » a monialibus Ordinis Sancti Benedicti constitutus, quae optime de catholica re in regione circum stanti meritae sunt. Fuit iam ipse prioratus ab abbatia Leodiensi Nostrae Dominae de Pace anno MDCCCLXXXII fundatus in *Ventnor:* ipsoque in loco insulae de *WJiigJit* mansit usque ad annum **MDCCCCXXII**, quum ob magnas exortas difficultates peropportunum visum est prioratum eundem transferre ad alium eiusdem insulae eiusdemque dioecesis locum *Ryde* nuncupatum, ibique in monasterio, iam antea Monialium O. S. B. de Solesmes, conlocare. Nunc autem abbatiae Leodiensis Nostrae Dominae de Pace, O. S. B., cuius Constitutiones anno MDCCCCIX ab hac Sancta Sede adprobatae sunt, abbatissa Nos edocet ipsum in Anglia prioratum, qui ad hunc usque diem subiectus erat abbatiae Leodiensi, talia habuisse incrementa, ut magis magisque in dies monialium numero floreret: quae sollerter actuoseque non modo iuxta Eegulas Sancti Benedicti ad laudes Dei continendas, sed ad puellarum quoque institutionem incumbunt; ac propterea eadem abbatissa enixis verbis a Nobis exposcit, ut, voti compotes reddentes moniales eiusdem prioratus anglici, quae, praevia Sanctae Sedis licentia, monasterium etiam, in quo habitant, praeterito anno emerunt, in abbatiam sui iuris tandem prioratum ipsum constituamus. Nos autem, omnibus rei momentis attente perpensis, audito etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, optatis hisce adnuendum ultro libenterque existimavimus; ac propterea, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, prioratum de *Ryde* nuncupatum intra fines dioecesis Portus Magni in Anglia, sub titulo «Pax Cordis Iesu» monialium Ordinis Sancti Benedicti, in abbatiam sui iuris constituimus; eamdemque, Congregationi Leodiensi supradictae unientes, privilegiorum eidem Congregationi coneessoruni participem facimus.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes I¿tteras'firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri vel obtinere: dictaeque Abbatiae de Ryde sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum

esse ac definiendum, irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis aprilis, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status,*

VII

SANCTUARIUM B. M. V. DE BONARIA CALARITANAE CIVITATIS IN BASILICAM MINOREM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Calaritana in civitate ac dioecesi sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Bonaria nuncupatae exstat, curis religiosorum sodalium ex Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede concreditum, qui, vere assiduo ac devoto ministerio, ibidem ad christifidelium pietatem erga Deiparam fovendam incumbunt. Ecclesiae vero aedificium, quamvis anno **MDCCTV** inchoatum, hisce tantum temporibus perfectum est, eum primaevae exaedificationis labores ob varias politicas rerum vicissitudines interrupti, post proclamationem Beatae Mariae Virginis de Bonaria in Patronam praecipuam Insulae Sardiniae, anno **MCMVHI** a rec. mem. Decess. Nostro Pio PP. X factam, denuo sumpti atque ad finem tandem perducti sint. Novae aedis sane, quae vetustissimo ac parvo sanctuario mariano contigua est, in quo antiqua et prodigiosa Virginis effigies, iam aureo diademate anno **MDCCCLXX** per decretum Capituli Vaticani redimita, colitur, anno **MCMX** inceptae, sollemnis inauguratio die xxii huiusmet mensis, adstantibus Archiepiscopis, Episcopis ingeniique turba sacerdotum populariumque, praesertim ex Insula Sardinia, habita est. Quapropter cum moderator ecclesiae eiusdem enixas Nobis adhibuerit preces, quas amplissimo suo suffragio Archiepiscopus Calaritanus Nobis etiam commendavit^ ut templum hoc, Beatae Mariae Virgini de Bonaria dicatum, novissime constructum atque, aere undique conlato, eximiis artis operibus ornatum, titulo Basilicae minoris decorare dignaremur: Nos, auditis etiam VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, supplicationibus ad Nos motis concedere existimavimus. Nostra itaque Apostolica auctoritate, perpetuumque in modum, praesentium Litterarum tenore, memoratam ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis de Bonaria Deo dicatam, intra civitatis atque archidioecesis Calaritanae fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris augemus, illique

omnia et singula concedimus iura, privilegia, praerogativas, indulta, quae ecclesiis hoc titulo exornatis iuxta decreta Sacrorum Eituum Congregationis ac morem vigentem competunt.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri vel obtinere: illique, ad quam spectant, Calaritanae ecclesiae Beatae Mariae Virgulis de Bonaria, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis aprilis, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI,** *a Secretis Status.*

VIII

E VICARIATU APOSTOLICO PEKINENSI DISMEMBRATO TERRITORIO, ERIGITUR VICARIATUS DE SUANHWAFU IN SINIS ATQUE CURIS CLERI INDIGENAE COMMITTITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Expedit et Eomanorum Pontificum usu institutoque receptum est ut, aucto Pastorum numero, satius consultum sit prosperitati christiani gregis, in dissitis regionibus feliciter succrescentis. Iamvero cum venerabilis frater Stanislaus Jarlin Episcopus titulo Pharbaetitanus et Vicarius Apostolicus de Peking, Nos instanter flagitaverit, ut, nimia territorii suae iurisdictioni subiecti amplitudine inspecta, nec non fidelium inibi commorantium frequentia, ad catholicam fidem facilius promovendam in duos distinctos apostolicos vicariatus divideretur apostolicus ipse suus Pekinensis vicariatus, quorum unus clero indigenae committeretur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiensis, optatis his annuendum libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore e vicariatu apostolico Pekinensi seiungimus territorium, quod civilem praefecturam de *Suanhwafu,* cum eius subpraefecturis civilibus de *Suanhwafu, Wanchiian, Lungmen, YenMng, Hwailai, Sining, Paoan, Yuchow, Swaian,* complectitur, idemque territorium, sic per Nos seiunctum

sive dismembrâtum, erigimus in vicariatum apostolicum, cui nomen facimus de *Suanhwafu,* quodque, eadem auctoritate Nostra Apostolica, indigenae Cleri curis commissum volumus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos, atque integros effectus sortiri atque obtinere: illisque, ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis maii, anno **MDCCCCXXVT**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI,** *a Secretis Status.*

IX

PRAEFECTURA APOSTOLICA CIMBEBASIAE IN AFRICA MERIDIONALI ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM DE WINDHOEK DENOMINANDUM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Tanquam sublimi e specula, divinitus in hac Principis Apostolorum cathedra collocati, in omnes, vel longo terrarum marisque tractu dissitas, christiani orbis regiones oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi uberius gerendae conducant, suprema Nostra auctoritate interposita, decernere maturamus. Cum igitur non sine laetitia compertum habeamus, in praefectura apostolica Cimbebasiae in Africa meridionali, sodalibus concredita Instituti Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, christianam rem convoluisse feliciter, atque attento tam prospero religionis statu, Superior generalis frugiferi illius Instituti Nos enixis precibus flagitaverit, ut Missionem eandem in vicariatum apostolicum, iisdem confiniis retentis, erigere dignaremur: Nos praelaudati Superioris generalis votis ultro libenterque concedendum existimavimus. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam Cimbebasiae

in Africa meridionali erigimus in vicariatum apostolicum, eisdem ac praefecturae finibus retentis; ipsique novo vicariatui apostolico, sic per Nos erecto, nomen facimus de *WindhoeJc*, eundemque curis relinquimus commissum Instituti memorati Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae.

Haec volumus ac mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere: illisque, ad quos spectant sive spectare poterunt^ nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis maii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARE,!,** *a Secretis Status.*

X

SANCTUS IOANNES A CRUCE CONFESSOR EX ORDINE CARMELITARUM EXCALCEATORUM, DOCTOR ECCLESIAE UNIVERSALIS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam. — Die vicesima septima m. decembris a. **MDCCXXVi** rec. mem.Decessor Noster Benedictus PP. XIII in Sanctorum numerum retulit S. Ioannem a Cruce, qui, primus Ordinis Excalceatorum Carmeli professor, una cum Theresia a Iesu Carmelitarum Ordinem reformavit. In Bulla autem canonizationis non modo Sancti ipsius, ob austeritatem omniumque virtutum, exercitationem, mirabilis vita, sed eiusdem quoque scientia sacris in rebus amplissime laudatur; et re quidem vera Deus illum providentissimus excitaverat saeculo sextodecimo, inter ceteros doctrina ac sanctitate perinlustres viros, quibus tunc temporis Ecclesia Catholica fulsit, ut mysticae Christi Sponsae illatas ab haereticis protestanticis iniurias ac damna reficeret erroresque, peculiares ref utaret. Natus ipse in oppido *Fontiveros,* intra Hispaniae fines, nuncupato, die xxiv m. iunii a. **MDXXXXii,** ac vicesimoprimo aetatis suae anno Carmelitarum Ordinem ingressus, in celeberrimo athenaeo Salmantino philosophicas ac theologicas disciplinas didicit. Anno, quo etiam auctus est sacerdotio, **MDLVII**, sanctam

Theresiam novit, quae cum iam Carmeli sorores ad strictiorem observantiam adduxisset, huiusmodi reformationem ad religiosos quoque viros Carmelitarum Ordinis producere admodum cupiebat. Sanctae Theresiae optatis plene adhaerens Ioannes inceptisque studiosissime favens, habitum Carmelitarum Reformatorum induit eorundemque Regulae observantiam iniit. Tyronum magister propterea ac primus conlegii Alcalensis de Henares moderator renuntiatus est; at paulo post sororum Carmelitarum veteris observantiae Abulae confessarius nominatus, per vim captus in carcerem conficitur. Novem per menses in vinculis detentus, ad christifidelis animae cum Christo sponso mysticam unionem celebrandam, atque ad effectus orationis multiplices ac suaves affectusque declarandos, *Canticum Spirituale* conscribit, quod serius considerationibus quoque notisque explanavit. Mirabili modo e carcere liberatus, in coenobio, antea, quod a Calvario nuncupatur, in ceteris, postea, domibus, quas officiorum suorum causa incoluit, alia parat scripta, quibus, quasi superno lumine inlustratus, perfectionis semitam, perspicua caelestium charismatum commentatione, animabus ostendit. Licet de arduis ac reconditi s argumentis agant, *Adscensus ad Carmelum, Obscura Nox, Flamma amoris viva* ac nonnulla alia ab ipso exarata opuscula atque epistolae, tanta nihilominus spirituali doctrina pollent, atque ita ad intuitum legentium aptantur, ut merito codex et schola animae fidelis videantur, quae perfectiorem vitam aggredi studeat. Recte igitur in Canonizationis bulla Ioannem a Cruce «libros de Mystica Theologia caelesti sapientia referios » conscripsisse affirmatur; atque huiusmodi magni momenti iudicio fere omnes postea adhaesere. Tantam enim progressu temporis in mystica ascesi nactus est auctoritatem Ioannes post mortem suam, quae anno salutis **MDXCI** accidit, ut sacrae disciplinae scriptores et sancti quidem viri continenter in eo ipso magistrum sanctitatis pietatisque experti sint, atque ex ipsius doctrina scriptisque, quasi e christiani sensus atque Ecclesiae spiritus limpido fonte, in spiritalibus rebus pertractandis hauserint.

Nil mirum itaque quod iam anno **MDCCCXCI** nonnulli Cardinales, una cum hispanicis Episcopis, tertio occurrente anno centesimo ab obitu S. Ioannis, enixas Decessori Nostro Leoni Pp. XIII preces adhibuerint, ut Doctorem Ecclesiae eundem Sanctum declarare dignaretur; postea vero hac de re vota quam plurima tum catholicarum Studiorum Universitatum moderatores tum Religiosorum Coetuum praelati ad hanc Sanctam Sedem continuo tulerunt. Quapropter cum hodiernus Praepositus generalis Ordinis Carmelitarum Exealeeatorum, secundi a canonizatione anni saecularis, proxime celebrandi occasionem nactus, unanimis Capituli generalis sui Ordinis optata referens, Nos modo suppliciter exoraverit, ut ipsum Ioannem a Cruce

Doctoris Ecclesiae titulo exornare velimus, atque votis huiusmodi tum S. E. E. Cardinales, tum Archiepiscopi atque Episcopi quam plurimi, nec non conspicui sive e clero sive e popularibus, sive denique e Studiorum Institutis coetibusque viri suffragentur, Nobis peropportunum visum est tam magni momenti rem pro voto ac sedulo studio Sacrae pro Ritibus tuendis Romanae Congregationi committere; quae mandato Nostro parens ex officio ad rem idoneos examinandam viros deputavit. Exquisitis itaque atque obtentis eorundem separatis suffragiis atque etiam praelo impressis, illud tantum supererai ut Sacrorum Rituum Congregationi praepositi rogarentur an, consideratis tribus, quae post rec. mem. Decessorem Nostrum Benedictum Pp. XIV in Ecclesiae universalis Doctore enumerari solent, requisitis: insigni, scilicet, vitae sanctitate, eminenti doctrina, ac Summi Pontificis declaratione, procedi posse censerent, ad Sanctum Ioannem a Cruce Doctorem Ecclesiae universalis declarandum; atque in ordinario conventu die XXVII mensis iulii, proxime elapsi, in Aedibus Vaticanis habito, S. E. E. Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, a venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac S. Rufinae, eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto debita rerum relatione facta, audito quoque dilecto filio Carolo Salotti, Fidei promotore generali, sententiam affirmativam, unanimi consensu, dixerunt. Quae cum ita sint, Nos, votis Carmelitarum Excalceatorum omnium ceterorumque suffragatorum ultro libenterque concedentes, praesentium Litterarum tenore, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Ioannem a Cruce, confessorem, Ecclesiae universalis Doctorem constituimus, declaramus. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc ét inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis augusti anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Oard.^ **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. PAULINUM PETRUM TITULO S. HONUPHRII IN IANÏCULO S. R. E. PRESB. CARD. ANDRIEU, ARCHIEPISCOPUM BTJRDIGALENSEM, CUIUS EPISTOLAM [1] APPROBAT ET DILAUDAT.

PIE PAPE XI

Cher fils, salut et bénédiction apostolique. —Nous avons lu avec plaisir là réponse de Votre Eminence a»u groupe des jeunes catholiques qui l'ont interrogée au sujet de *VAction Française.* Nous y avons trouvé un nouveau et très-haut témoignage de la sollicitude pastorale et de la vigilance paternelle de Votre Eminence

[1] **RÉPONSE DE S. E. LE CARDINAL ARCHEVÊQUE DE BORDEAUX À UNE QUESTION POSÉE PAR UN GROUPE DE JEUNES CATHOLIQUES AU SUJET DE L'« ACTION FRANÇAISE ».**

Mes chers Amis, Vous me demandez si l'on peut suivre, en toxite sûreté de conscience renseignement donné, dans leur Institut et dans leurs diverses publications, par les dirigeants de 1'« Action française». La question est délicate, mais je n'essaierai pas de l'éluder, car je dois la vérité à tous, à plus forte raison aux jeunes, puisqu'ils portent en eux l'avenir. Je dois la vérité à tous, et je la dirai avec toute la franchise nécessaire, au risque de causer quelque surprise à des hommes dont j'admire le talent, mais dont les doctrines m'épouvantent.

Si les dirigeants de 1'« Action française » ne s'occupaient que de politique pure, s'ils se contentaient de rechercher la forme de pouvoir la mieux adaptée au tempérament de leur pays, je vous dirais tout de suite: Vous êtes libres de suivre l'enseignement que donnent, de vive voix ou par écrit, les maîtres de 1'« Action française». L'Eglise, interprète des volontés divines, permet à ses fils d'avoir des préférences au sujet de la forme du Gouvernement. Il suffit, pour s'en convaincre, de lire ce passage de l'Encyclique de Léon XIII, sur le ralliement: « Dans cet ordre d'idées, les catholiques, comme tout citoyen, ont pleine liberté de préférer une forme de Gouvernement à l'autre, précisément en vertu de ce qu'aucune de ces formes ne s'oppose, par elle-même aux données de la saine raison est aux maximes de la doctrine chrétienne ».

Vous pourriez encore suivre l'enseignement donné par les dirigeants de 1'« Action française », si, sans abandonner leurs préférences pour telle forme de pouvoir, ils se renfermaient dans le travail de la politique, qui n'est pas indépendante de la loi morale; étudiant, avec leurs élèves, le moyen de faire voter de bonnes lois et d'obtenir le redressement de celles qui sont mauvaises et qui attentent, comme les lois de laïcité, aux droits imprescriptibles de Dieu, de Jésus-Christ, de l'Eglise, des Congrégations religieuses, de la famille et des âmes. Le Pape Léon XIII reconnaît la légitimité d'un

Reverendissime, pour le bien des âmes et particulièrement de la jeunesse sans cesse menacée de nos jours. Votre Eminence signale de fait un danger d'autant plus grave dans le cas présent qu'il touche plus ou moins directement, et sans qu'il y paraisse toujours, à la foi et à la morale catholique; il pourrait insensiblement faire dévier le véritable esprit catholique, la ferveur et la piété de la

pareil enseignement dans cet autre passage de la même Encyclique: « Et voilà précisément le terrain sur lequel, — tout dissentiment politique mis à part — les gens de bien doivent s'unir pour combattre, par tous les moyens légaux et honnêtes, les abus progressifs de la législation. Le respect que l'on doit aux pouvoirs constitués ne saurait l'interdire. Il ne suppose ni le respect, ni beaucoup moins l'obéissance sans limite à toute mesure législative quelconque, édictée par ces mêmes pouvoirs ».

Mais les dirigeants de l'« Action française » ne s'occupent pas seulement de la politique qui discute sur la forme du pouvoir et de la politique qui en règle l'exercice. Ils étudient, devant leurs élèves, bien d'autres problèmes qui relèvent directement du magistère ecclésiastique, et dont les membres de l'Eglise enseignée — seraient-ils prêtres, princes ou dirigeants de l'« Action française », — ne peuvent traiter, si l'Eglise enseignante représentée par le Pape et les Evêques, ne les y autorise par une délégation délivrée à la suite d'un examen constatant leur capacité et leur orthodoxie.

Les dirigeants de l'« Action française » n'ont pas jugé à propos de solliciter cette licence d'enseignement que l'Autorité ecclésiastique leur aurait d'ailleurs refusée, à cause des multiples et graves erreurs qu'ils ont commises en exposant leur système religieux, moral et social.

Les dirigeants de l'« Action française » se sont occupés de Dieu. Quelle idée en ont-ils? Ils le regardent comme inexistant ou inconnaissable, et ils se déclarent, de ce chef, athées ou agnostiques. L'oracle des dirigeants de l'« Actioü française » publia, dans sa jeunesse, un ouvrage intitulé: ***Le chemin du paradis,*** qu'il a fait rééditer en 1920, après quelques suppressions et corrections de pure forme. Or ***Le chemin du paradis*** est un recueil de contes licencieux dont l'athéisme rivalise avec celui de nos contemporains les plus réfractaires á l'idée religieuse.

Les dirigeants de l'« Action française» se sont occupés du Verbe de Dieu incarné dans le sein d'une Vierge. Quelle idée en ont-ils? On peut s'en rendre compte en parcourant un autre ouvrage du même chef de l'« Action française »: ***Antinea,*** dont le premier titre fut: ***Promenades paiennes.*** Dans l'édition de 1923, l'auteur a supprimé, pour raison de convenance, quatre pages blasphématoires sur le Nazaréen et la Nuit du christianisme, mais il n'y a aucune rétractation, et bien d'autres impiétés ont été maintenues.

Les dirigeants de l'« Action française » se sont occupés de l'Eglise. Quelle idée en ont-ils? Ils repoussent tous les dogmes qu'elle enseigne. Elle enseigne l'existence de Dieu et ils la nient, car ils sont athées. Elle enseigne la divinité de Jésus-Christ, et ils la nient, car ils sont antichrétiens. Elle enseigne qu'elle a été fondée elle-même par le Christ, Dieu et Homme, et ils nient son institution divine, car ils sont anticatholiqiies, malgré les éloges parfois très éloquents qu'ils décernent à l'Eglise, dans un

jeunesse, et dans les écrits comme dans les paroles, offenser la délicatesse de sa pureté; en un mot, abaisser la perfection de la pratique chrétienne et, plus encore, l'apostolat de la véritable « action catholique » à laquelle tous les fidèles, les jeunes gens surtout, sont appelés à collaborer activement pour l'extension et l'affermissement du règne du Christ dans les individus, dans les familles, dans la société. C'est donc fort à propos que Votre Emi-

but qui n'est peut-être pas tout à fait désintéressé. Selon le mot d'un célèbre théologien placé naguère sur les autels, l'Eglise est une «monarchie tempérée d'aristocratie», et cette organisation dans Tordre religieux peut attirer des partisans à l'organisation de même nature, que les dirigeants de 1'« Action française » cherchent à établir dans l'ordre politique. Catholiques par calcul et non par conviction, les dirigeants de 1'« Action française » se servent de l'Eglise, ou du moins ils espèrent s'en servir, mais ils ne la servent pas, puisqu'ils repoussent l'enseignement divin qu'elle a mission de propager.

Quand on renie Dieu, son Christ et son Eglise, il est diffìcile, pour ne pas dire impossible, de construire une morale, la morale vraie, la morale traditionnelle, la morale à base religieuse, la morale du devoir, expression d'une volonté divine. Aussi, les dirigeants de 1'«Action française», en particulier leur chef, celui qu'ils appellent le Maître, ont du se réfugier dans l'amoralismo. Ils ont fait table rase de la distinction du bien et du mal, et ils ont remplacé la recherche de la vertu par Testhétisme, ou le culte de la beauté, et par l'épicurisme, ou l'amour du plaisir. Le chef de 1'« Action française » réprouve tout système qui, comme le christianisme, fait de l'effort à la vertu la règle des actes volontaires, la base des institutions sociales et le principe du progrès social de l'humanité. Faut-il s'étonner qu'il se montre si prodigue de mépris et de sarcasmes contre ce qu'il appelle les doctrines « vertuistes? »

D'après les dirigeants de 1'« Action française» la société est affranchie comme l'individu de toutes les prescriptions de la loi morale, et ils essaient de justifier cette indépendance à l'aide de deux sophismes: la stabilité du type de l'homme et l'immutabilité foncière de la société régie comme l'homme par des lois physiques qui excluent la moralité, puisqu'elles empêchent l'exercice de la liberté. -

Les dirigeants de 1'« Action française » invoquent à l'appui de leur thèse cet autre argument fantaisiste: l'humanité est divisée en deux classes ou plutôt deux™reglâês: l'homme non lettré, que le maître de cette école appelle « l'imbécile dégénéré », et l'élite des hommes instruits. Or l'humanité doit se conserver telle que la nature l'organise. EEe est donc finalement condamnée à n'avoir d'autre règle de conduite que l'immobilisme.

Et pour combler le vide causé par l'absence complète de la loi morale, les dirigeants de 1'« Action française » nous présentent une organisation sociale toute païenne où l'Etat, formé par quelques privilégiés-, est tout, et le reste du monde rien.

Aussi osent-ils proposer de rétablir l'esclavage! Et qu'on ne ***leur*** parle pas d'une revendication quelconque de l'individu à rencontre du pouvoir. La raison d'Etat sera supérieure à toute considération de justice et de moralité; car, dit le chef de 1'« Action française»: «la morale naturelle prêche la seule vertu qui est la force», et selon le

nence laisse de côté les questions purement politiques, celle par exemple de la forme de gouvernement. Là-dessus, l'Eglise laisse à chacun la juste liberté. Mais il n'est pas, au contraire,' également libre, Votre Eminence le fait bien remarquer, de suivre aveuglément les dirigeants de *VAction française,* dans les choses qui regarderaient la foi ou la morale. Votre Eminence enumere et condamne avec raison (dans des publications non seulement d'ancienne date) des manifestations d'un nouveau système religieux, moral et social, par exemple au sujet de la notion de Dieu, de l'Incarnation, de l'Eglise, et généralement du dogme et de la morale catholique, principalement dans leurs rapports nécessaires avec la politique, laquelle est logiquement subordonnée à la morale. En substance, il y a, dans ces manifestations, des traces d'une renaissance de paganisme, à laquelle se rattache le naturalisme que ces auteurs ont puisé, inconsciemment croyons-Nous, comme tant de leurs contemporains, dans l'enseignement public de cette école moderne et laïque, empoisonneuse de la jeunesse, qu'eux mêmes

mot d'un autre maître de la même école, « toute force est bonne, en tant qu'elle est belle et qu'elle triomphe ».

Du reste les prétendues lois physiques, dont la société relève exclusivement, fonctionnent avec une exactitude sidérale. C'est ce qui fait dire au chef de T «Action française »: « Défense à Dieu d'entrer dans mon observatoire! »

Les sociologues qui prononcent cet ostracisme si outrageant pour la majesté divine, prétendent faire respecter ce qu'ils appellent « l'équilibre du monde ». Mais ils oublient cette grave leçon du psalmiste royal tant de fois confirmée par l'histoire: « Si le Seigneur ne garde pas la cité, c'est en vain que ceux qui la gardent exercent autour d'elle une surveillance attentive ».

Athéisme, agnosticisme, antichristianisme, anticatholicisme, amoralisme de l'individu et de la société, nécessité, pour maintenir l'ordre, en dépit de ces négations subversives, de restaurer le paganisme avec toutes ses injustices et toutes ses violences: voilà, mes chers amis, ce que les dirigeants de 1'« Action française » enseignent à leur disciples et que vous devez éviter d'entendre.

Je vous le demande avec une sollicitude pleine de tendresse, car c'est un cœur d'évêque et de père qui vous parle; je vous le demande au nom de ce que vous avez de plus cher, au nom de votre foi, de votre vertu et de vos espérances immortelles.

Bordeaux, le 25 août 1926, en la fête de saint Louis Toi de France, qui s'appelait le sergent du Christ, et qui remplit toujours si bien les devoirs inhérents à ce glorieux titre.

£B PAULIN CARDINAL ANDRIEU,
Archevêque de Bordeaux.

combattent souvent si ardemment. Toujours anxieux à la vue des périls suscités de toutes parts à cette chère jeunesse, surtout du fait de ces tendances fâcheuses, encore que ce soit en vue d'un bien tel qu'est sans aucun doute le louable amour de la patrie, Nous Nous sommes re joui des voix qui, même hors de Eranee, se sont élevées, ces derniers temps, pour l'avertir et la mettre en garde; aussi, ne doutons-Nous pas que tous les jeunes gens écouteront votre voix d'Evêque, et de Prince de l'Eglise: en elle et avec elle, ils écouteront aussi la voix même du Père commun de tous les fidèles. C'est dans cette confiance que Nous vous accordons de cœur, ainsi qu'à votre Clergé et à votre peuple, la Bénédiction Apostolique.

Bonne à Rome, près de Saint-Pierre, le 5 septembre 1926, la cinquième année de Notre Pontificat.

PIE PAPE XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

13 augusti 1926. — Titulari episcopali Ecclesiae Sareptanae praefecit R. D. Petrum Daimo Munzani, Canonicum Ecclesiae metropolitanae Iadrensis, quem deputavit Administratorem Apostolicum partis archidioecesis Iadrensis quae de ditione italica est.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sebastensi in Palaestina, R. D. Alexandrum de Giorgi, Canonicum honorarium Ecclesiae metropolitanae Mediolanensis.

14 augusti. — Archiepiscopali Ecclesiae Caietanae, R. D. Dionysium Casaroli, Antistitem Urbanum eumdemque archipresbyterum oppidi Sancti Ioannis *in Persiceto,* archidioecesis Bononiensis.

— Cathedralibus invicem perpetuo unitis Ecclesiis Calvensi et Theanensi, R. D. Iosephum Marcozzi, Antistitem Urbanum, parochum ad S. Iacobi in civitate Asculo Picenorum, eiusdem Asculanae Curiae Cancellarium.

25 augusti. — Cathedrali Ecclesiae de Amarillo nuper erectae in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, R. D. Rodulphum Gerken, parochum oppidi *Banger,* dioecesis Dallasensis.

31 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Molinensi, R. D. Ioannem Bapt. Augustum Gonon, Canonicum archipresbyterum-parochum ad S. Vincentii in civitate *Ghâîons-sur-Saâne.*

28 septembris. — Titulari Ecclesiae Pompeopolitanae, pro hac vice ad archiepiscopalem evectae, R. P. D. Helladium Perlaza, hactenus Episcopum Caliensem.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM

CELEBRATIONIS MISSAE DOMI PRAESENTE CADAVERE

In plenariis comitiis Emorum Patrum H. S. C. habitis die 18 decembris 1925 et die 30 aprilis 1926, postulantibus nonnullis locorum Ordinariis, nempe Valentin., Compostellan., Pampilonen. aliisque, propositum fuit dubium: « Utrum Ordinarius, vi canonis 822 § 4, permittere possit, absque «indulto Apostolico, celebrationem unius vel plurium Missarum domi, « praesente cadavere, quando haec celebratio postulatur a parentibus « defuncti ».

Re mature perpensa et dubio reformato, quaestiones et responsiones ab Emis Patribus propositae editaeve fuerunt uti sequitur:

I. « Utrum Ordinarius vi canonis 822 § 4 permittere possit Missae cele- « brationem domi praesente cadavere in loco vulgo *camera ardente* ».

R. « *Negative,* nisi agatur de casu aliquo extraordinario, exstante iusta et rationabili causa: et hoc etiam in casu, dummodo cadaveris expositio fiat servato debito decore, ac in eodem loco nihil adsit quod sit alienum a sanctitate divini Sacrificii ».

II. «Quando censendus sit haberi casus extraordinarius, vi cuius, concur- « rente iusta et rationabili causa, permitti possit ab Ordinario Missae cele- « bratio, et utrum unius tantum aut plurium Missarum celebratio permitti « possit? »

R. « Casum extraordinarium haberi, unaque simul iustam et rationabilem causam, occasione obitus Episcopi residentialis, seu loci Ordinarii, aut personae e principe familia, aut aliter insignis ob merita et benefacta in Ecclesiam vel in rempublicam, vel ob munificentissimas elargitiones in pauperes et egenos; itemque personae huiusmodi privilegio Apostolico iam ornatae; dummodo semper debitae exsequiae expleantur in ecclesia.

«Tunc Ordinarius permittere poterit unius aut alterius Missae, sed non plus quam trium Missarum celebrationem: abrogato indulto Sacrae Rituum Congregationis diei 29 aprilis .1894 et contrariis quibuscumque minime obstantibus; *facto verbo cum SSmo* ».

In audientia diei 3 maii 1926 Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI, audita relatione facta ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, decisionem Emorum Patrum in omnibus ratam habuit et confirmavit.

M. **CARD. LEGA,** *Praefectus.*

L. © S.

f Aloysius Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

ADNOTATIONES

Iuvat publici iuris facere aliqua, quae EE. PP. Consultores animadvertenda duxerunt circa propositam quaestionem.

1. Can. 822 § 4 Codicis iuris canonici ita se habet: « Loci Ordinarius licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, numquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum ac rationabili de causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus ».

Notandum autem est in primis circa hunc canonem propositum iam fuisse Commissioni interpretationis Codicis dubium: « Utrum facultas cele- « brandi Missam in domo privata sit ab Ordinario, ad normam can. 822 « § 4 interpretanda restrictive », eamdemque Commissionem die 16 oct. 1919 respondisse *Affirmative.*

Et iure ita responsum est. Si quis enim consideret antiquam Ecclesiae praxim, videbit profecto eam non favere huic celebrationi extra ecclesiam. Cunctis profecto noti sunt canones, qui in Decreto tribuuntur sive Clementi Papae, sive Felici IV, omnes quidem apocryphi, sed referentes antiquam consuetudinem, quae tandem resolvitur in praxim a Codice conservatam in citato canone 822, Missam scilicet celebrandam esse in ecclesia aut in oratorio.

Ab hac autem obligatione, secundum antiquam praxim, una excusabat *magna* (c. 1, D. I. *de consecr.)* aut *summa necessitas* (c. 11, D. I, cit.) quibus verbis postea usus est etiam Benedictus XIV in Const. *Inter omnigenas,* 2 febr. 1744 § 22 fin. *(Fontes iur. can..* I, 809). Neque aliud procul dubio dicendum erat usque ad Codicem, si attendamus interpretationem auctoritative suis Missionariis datam a S. C. de Prop. Fide, *quae (Collectanea* n. 411) edixit: celebrare extra locum sacrum « non licere ex devotione, licere tamen ex necessitate ».

Num aliquid ex Codice immutatum sit? Nonnulli putant, et ex eo moveri videntur, quod Codex requirit causam *iustam et rationabilem:* ex quo deducunt eam non debere esse gravem.

Verum, si quis attendat non solum causam concessionis debere esse iustam ac rationabilem, sed simul, seu cumulative, concessionem fieri

debere per modum *actus,* et quidem in casu aliquo *extraordinario, iMexri* rationabiliter potest nihil esse immutatum. Nam gravitas causae, seu necessitas, morali modo assumenda est et aestimanda; quum vero canon 822 § á exquirat, una simul, causam concessionis iustam et rationabilem, concessionem autem fieri ab Ordinario tantum per modum *actus* et in casu aliquo *extraordinario,* sane tunc versamur in casu *moralis necessitatis.* Itaque non habetur inducta mutatio in veteri iure et in iurisprudentia; quae conclusio sequitur etiam ad normam c. 6 n. 4.

Ex his facile deduci potest casum de quo agitur (vulgo *camera ardente)* non esse, relate ad celebrationem Missae, neque casum necessitatis, neque casum extraordinarium.

2. Quoad funus Episcopi residentialis defuncti, *Caeremoniale Episcoporum* (Lib. II cap. XXXVIII) statuit quidem corpus Episcopi exponi debere in aula maiore Palatii episcopalis, in qua clerus saecularis per ordinem, vel Religiosi quatuor Ordinum mendicantium, vel alii per singula collegia incipient vigilias, hoc est Vesperas et Matutinum cum Invitatorio et tribus Nocturnis ac Laudibus defunctorum: sed nullatenus conceditur facultas inibi celebrandi Missas; immo manifeste excluditur, quia Caeremoniale Episcoporum statuit corpus Episcopi, expletis Laudibus, deduci debere ad ecclesiam pro funere et Missae celebratione.

Verum quidem est Sacram Rituum Congregationem edidisse decretum, relatum in *Collectione authentica* decretorum eiusdem Congregationis (vol. III, n. 3822), circa facultatem celebrandi Missas domi in expositione corporis Episcopi dioecesani defuncti, vel Abbatis *nullius,* vel Vicarii Apostolici vel Episcopi titularis, uti videre est in ipso decreto, quod hic ex integro referre praestat, nimirum :

« Qui pro Domini grege vitam impenderunt aeqnum est, ut Ecclesiae suffragiis singulari modo post mortem iuventur. Sacris ideo Ritibus praeposita Congregatio, re mature perpensa, decernendum esse statuit:

« Ut dum corpus Episcopi Dioecesani defuncti, sacris indutum vestibus, in propriae Aedis aula maiori publice et solemniter iacet expositum, Missae in suffragium animae eius per totum mane celebrari valeant; iis omnibus servatis, quae de Episcopi defuncti corpore exponendo ac suffragiis ferendis in *Caeremoniali Episcoporum* libro II, Cap. XXXVIII praescribuntur. Quod privilegium Episcopis in sua Dioecesi concessum ad Vicarios Apostolicos in suis Vicariatibus, nec non ad Abbates ceterosque Praelatos *Nullius Dioeceseos,* iurisdictione in plebem ordinaria quum vita cesserunt fruentes, in proprio tamen territorio, pari intelligatur ratione extensum. De speciali tandem gratia.Sacra Rituum Congregatio indulget, ut eodem quoque privilegio frui valeant Episcopi Titulares defuncti; dum-

modo eorum cadavera in aula convenienti exponantur et ornamentis pontificalibus (absque tamen baculo pastorali), si extra Urbem, fuerint induta; si vero in Urbe, habitu tantum praelatitio ».

« Contrariis non obstantibus quibuscumque ».

«Die 3 Aprilis 1894». •

«Facta autem Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII de his omnibus relatione per Eminentissimum et Emum Dominum Cardinalem Sacrae eidem Congregationi Praefectum, Sanctitas Sua sententiam ipsius Sacrae Congregationis in omnibus ratam habuit et confirmavit. Die 29 iisdem mense et anno ».

At, inspecta responsione Commissionis pro interpretatione Codicis I. C. quoad can. 822 § 4, quam supra retulimus, expediens foret huiusmodi facultatem limitari, eo magis quod ex hoc nihil animabus Episcoporum suffragii demitur, quia Missae celebrantur in ecclesia pleniore decore et -cultu coram frequentioribus fidelibus.

3. Aliud argumentum ad denegandam hanc potestatem Ordinario ex eo desumitur, quod facultas haec non videtur bene componi cum facultate, de qua in can. 1194. Scilicet in hoc canone dicitur: « in aliis oratoriis domesticis» (aliis videlicet a privatis coemeteriorum aediculis, de quibus immediate ante locutus fuerat canon) « nonnisi unius Missae, per modum actus, in casu aliquo extraordinario, iusta et rationabili de causa (Ordinarius loci celebrationem permittere potest) ». Et certe, nonne defectus harmoniae dicendus esset in iure exsistere si in oratoriis posset una tantum ab Ordinario loci permitti Missa, dum extra oratorium, et proinde extra omnem locum sacrum, plurium etiam Missarum celebratio deberet dici permissa?

4. Tandem non deest aliud gravissimum argumentum. Omnes advertunt serpere inter fideles proclivitatem quandam seu propensum studium ad extrahendas, quantum fieri potest, a locis sacris sanctissimas caeremonias Ecclesiae. Quis nescit, multis in locis consuetudinem quamdam, per nefas inductam, continuare velle fideles etiam post promulgationem Codicis iuris canonici, ut scilicet liceat et infantes in ipsa domo sua baptismo ablui, et matrimonia in cubiculo domus contrahere, et alia huiusmodi extra ecclesiam peragere? Est conatus quidem ad laicizandas - sit venia verbo - caeremonias ecclesiasticas. Quas non possunt omnino destruere impii homines, iis accidentalem saltem sanctitatem detrahere conantur: et fideles supine acquiescunt. Codex huic infirmitati plurimum resistere conatus est (cfr. cann. 773, 1109 §§ 1, 2), sperandum est, cum fructu. Hinc casus isti non sunt multiplicandi, sed pro viribus restringendi.

f Aloysius Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO
PRO ECCLESIA ORIENTALI

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, singulas quae sequuntur Ecclesias de proprio Pastore providere dignatus est, nimirum:

31 iulii 1926. — Titulari episcopali Ecclesiae Briulisanae, praefecit R. D. Stephanum Kurteff, quem constituit Administratorem Apostolicum. Bulgarorum ritus byzanthini in ditione Bulgara.

— Cathedrali Ecclesiae Mossulensi ritus syri, R. P. D. Georgium Dallai, Archiepiscopum Babylonensem (vulgo *Bagdad)* eiusdem ritus, quem etiam constituit Administratorem Apostolicum Babylonensem.

II

NOMINATIO

Praeterea decreto diei 10 augusti 1926 idem Ssmus Dnus Noster constituere dignatus est R. P. Gregorium a Virgine ex Ordine Carmelitarum Moderatorem Missionis Carmelitanae Babylonensis (vulgo *Bagdad).*

ACTA OFFICIORUM
ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - *De substitutione in choro*

D. An ad substitutionem in choro *in casibus particularibus,* de quibus in can. 419 § 1, requiratur venia S. Sedis vel saltem licentia Ordinarii aut Capituli.

R. Negative.

II. - *De mutatione Superiorum religiosorum*

D. An praescriptum canonis 505 comprehendat etiam Societates, de quibus canones 673-681 agunt, earumque domus, quae non sint vere et proprie religiosae sed externae seu non pertinentes ad Societatem, in quibus nempe sodales pauci numero adhiberi solent, ex. gr., in Seminariis, scholis, nosocomiis.

R. Affirmative ad normam responsi diei 3 iunii 1918.

III. - *De fidei professione*

D. An Superiores in Societatibus clericalibus sine votis, de quibus agunt canones 673-681, fidei professionem ad normam canonis 1406 § 1 n. 9 emittere teneantur.

E. Affirmative.

IV. - *De paroeciis religiosis*

D. An vi canonum 631 § 3; 535 § 3 n. 2; 533 § 1 nn. 3, 4, loci Ordinarius ius habeat exigendi rationes de administratione fundorum legatorumque paroeciae religiosae, de qua in canone 1425 § 2.

R. Affirmative, firmis praescriptis canonum 630 § 4; 1550.

V. - *De impedientibus iurisdictionem ecclesiasticam*

D. Utrum ad iucurrendam excommunicationem, de qua in can. 2334 n. 2, sufficiat recursus ad laicalem potestatem causa impediendi exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, an requiratur praeterea ut recursus suum sortiatur effectum.

E. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, firmo tamen praescripto canonis 2235.

Eomae, die 25 iulii 1926.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Ioseph Bruno, *Secretarius.*

MARITIM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 giugno 1926. Monsig. Nicola Canali, *Assessore della Saera Congregazione del Sant'uffizio.*
28 » » Monsig. Fernando Cento, *Nunzio Apostolico presso gli Stati Uniti del Venezuela.*
5 luglio » L'Emo Sig. Cardinale Achille Locatelli, *Protettore dell'Istituto «De las Siervas de Jesús Sacramentado»* (Buenos Aires).
li » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Congregazione dei Sacri Cuori detta di Picpus.*
S *agosto* » L'Emo Sig. Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Religiose del Ssmo Sacramento* (Autun).
10 » » L'Emo Sig. Cardinale Evaristo Lucidi, *Protettore delle Benedettine eli N. S. della Provvidenza* (Bonco Scrivia).

Assistenti al Soglio Pontificio:

31 maggio » Monsig. Giovanni Sinforiano Bogarin, Vescovo di Asunción (Paraguay).
11 giugno » Monsig. Giulio Zichy, Arcivescovo di Kalocsa.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

10 maggio 1926. Monsig. Domenico Fontana, della diocesi di Sora.
U » » Monsig. Giovanni Costantini, del Patriarcato di Venezia.
4 giugno » Monsig. Enrico Potard, della diocesi di Costantina.
18 » » Monsig. Bodolfo Buchwald, della diocesi di Breslavia.
21 » » Monsig. Giovanni Musmeci, della diocesi di Acireale.
24 » » Monsig. Francesco von Pichler, della diocesi di Passau.
2 » » Monsig. Stefano Hartsár della diocesi di Cassovia.
8 » » Monsig. Michele Giuseppe Treacy, delia diocesi di Wilcannia-Forbes.

Prelati Domestici di S. S.:

7 novembre 1925. Monsig. Guglielmo Patrizio Kitchin, della diocesi di San Giovanni di Terranova.
2 marzo » Monsig. José Bamon Buitrago, della diocesi di Manizales.

27 marzo 1926. Monsig. Stanislao Mirecki, della diocesi di Lodz.
24 aprile » Monsig. Giuseppe Kruszynski, della diocesi di Lublino.
7 maggio » Monsig. Giovanni Grange, della diocesi di El-Paso.
10 giugno » Monsig. Guglielmo Scrivani, della diocesi di Piacenza.
11 » » Monsig. Salvatore Mario Larraz, della diocesi di Morelia.
17 » » Monsig. Alfonso Zech, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Monsig. Francesco Tessens, della medesima archidiocesi.
18 » » Monsig. Evaristo Trémoreux, della diocesi di Saint' Denis.
» » » Monsig. Edoardo Eiboli, della diocesi di Chiavari.
» » Monsig. Carlo Ulitzka, della diocesi di Breslavia.
21 » » Monsig. Agostino Gecan, dell'archidiocesi di Belgrado.
22 » » Monsig. Arturo B. Strenski, della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Maurizio E. Spillane, della medesima diocesi.
23 » Monsig. Vittorio Macciò, della diocesi di Acqui.
24 » » Monsig. Ugo Kelly, della diocesi di Glasgow.
25 » Monsig. Alfonso Maria Riberi, della diocesi di Cuneo.
30 » » Monsig. Giuseppe Bosetti, della diocesi di Denver.
9 luglio » Monsig. Antonio Lyra Pessoa, della diocesi di Sobral.
10 » » Monsig. Domenico Palazzetti, della diocesi di Orvieto.
» » » Monsig. Luigi Cavazzi (Roma).
31 » » Monsig. Attilio Castelli, dell'archidiocesi di Milano.
10 agosto Monsig. Edmondo Patrizio O'Donnel, della diocesi di Bathurst.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

21 giugno 1926. Al sig. Giulio Gosztonyi, della diocesi di Cinque Chiese.
25 » » Al sig. Norberto Laude, della diocesi di Malines.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 giugno 1926. Al sig. Giacomo C. Brady, della diocesi di Trenton.
25 » » Al sig. Enrico Carton, Ministro per le Colonie del Belgio.

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 giugno 1926. Al sig Francesco Curran, della diocesi di Trenton.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1926. Al sig. Oscar de Carvalho Azevedo (Brasile).
15 » » Al sig. Luigi Maria Merceron, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Paolo Breham, della medesima archidiocesi.
4 giugno » Al sig. Carlo Van Cuyck, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Emilio Van Hoeck, della medesima archidiocesi.
10 » » Al sig. avv. Mario Pettoeìlo, dell'archidiocesi di Udine.
23 » » Al sig. Gonippo Raggi, della diocesi di Trenton.

23	*giugno*	*1926.*	Al sig. Guglielmo Griffin, della diocesi di Trénton.
24	»	»	Al sig. Francesco Seusenbrenner, della diocesi di Green Bay.
26	»	»	Al sig. Napoleone Drolet, dell'arehidiocesi di Quebec.
»	»	»	Al sig. G. S. Ernesto Côte, della medesima archidiocesi.
»		»	Al sig. Procolo Couillard, della medesima archidiocesi.
30	»		Al sig. Amato Misonne, dell'arehidiocesi di Malines.
»	»	»	Al sig. Edoardo de Jonghe (Belgio).
2	*luglio*	»	Al sig. Giacomo W. Flanagan, della diocesi di Bogota.
5	»	»	Al sig. Gaspare Alapy, della diocesi di Giavarino.
8	»	»	Al sig. Onorato Mercier, della diocesi di Valleyfìeld.
30	»	»	Al sig. Giovanni Lorenzoni, della diocesi di Adria.
6	*agosto*	»	Al sig. comm. Guido Galli (Boma).
7	»	»	Al sig. Matteo Gatti Farina, dell'arehidiocesi di Napoli.
10	»	»	Al sig. Ludovico Carlo Gilles de Pélichy, dell'arehidiocesi di Malines,

La Commenda dell'Ordine di /San Gregorio Magno, classe militare:

23	*giugno*	*1926.*	Al sig. Taddeo Petrazycki (Polonia).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

22	*marzo*	*1923.*	Al sig. Giovanni Steinbrener, della diocesi di Budweis.
»	»	»	Al sig. Boberto Steinbrener, della medesima diocesi.
10	*maggio*	*1926.*	Al sig. Leone Augusto Ludovico Giuseppe Motte, dell'arehidiocesi di Tours.
8	*giugno*	»	Al sig. Angelo Gentilini, della diocesi di Piacenza.
»	»	»	Al sig. conte Giuseppe Salvatore Manfredi, della medesima diocesi.
10	*maggio*	»	Al sig. Vincenzo Nardoni (Boma).
»	»	»	Al sig. Francesco Martinuzzi, dell'arehidiocesi di Udine.
14			Al sig. Mario Aspise, dell'arehidiocesi di Palermo.
17	«	»	Al sig. Giuseppe Motte van Ham, della diocesi di Lilla.
»	»	»	Al sig. Andrea Duriez, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Vittore Bottelli, dell'arehidiocesi di Milano.
21	»		Al sig. Pietro Smits, della diocesi di Bois-le-Duc.
»	»	»	Al sig. Enrico Benoist, della diocesi di Autun.
«	»	»	Al sig. Bichmond Dean, della diocesi di St. Augustine.
23	*giugno*	»	Al sig. Ettore Pigneur, della diocesi di Namur.
30	»	»	Al sig. Francesco Kanter, dell'arehidiocesi di Vienna.
»	»	»	Al sig. Giovanni Prutscher, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. prof. Giuseppe Guntermann, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.
»	»	»	Al sig. Carlo Klauck, dell'arehidiocesi di Colonia.
»	»	»	Al sig. Teodoro Kreifelts, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Massimiliano Vester, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Aleardo Perconti, della diocesi di Brescia.
2	*luglio*	»	Al sig. dott. Giuseppe Vincenzo Huertas, dell'arehidiocesi di Bogota.
»	»		Al sig. Giuseppe Hye Hoyl, della diocesi di Gand.
5		»	Al sig. prof. arch. Adolfo Muesmann, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.

5 luglio 1926. Al sig. prof. Filippo Schumacher, della archidiocesi di Monaco e Frisinga.
16 Al sig. Alfredo Szentváry Walleshausen, dell'archidiocesi di Strigonia.
20 Al sig. Luigi Pisani, dell'archidiocesi di Torino,
21 Al sig. rag. Angelo Framba (Eoma).
Al sig. avv. Ludovico Blanckaert, della diocesi di Lilla,
Al sig. not. Edoardo Duriez, della medesima diocesi.
Al sig. Ludovico Dewulf, della medesima diocesi,
29 Al sig. avv. Giuseppe Eymard Duvernay, della diocesi di Grenoble.
30 » Al sig. Emilio Lenglet, della diocesi di Cambrai.
31 » Al sig. Alfonso Steger, della diocesi di Harlem.
5 agosto » Al sig. Emilio Pietro Billeton, della diocesi di Arras.
7 » Al sig. Mcola Giuseppe Maria Aelen, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Al sig. ing. Raffaele Politi, della diocesi di Lecce.
8 » » Al sig. arch. Alfredo Paoletti (Eoma).
12 » » Al sig. dott. Giuseppe Bardonet, della diocesi di Autun.

Il Gavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

14 giugno 1926. Al sig. comm. Gabriele M. Vittore Cholet, della diocesi di Bourges.
12 » » Al sig. Oreste Filippi, Tenente nella Guardia Palatina.
» » » Al sig. Lorenzo Mancini, Tenente nella Guardia Palatina.

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

27 marzo 1926. Al sig. comm. Attilio Ambrosini (Eoma).
21 aprile » Al sig. Luciano Bueno Saenz, della diocesi di Cadice.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa.

17 aprile 1926. Al sig. Alessandro Bereczk, della diocesi di Veszprimia.
U maggio » Al sig. avv. Pietro Giacomo Mazzarelli, dell'archid. di Torino.
17 » » Al sig. cav. Eaffaele Pardi (Eoma).
19 » » Al sig. prof. Paolo Mollino, della diocesi di Chiavari.
27 » » Al sig. dott. Bruno Curinaldi, dell'archidiocesi di Serajevo.
10 ghigno » Al sig. Jonckeer W. Quarles van Ufford, già Segretario della Legazione dei Paesi Bassi presso la S. Sede.
30 » » Al sig. barone Alfonso de Haulleville (Belgio).
luglio Al sig. dott. Filippo Perlo, dell'archidiocesi di Milano.
» Al sig. avv. Riccardo Scurati, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

20 aprile 1926. Al sig. Enrico Brosio, dell'archidiocesi di Torino.
21 » » Al sig. prof. Francesco Lederer, della diocesi di Ragusa.
» » » Al sig. Antonio Gjivanovié, della diocesi di Ragusa.
22 » » Al sig. Leonardo Habrich, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Al sig. Guglielmo Einhaus, della medesima archidiocesi.

28	*aprile*	*1926.*	Al sig. Emilio Santucci, dell'arehidiocesi di Siena.
		»	Al sig. Giovanni Melchner, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.
14	*maggio*	»	Al sig. Bernardo Visetti, dell'arehidiocesi di Torino.
»	»	»	Al sig. Giovanni Lusso, della medesima archidiocesi.
4	*giugno*	»	Al sig. Costante De Becker, dell'arehidiocesi di Malines.
18	»	»	Al sig. Lorenzo Cremer, dell'arehidiocesi di Colonia.
	»	»	Al sig. Enrico Frings, della medesima archidiocesi.
	luglio	»	Al sig. Angelo A. Frandin, dell'arehidiocesi di Torino.
		»	Al sig. Carlo Candellero, della medesima archidiocesi.
		»	Al sig. Andrea Bramante, della medesima archidiocesi.
»		»	Al Sig. Carlo Tagliabue, della medesima archidiocesi.
29		»	Al sig. ing. Francesco Fornari (Boma).
3	*agosto*	»	Al sig. rag. Augusto Marcucci, dell'arehidiocesi di Siena.
6		»	Al sig. Ercole Pisani (Boma).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

10	*luglio*	*1926.*	Monsig. Francesco Barda (Boma).
26	*agosto*	»	Monsig. Stefano Croce, della diocesi di Susa.
26	»	»	Monsig. Liubomiro"Bacie, della diocesi di Ragusa.
28	»	»	Monsig. Francesco P. Me Nichol, dell'archid, di New York.
4	*settembre*	»	Monsig. Agostino Pallaroni, della diocesi di Piacenza.
»	»	»	Monsig. Umberto Malchiodi, della medesima diocesi.
14	»	»	Monsig. Cesare Trovarelli, della diocesi di Osimo e Cingoli.
»	»	»	Monsig. Oddone Sabbatini, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Angelo Rubisse, della medesima diocesi.
18	»	»	Monsig. Giuseppe O. Breslin, dell'arehidiocesi di New York.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30	*agosto*	*1926.*	Monsig. Domenico Magaldi, della diocesi di Sorocaba.
2	*settembre*	»	Monsig. Giovanni Giorsino, dell'arehidiocesi di Torino.
7	»	»	Monsig. Nicola Töttössy, dell'arehidiocesi di Strigonia.
14	»	»	Monsig. Cesare Nisi, della diocesi di Fermo.

Cappellano segreto d'onore di S. S.:

7 settembre 1926. Monsig. Giuseppe Pintér, deirarchidiocesi di Strigonia.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

6 settembre 1926. Il sig. Giuseppe Radcliffe, della diocesi di Middlesborough.

NECROLOGIO

5 maggio 1926.	Monsig. Pascasio Miguel, Vescovo tit. di Agatopoli.
20 » »	Monsig. Martino Garcia y Alcocer, Arcivescovo tit. di Bostra.
17 agosto »	Monsig. Paolo Stanislao La Eocque, Vescovo di Sherbrooke.
23 settembre »	Emo Sig. Card. **ARTURO STANISLAO TOUCHET**, del titolo di S. M. sopra Minerva, Vescovo di Orléans.
25 » »	Monsig. Agato Filippo Alvarado, Vesc. di Barquisimeto.
	Monsig. Giacomo Viladrich y Gaspar, Vesc. tit. di Tricornia.

AVVISO

Per nuova disposizione si sono distinte e rese reciprocamente autonome le Amministrazioni della Tipografia Poliglotta Vaticana e della Libreria Vaticana. Pertanto ad evitare probabili con-fusioni e ajd ottenere facile e celere disbrigo della corrispondenza è bene che ciò che riguarda esclusivamente i lavori tipografici sia indirizzato alla Tipografia Poliglotta Vaticana *e quello che riguarda acquisti, commissioni di libri, sia indirizzato alla* Libreria Vaticana.

Annus XVIII - Vol. XVIII 3 Novembris 1926 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE AEDIFICIO IN USUM SCHOLARUM IN CASTRO GANDULPHI EX CITAT O ET MAGISTRIS PIIS FILIPPINIIS TRADENDO.

PIUS PP. XI

In Castro Gandulphi, ut puellas adulescentulasque apte erudiendas christianosque ad mores conformandas curaret, fel. rec. decessor Noster Benedictus XIV, mense iunio an. MDCCXLIV, Magistrarum Piarum, quas a Beata auctrice Filippinias vocant, religiosam Familiam collocavit: cui quidem Familiae cum aedes quasdam in habitationis scholaeque usum et congruam annuam pecuniam attribuisset, Magistrum pontificalium largitionum ***pro tempore*** praeesse ac patrocinari decrevit, idemque, cupiens publice ostendere et quanti sua inceptum illud interesset et quam propensa Sorores voluntate prosequeretur, eo ipso mense, harum domum, illo in oppido rusticationis suae, benigne invisit. Per chirographum autem an. MDCCLV datum edixit, patere Scholam Magistrarum Piarum in Castro Gandulphi in posterum perpetuo debere, ut adulescentulae mulieresque eius oppidi ad christianam doctrinam, de more institutoque eiusmodi scholarum, instituerentur; Scholam autem a se in Castro conditam, honoris causa, Pontificiae titulo auxit. Nec ex eo tempore Institutum illud a decessoribus Nostris foveri unquam desitum est. Etenim, ut recentiores commemoremus, Gregorius XYI et Pius IX ludorum eius Castri amplificatione alter novis additis diaetis, alter elato altius aedificio, uterque vero aucta annua pecunia, providenter consuluere. Cum autem, anno MDCCCXC, Consilium oppido administrando praepositum, ut municipales scholas ex

legis praescripto aperiret, publicum magistris nominandis certamen indixisset, ad idemque invitatas, facta boni exitus sponsione, Filippinias Sorores cunctis suffragiis ad docendum elegisset, res decessori Nostro Leoni XIII sic placuit, ut non modo in usum municipalium ludorum diaetas Pontificiae Scholae concesserit, verum etiam, ad perfectiorem puellarum institutionem, scholam ibidem, sumptu suo in perpetuum alendam, patere voluerit. Proximus denique decessor Noster Benedictus XV die **XXH** mensis maii an. MDCCCCXVHI benigne providit, ut, iisdem Magistris Piis Pilippiniis ducibus, puellae Castri Gandulphi in operibus artificiisque muliebribus simulque in christianae vitae officiis rite exercerentur, aedibus, machinis, supellectile, annua pecunia ad talis veluti officinae effectum suppeditatis.

Cum autem Nobis, quibus haud multo ante feliciter obtigit, ut Luciam Filippini inter Beatos caelites numeraremus, recta iuventutis institutio cordi sit quam maxime, Venerabili Fratri Carolo, Archiepiscopo tit. Nicomediensi eidemque a largitionibus Nostris, perlibenter obsecundavimus, postulanti, ut in usum Pontificiae, quam memoravimus, Scholae ampliores compararemus aedes, quae temporum rerumque condicioni, itemque populi illius incremento, aptius congruerent ac responderent.

Quod igitur domus et schola, qua Filippiniae Sorores ad hunc diem usae sunt, iam nimium pro necessitate angustae factae essent, idcirco novum aedificium, quod scholasticum vocant, continentemque pro Sororibus Magistris domum in area Nostra e villa « Cibo », in via quam vulgo « Salita S. Antonio » nuncupant, excitari iussimus: quod quidem aedificium, propediem publice dedicandum, inde a proximo anno scholastico MDCCCCXXVI-MDCCCCXXVII usui esse poterit.

Itaque Motu Proprio, ac de certa scientia et matura deliberatione, statuimus ac decernimus, eas ipsas, quas excitavimus, aedes, omnesque earum accessiones, secundum traditionis Actum, Magistris Piis Filippiniis utendas concedi, ut easdem ad propositum Nostrum adhibeant, scilicet ad puellas Castri Gandulphi litterarum elementis imbuendas christianeque conformandas. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die x mensis augusti anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

VALLIS POMPEIAE

PRAELATURAE NULLIUS DIOECESIS BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE A SACRATISSIMO ROSARIO.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD FUTURAM REI MEMORIAM

Beatissimae Virginis Mariae a Sacratissimo Eosario Aedes in Vaile Pompeia magnificentissime piis fidelium oblationibus erectas, iteratis iam vicibus praedecessores Nostri immortalis memoriae Leo XIII, Pius X ac Benedictus XV pontificali auctoritate honoribus honestarunt privilegiisque singularibus auxerunt.

Iuvat praesertim speciali mentione referre quae ad ipsarum Aedium Marianum firmamentum Summus Pontifex Leo XIII, recolendae memoriae, disposuit ac statuit, quaeque circa easdem temporum decursu facta sunt.

Apostolicis enim Litteris *Qua Providentia* diei 13 martii 1894 idem Summus Pontifex munus acceptavit, sibi pro quinquagesimo suae consecrationis anno oblatum, quo Bartholomaei et Anna Maria coniuges Longo sese de sacris aedibus B. Mariae Virginis in Valle Pompeia omni potestate atque auctoritate abdicabant, ut eae cum omni supellectili, ornatuque, rebusque pretiosis, quarum dabatur index, in Apostolicae Sedis ius et dominium transirent. Quod ut legitime efficeretur opportunum quoque dabant chirographum.

Qua occasione arrepta in iisdem Litteris Leo XIII haec insuper expresse edicebat: *Quam Vallem Pompeiam, non tamen ultra terminos aedium Marianum, a dioecesi Nolana seiungimus, seiunctamgue in Apostolicae Sedis ditionem subiicimus.*

Ex eo autem tempore iurisdictionem omnem quam Summus Pontifex super praefatas aedes (hoc est super Sanctuarium, puellarum orphanotrophium, cappellanos confessarios, et super pueros filios eorum qui in carceribus sunt detenti) ad se advocaverat, Apostolica Sedes plenissime semper exercuit per Eminentissimos Viros Cardinalem Monaco La Valletta, Cardinalem Mazzella, Cardinalem Prisco, ac demum per Cardinalem Augustum Silj, nuper defunctum; qui tamen, cum ab initio Cardinalitia dignitate non decoraretur, Delegati Apostolici nomine potestatem suam exercuit.

Contigit autem, ut longo huius temporis spatio, auctis fidelium oblationibus pro Sanctuario, hospitium pro filiis carceribus detentorum, quod ab initio in ipsis Marialibus aedibus exstabat, alibi seorsim constitueretur; insuper ut aliae accessiones primitivis Marialibus aedibus adiicerentur, ac denique ut ultimis hisce temporibus pro filiabus carceribus detentorum aedes ac fundus novus acquirerentur. Factum est insuper, ut, non contradicente Apostolica Sede et Ordinario Nolano silente, iurisdictio, Apostolicis Litteris *Qua Providentia* ad Mariales aedes coarctata, ad haec nova loca extenderetur.

His ergo ad memoriam revocatis quae praesertim Summus Pontifex Leo XIII tam utiliter constituerat, Nos quoque, iisdem omnibus consideratis et perpensis, volentes perficere riteque ordinare et ad novam conditionem aptare quae ab initio ipse Leo XIII statuerat, eiusque dispositioni inhaerere, insimul pro peculiari qua ferimur devotione erga Beatissimam Virginem, praefatas aedes, a dioecesi Nolana iam avulsas et sub directa S. Sedis iurisdictione positas, novo pontificalis benevolentiae testimonio illustrare voluimus; ideoque per decretum Sacrae Congregationis Consistorialis diei 20 proxime elapsi mensis martii institutionem a glorioso decessore Nostro Leone XIII, ut supra, peractam, in Praelaturam ereximus, nuncupandam « Pompeianam *nullius dioecesis* » ex titulo Beatissimae Virginis Mariae a Ssmo Rosario.

Quum vero singularis negotii gravitas exigat ut quae circa hanc Pompeianam Praelaturam decrevimus vel plenius statuantur, per has Apostolicas sub plumbo Litteras, reassumptis et veluti in unum collectis iis omnibus quae ad rem pertinent, haec quae sequuntur decernimus:

1. Institutio a Leone XIII Apostolicis Litteris *Qua Providentia* peracta, nomen ac dignitatem *Praelaturae Nullius dioecesis* suscipiet et assumet, a Beatissima Virgine Maria a Ssmo Rosario in Valle Pompeia nuncupandae.

2. Ad honestam Praelati sustentationem, ipsi propria erit annua pensio duodecim millium libellarum, ex oblationibus fidelium, quae quotannis Sanctuario fieri solent, desumenda.

3. Ceteras oblationes omnes, sive iam collectas sive colligendas nec non bona omnia quae in exsecutionem Decreti diei 20 mensis martii, iam per publicum instrumentum in forma legali confectum die 9 aprilis nuper elapsi, legitime translata sunt, Praelatus administrabit cum consilio de quo infra ut plene ac fideliter erogentur in fines ad quos datae sunt, scilicet pro cultus et fabricae expensis et pro sustentatione sacerdotum nec non puerorum ac puellarum qui prope Sanctuarium aluntur ac educantur et eidem Sanctuario, salva eorum educatione, quadamtenus deserviunt.

4. Praelatus a S. Sede designandus potestatem suam, immediate S. Sedi subiectam, exercebit in territorio nedum primitivo sed etiam actuali Aedium Marialium, itemque in aedibus et territorio filiis et filiabus in carceribus detentorum adsignatis.

5. Haec Praelati potestas tum ordinis tum iurisdictionis eadem erit ac ea quae spectat ad ceteros locorum Ordinarios, ad tramitem iuris communis.

6. Quinto quoque anno Praelatus relationem faciet ad Sacram Congregationem Consistorialem de statu ipsius Praelaturae, servatis servandis et iuxta praescriptum ss. canonum, prout ceteri Episcopi, Abbates et Praelati *nullius dioecesis* adiguntur; sed insuper singulis omnino annis integram relationem de statu oeconomico omnium bonorum quorum administrationem gerit ad S. Sedem mittere debebit, iniuncta pariter obligatione recurrendi quoties cuiusque generis negotiorum gravitas, etiam quoad spectat temporalem administrationem, id exigat, et firmo sarctoque iure ipsius S. Sedis pro libitu quandoque interveniendi in omnia quae respiciunt sive statum moralem Praelaturae rerumque omnium quae Praelati potestati ac iurisdictioni subiacent, sive temporalem administrationem omnium bonorum quae ad finem singulis proprium cum suis proventibus tributa sunt vel in posterum erunt tribuenda.

7. Sicuti iam mos erat cum Marialibus Aedibus Delegatus Apostolicus praesideret, ita Praelato Pompeiano adsidebunt tres viri ex ordine clericali, a Sacra Congregatione Consistoriali eligendi, qui eum consilio et opere adiuvent in ordinario Praelaturae regimine ac in ordinaria oblationum nec non bonorum, ut supra, administratione et erogatione iuxta debitos fines. Ex istis unus, qui ad rem designabitur, Praelati absentis vices geret cum potestate Vicarii Generalis ad tramitem iuris communis; ac, Praelatura vacante, potestatem Vicarii Capitularis assumet, sub immediata tamen S. Sedis directione et vigilantia, usque dum alius Praelaturae regendae sit praepositus.

8. Munus tandem advigilandi ut rite Sanctuarium tum in spiritualibus tum in temporalibus regatur ac ut oblationes ac bona in finem ad quem singula ordinata sunt dirigantur ac administrentur, quodque hactenus particulari Patrum Cardinalium Coetui seu *Commissioni* concreditum fuit, etiam in posterum adhuc exercebitur ab illis Patribus Cardinalibus quibus a Summo Pontifice commissum erit.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore ac quacumque ex causa, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis vero, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat se obnoxium evasurum

esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Hisce omnibus, ut supra, confirmatis ac constitutis, ad eadem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Raphaelem Carolum Rossi, Archiepiscopum Thessalonicensem, Sacrae Nostrae Congregationis Consistorialis Adsessorem, eidem tribuentes facultates opportunas ac necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, imposito Onere ad sacram Congregationem intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem omnino tribuatur fides in iudicio et extra illud, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo sexto, die octava mensis maii, Pontificatus Nostri quinto.

O. **CARD**. CAGIANO, *8. B. E. Cancellarius.*

gg C. **CARD**. DE LAI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *8. C. Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XXXIII, n. 34.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI FAMULUS ABBA GHEBRE MICHAEL E CONGREGATIONE MISSIONIS A SANCTO VINCENTIO A PAULO SACERDOS BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — A primis Ecclesiae saeculis Evangelium in Abyssinia nuntiatum fuisse constat, sed cognitum quidem est temporum lapsu, a falsis haereticorum doctrinis diffusos, plures praesertim de Divini Verbi natura errores, illos in populos irrepsisse. Ut regionem eandem ab haeresi revocarent, iterum iterumque, connisi sunt catholicae Fidei praecones, quos inter meminisse iuvat venerabilem Dei famulum Iustinum De Iacobis, qui, dimidio saeculo decimo nono Apostolicus Abyssiniae Praefectus, immani labore, peruberem conversionum segetem messuit. Plures enim ipse praestantes genere ac doctrina viros, iam haeresi sordentes, eiuratis erroribus, in catholicae Ecclesiae gremium recepit, alumnosque suos verbo atque exemplo adeo confirmavit in fide, ut nonnulli eorum gloriosum martyrium pro Christo facere non dubitaverint. Horum lectissimo in numero principem locum obtinet venerabilis Servus Dei Abba Ghebre Michael, qui in oppido *Dibo* penes caeruleum Mlum natus, anno **MDCCLXXXXI**, Michaelis nomen et christianam a parentibus religionem accepit, sed haeresi infectam et a catholica Fide scissam. Acri ingenio praeditus, doctorum Abyssinorum scholas coepit celebrare, et brevi gramaticem, poësim, psalterium Sacrasque Scripturas didicit, iuxta morem regionis, sed scientiae amore et quasi arcano virtutis instinctu ductus, monasticam vitam aggressus est. Quare celeberrima regionis coenobia lustrat, veteres codices evolvit, praestantiores fama magistros percontatur, et tantos in theologicis disceptationibus progressus nanciscitur, ut, fiorenti licet aetate, doctissimi viri famam sibi comparaverit, et dignus habitus sit, qui magisterium publice exerceret. Castitatem interea servat religiose, neque carnis indulget illecebris, ut facilius ad divinarum rerum commentationem animum extolleret. Sed cum animadvertisset tres in Abyssinia scholas sive sectas vigere, quae de Christi natura doctrinas omnino diversas profitebantur, impensiore fiagravit desiderio veritatem germanam agnoscendi. Deperdito studio verum quae-

renti, veri nuncius obviam venit. Etenim Michael dum piam ad Palaestinae Loca sancta peregrinationem capessere studet, et ad Rubri Maris oras properat, Aduae novit praefatum Iustinum de Iacobis e congregatione Missionis, qui anno MDCCCXXXIX in Aethiopiam venerat, ut veram fidem deerrantibus ostenderet, animasque Christo lucrifaceret. Hic fervidum Michaelis ingenium, non minus quam validam doctrinam nativamque virtutem, ac pietatem demiratus, cum eo amicitiam ultro iniit, et plures de catholicae doctrinae veritate disserendi nactus occasiones, errores veteres ex animo Michaelis penitus exstirpavit, omniaque dubia atque anxietates solvit, effecitque ut post iter Romanum, ad catholicae fidei centrum, et Terrae sanctae visitationem, in patriam redux Michael, rite abiurata haeresi, in Ecclesiae Romanae sinum reciperetur. Annum agebat aetatis suae quinquagesimum venerabilis Servus Dei, Abba Ghebre Michael, cum veritatem illam, quam intento studio tot annos inquisiverat, laeto non minus quam forti pectore amplexus est. Haud enim ignorabat teterrimum odium, quo schismatici, praesertim monachi, quos inter diversatus erat, catholicae religionis asseclas et administros prosequebantur, et probe noverat, quae sibi oppetienda discrimina forent. Sed propositi tenax, magistri sui Iustini socius laborum atque adiutor, catholicae Fidei dogmata ac praecepta in scholis apostolicae praefecturae docet, errores haereticorum oppugnat, mores damnat. Conversionis nuntio accepto, episcopus schismaticus, nomine Salama, ira exarsit, et Michaelem, apostolici ministem curis intentum, missis satellitibus, in captivitatem adducit; Dei Famulum fidei formulae adhaerere renuentem, quam ipse tuebatur, in arctam custodiam coniicit. Tres fere post menses a carcere liberatus redit ad Iustinum, et dignus a Praefecto Apostolico habitus est, qui sacerdotium iniret; ita ut anno **MDCCCLI**, caelesti perfusus gaudio, Venerabilis Servus Dei salutarem hostiam prima vice litaverit. Mox in Congregationem Missionis a Sancto Vincentio a Paulo cooptatus, proficiscitur *Gondar* versus, civitatem haereticorum abyssinorum praecipuam sedem ac propugnaculum, ut Romanam Eidem palam inferret populo, magistros schismaticus refutaret atque etiam penes nobiles viros et regios administros catholicae fidei veritatem propugnaren Verum, depulso legitimo Rege, ad Romanam Eidem excipiendam propenso, Imperii Abyssinici summam per nefas occupaverat Theodorus, acerrimus catholicae veritatis hostis, qui in apertam ruit catholicae Fidei administrorum insectationem. Pul sis itaque per vim extra Abyssiniae fines Europaeis Missionariis, iussu schismatici episcopi, denuo Venerabilis Dei Famulus comprehenditur, qui, immani ligneo compede vinctus, teterrimum in carcerem coniicitur, ibique plures menses inedia et squalore conflictatur. Perfidus schismaticus praesul, ut a Romana fide descisce-

ret, haud semel Michaelem tentavit, tum libertatis spe, tum metu tormén-torum; sed strenuus Fidei adsertor iugiter se potius paratum exhibuit ad cruciatus perasperos tolerandos, quam ad iniuriam vel minimam Deo irrogandam. Carceris ac passionis socios interea solatur, atque in fide, verbo atque exemplo confirmat, Venerabilis Dei Servus, donec ad Theodori Regis tribunal rapitur. Heic religionis nostrae veritatem aperte professus, virgis caeditur, sed maiorem Dei Servus in patiendo fortitudinem, quam satellites in percutiendo saevitatem, ostendit. Fessis enim diro labore carnificibus strenuus Dei pugil irridèt, dum aestuans ira tyrannus novos subdit tortores, qui Martyris constantiam frangant. Verberibus attritus neci postea damnatus est; iamque ballistis igneis conficiendus ad supplicii extremi locum trahebatur, cum, Angli consulis intercessione, commutata poena in custodiam perpetuam, denuo in carcerem detruditur. E carceribus deinceps eductus, catenis oneratüs, regias copias sequi pedes adactus est. Sed perdifficili in itinere, dum ab inhumanis satellitibus inter calones atque impedimenta per vim raptatur, flagellis, siti, ac fame iam semianimis, dysenterico morbo confectus, invictam animam efflavit, terdecim post menses saevissimae passionis, optatissima Martyrum palma potitus, vertente anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, aetatis suae quarto supra sexagesimum. Praenobilis huius martyrii fama longe lateque percrebuit, et de Beatorum caelitum honoribus Venerabili Dei Famulo tribuendis flagrans erat christifidelium omnium desiderium, sed adversa locorum adiuncta cunctationem imposuere; donec adornatis ordinariis processibus omnibusque rei momentis mature perpensis, rec. me. Benedictus Pp. XV, decreto edito die xxv m. ianuarii an. MDCCCCXX, introductionis Causae Commissionem obsignavit. Continuo posita quaestio est de martyrio, martyriique causa, et quum constiterit luculenter, ipsius Venerabilis Servi Dei internecionem in odium catholicae Fidei evenisse, et solam Fidem fuisse illius causam, Nos sollemni decreto, undecimo calendas iunias huius anni dato, de martyrio martyriique causa Venerabilis Servi Dei Abba Ghebre Michaelis constare declaravimus: cui paullo post aliud accessit decretum, quo indultum est, ut, inspecta martyrii evidentia, a probandis signis seu miraculis in specie causae actores soluti essent, prout in iure sancitum est. Cum igitur de martyrio constaret, ad rem perficiendam illud supererai, ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur, an, stante approbatione martyrii martyriique causae, nec non dispensatione a signis sive miraculis, *tuto* procedi posse censerent ad sollemnem ipsius Venerabilis Dei Famuli Beatificationem. Hoc praestitit dilectus filius Noster Caietanus Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconus Cardinalis Bisleti, Causae Eelator, in universo Sacrae Rituum Congrega-

tionis coetu calendis iunns huius anni coram Nobis in Vaticanis Aedibus coacto, omnesque tam Cardinales, quam Patres Consultores, qui aderant, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec a Patre luminum caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus feeissemus, tandem faustissima die, qua annua sollemnia in honorem Sanctissimi Corporis Christi peraguntur, nempe tertio nonas iunias labentis anni, eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque VV. FF. NN. Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, SS. Rituum Congregationis Praefecto, et Caietano Sanctae Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali Bisleti, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, eiusdem SS. Rituum Congregationis Secretario, nec non Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad supralaudati Venerabilis Dei Famuli Beatificationem. Quae cum ita sint, Nos, precibus etiam permoti universae religiosae famuiae Congregationis Missionis a Sancto Vincentio a Paulo, auctoritate Nostra Apostolica, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Abba Ghebre Michael, sacerdos e Congregatione Missionis a Sancto Vincentio a Paulo, Beatus in posterum appelletur; eius corpus sive relliquiae, si quae supersint, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decoren tu r. Insuper, eadem Nostra auctoritate, concedimus ut de illo recitetur Officium et Missa celebretur de Communi Martyrum, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus intra hmites vicariatus apostolici Abyssiniae, sive Erythreae, nec non in omnibus templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quae pertineant ad Congregationem Missionis Sancti Vincentii a Paulo, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus confitentibus ad templa in quibus Beati ipsius Martyris festum agatur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Martyris ipsius peragantur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus, idque fieri concedimus in memoratis vicariatibus apostolicis, et in tempus sive sacellis, quae nominavimus, die per Ordinarium designando, intra annum, postquam eadem sollemnia in Patriarchali Vaticana Basifica fuerint rite celebrata. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis sive transumptis etiam impressis, dummodo manu Sacrorum Rituum Congregationis Secretarii subscripta et Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus, etiam iudicia-

libus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione his ostensis Litteris, haberetur.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die m mensis octobris, an. MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

VENERABILES SERVI DEI SAC. EMMANUEL RUIZ ET SEPTEM SOCII, O. F. M. ITEMQUE TRES GERMANI VEN. FRANCISCUS, MO OTI, RAPHAEL MASSABKI, VIRI MARONITAE, MARTYRES DAMASCI, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Contingit ex auspicato ut hoc anno, his quidem diebus quibus, in universo terrarum orbe, in honorem Sancti Francisci Assisiensis septimo exeunte saeculo ab ipsius obitu, centenariae festivitates habentur, octo inclyti eiusdem Sancti alumni, qui hac nostra aetate pro Christi fide asserenda sanguinem effuderunt, ad Beatorum Martyrum honores sollemni ritu promoveantur. Invicti ipsi héroes anno MDCCCLX in coenobio Damasceno, Custodiae Terrae Sanctae spirituali foedere adiuncto, a barbaris Turcarum cohortibus in odium Fidei necati, gloriosum in conspectu Domini martyrium fecerunt. Horum primus Emmanuel Euiz, natione Hispanus, anno MDCCCXXV religiosum Francisci sagum susceperat, et sacerdos, ad infidelibus praedicandum Christi verbum se vocatum persentiens, ad Terrae Sanctae Missiones venerat et post exantlatos uberrimo eum fructu plures per annos apostolicos labores, singulari prudentia ac sanctitatis opinione, Damascenum coenobium moderabatur. Alter Carmelus Volta, Hispanus et ipse, in Valentina provincia, eodem anno MDCCCXXV, Minorum Fratrum Ordinem ingressus, atque in Palaestinam missus, uti arabicae linguae scitissimus, iuvenum Missionariorum magister Damasci renuntiatus fuerat. Tertius Engelbertus Kolland e provincia Tirolensi, tam eximiae sanctitatis morumque innocentiae, quam acris ingenii vir, qui diuturni voti compos factus, Damascum ad sacras Missiones venerat, praefati Emmanuelis in pastorali munere indefessus adiutor. Quartus Nicanor Ascanius, ab Arabis compellatus Ioseph, e provincia Castellana qui viginti post annos actuosi in Hispania sacerdotalis ministerii, utpote

disertissimus divini Verbi praeco, venerat in Palaestinam, tit etiam ibidem praedivitem meteret in agro Dominico segetem. Quintus ac sextus fuerunt Nicolaus Alberca ex Andalusia, Petrus Soler e provincia Murciana, eximiae virtutis viri, alter anno MDCCCXXX natus, alter anno MDCCCXXVII, qui, fiorente iuventute Minoriticum Ordinem professi, et Palaestinae Missiones nacti, ad arabicae linguae studium Damasci incumbebant. Hos inclytos sacerdotes duo laici fratres comitantur, Franciscus Pinazo d'Arpuentes et Ioannes Iacobus Fernandez, Hispani ambo, qui, pietate non minus quam humilitatis spiritu fulgentes, in coenobio Damasceno famulatui addicti, officii sui partes diligentissime ac singulari obedientia implebant. Hos omnes, consuetis piis operibus intentos, teterrima illa intercepit adversus christianos insectatio, quae die x m. iulii anno MDCCCLX ab infensis Christi Fidei hostibus excitata, Damasci ex improviso exarsit, et immanes ruinas, incendia, rapiñas caedesque intulit. Etenim efferatae Turcarum turmae in coenobium irrumpunt et primum in Emmanuelem Euiz saeviunt, qui de imminenti clade monitus, sacramentali absolutione firmatis ad constantiam sociis, venerat in ecclesiam ad sacras species sumendas, « ne canibus rabidis proderet caelestia membra ». Ipse ante aram principem flexis genibus orans, ut a Fide descisceret frustra excitatas, ferro obtruncata^ Carmelus Volta, et ipse ut Mahometanam religionem amplecteretur iterum iterumque invitatus, clava percussus conficitur. Petrus Soler, dum se christianum profitetur, gladio transverberatur. Nicolaus Alberca, postquam aperte declaraverat se millies mori malle quam desciscere a Fide, igneae ballistae icta interficitur. Engelbertus Kolland, qui a religiosa domo aufugerat, seque primo caedis discrimini eripere potuerat, ab insectatoribus comprehensus, atque ad apostasiam incassum tentatus, securi percussus iacuit. Tandem Ascanius Nicanor in superiore coenobii contignatione detectas et caesus, et ipse parem cum sociis martyrii sortem invenit. Duo vero fratres laici Franciscus Pinazo et Ioannes Iacobus Fernandez, qui in turrim campanariam confugerant, a satellitibus fustibus ac ferro petiti, elatis ad caelum manibus orarunt, donec praecipiti lapsu a turris fastigio deiecti, gloriosa Martyrum palma potiti sunt. At non solum octo ipsis S. Francisci filiis contigit illa die pro Christo mortem oppetere; Turcarum enim furor in germanos etiam fratres Franciscum, Mootium, et Eaphaelem Massabki, catholicos viros Maronitas, exarsit. Eorumdem primus, septuaginta annos natus, Franciscus, conspicuo divitiarum non minus quam christianarum virtutum patrimonio abundabat, propereaque apud omnes Damasci cives optima existimatione florebat. Alter, Mootius, integerrimus paterfamilias sicut frater Franciscus, relicta mercatura, quam honeste iam exercuerat, pietatis operibus deditus, in Franciscalis coenobii schola arabicam

linguam tradebat. Tertius denique, Raphaël, caelebs, se totum orationi tradens vitamque asceticam agens, cotidie templum Fratrum Franeiscanorum celebrabat. Iidem ne patres Franciscales in periculo desererent, primo tumultus sonitu ad coenobium accurrunt, ibique, Eucharisticis dapibus refecti, una cum Eeligiosis ante aram orantes, natorum reique familiaris immemores, mortem fortiter exspectarunt. Comprehensi a Mahumetanis in ecclesiam irrumpentibus se Christianos esse et pro Christi Fide ultro morituros profitentur, et continuo, ante maioris altaris gradus ipsius templi, ferréis clavis mactati sunt. Post horrendam hanc eaedem, Mahumetanorum ferociae victimae Servi Dei tanquam Christi Martyres in odium Fidei perempti haberi coepti sunt; quapropter primum causa inchoata est de Beatorum Martyrum honoribus decernendis octo Minoriticae familiae alumnis, et Decessor Noster rec. me. Leo PP. XIII, die xvn m. decembris an. MDOCCLXXXV introductionis Causae Commissionem sua manu obsignavit. Postea cum penes Sacrorum Rituum Congregationem proposita quaestio sit de martyrio martyriique causa nec non de signis sive miraculis, et profecto constiterit eorundem octo Servorum Dei e Franciscali familia internecionem apprime evenisse in odium christiani nominis, et solam Fidem fuisse causam illius, Nos sollemni decreto, sexto nonas maias anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto, de martyrio et causa martyrii Emmanuelis Buiz et septem sociorum constare declaravimus. Super signis sive miraculis de more dispensatum est. Cum igitur de martyrio martyriique causa constaret, illud supererai ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an *tuto* procedi posse censerent ad sollemnem eorundem octo Servorum Dei Beatificationem. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis, Causae Eelator, in generali Sacrorum Rituum coetu coram Nobis in Vaticanis aedibus habito duodevicesima die m. iunii volventis anni, omnesque tum Cardinales tum qui aderant Patres Consultores affirmative responderunt. Nos vero die tantum Pentecostes pervigilio, nempe undecimo calendas iulias huius anni, eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque VV. FF. NN. Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito di Belmonte, Episcopo Albanensi, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, ipsius Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad ipsorum octo seraphicae familiae alumnorum Beatificationem. Cum igitur esset de eorundem prolatum iudicium, venerabilis frater Bechara Chemali, Archiepiscopus Maronitarum Damascenus,

vota quoque exprimens Patriarcharum Episcoporumque Orientalium, Nos enixis precibus flagitavit ut etiam tribus germanis Massabki, una eademque ac praefati Religiosi Franciscales caede, in odium Fidei peremptis, Beatorum caelitum honores decernerentur. Nos autem hisce votis concedere volentes, etiam de trium Dei eorundem Famulorum martyrio iuridicum Damasci processum institui iussimus; cumque de martyrio martyriique causa constitisset, praeviis decreto Sacrae Eituum Congregationis solito, die v huius mensis dato, nec non dispensatione a signis uti de iure, die tandem septima vertentis octobris ipsis quoque tribus Dei Famulis Beatorum caelitum honores tribuendos *tuto* decrevimus. Quae cum ita sint, Nos, precibus permoti universae Minorum Ordinis Fratrum religiosae famuiae, simulque Archiepiscopi Damasceni ceterorumque Antistitum Orientalium, clerique et fidelium Maronitarum, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Emmanuel Euiz, Carmelus Volta, Engelbertus Kolland, Nicanor Ascanius, Nicolaus Alberca, et Petrus Soler, sacerdotes, Franciscus Pinazo d'Arpuentes et Ioannes Iacobus Fernandez, Fratres laici, ex Ordine Minorum, itemque tres germani fratres maronitae Franciscus, Mooti, et Raphael Massabki Beati in posterum appellentur, eorumque corpora et relliquiae, si exstant, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines eorumdem radiis decorentur. Insuper, eadem Nostra auctoritate, concedimus ut de illis recitetur Officium et Missa celebretur de communi Martyrum iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesibus in quibus iidem Servi Dei respective nati sunt, pariterque intra fines archidioecesis Damascenae Maronitarum atque in omnibus templis ac sacellis, ubique terrarum sitis, coenobiis adiectis, quae ad Minorum Fratrum familiam pertineant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus confluentibus ad tempia in quibus Beatorum ipsorum Martyrum festum celebratur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eorundem Famulorum Dei peragantur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus: idque fieri concedimus in praedictis dioecesibus ac templis sive oratoriis, quae nominavimus, die per Ordinarium designando, intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretam Sacrorum Rituum Congregationis subscripta, et Praefecti sigillo munita sint, in

disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi his ostensis Litteris haberetur.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis octobris an. **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

III

VENERABILES SERVI DEI IOANNES MARIA DIT LAU, ARCHIEPISCOPUS ARELATENSIS, FRANCISCUS IOSEPH DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPUS BELLOVACENSIS, PETRUS LUDOVICUS DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPUS SANTONENSIS ET CLXXXVIII SOCII, OMNES PARISLTS ODIUM FIDEI INTEREMPTI, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Teterrima ac miseranda seditio, rerumque publicarum eversio, quae labente saeculo decimo octavo per Galliam exorta, sacra omnia ac profana miscuit, non modo in Regem ac nobiles, sed praecipue in Ecclesiam Ecclesiaeque ministros saevit. Profligatissimi enim homines, rerum summa per nefas potiti, falsa sub philosophiae specie, odium, quo adversus Ecclesiam aestuabant fucati, totis viribus christianum nomen penitus abdere connisi sunt. Quare contra Antistites sacrorum, Praesules ac sacerdotes iniquas saecularizationis leges detrectantes fidemque catholicam profitentes, vesanus furor exarsit, veterumque persecutionum tempora renovari visa sunt, ita ut immaculata sponsa Dei, Ecclesia, novis itemque gloriosis Martyrum coronis effulserit. Et re quidem vera Parisiis, horrenda illa et communi populorum consensu perpetuo exsecrata caedes, quae ineunte mense septembri anni **MDCCLXXXXII** coenobium Carmelitarum, Seminarium Sancti Firmini, Abbatiam Sancti Germani, et carcerem vulgo *La Force,* tanto ac tam nobili sanguine infecit, iure meritoque compellari potest verum ac sollemne invictorum Christi heroum in odium fidei interemptorum Martyrium. Tres in eadem internecione ceciderunt Antistites. Primus Ioannes Maria du Lau, in dioecesi Petrocoricensi anno **MDCCXXXvm** natus, qui, ad archiepiscopalem sedem Arelatensem evectus, in eadem Ecclesia regenda Caroli Borromaei Mediolanensis Archiepiscopi virtutum aemulator exstitit, et cum venisset Lutetiam Parisiorum, et civilis constitutionis iniquum iusiurandum elicere renuisset, in Carmelitarum coenobium, immutatum in

carcerem, detrusus, ab impiis sicariis gladio transfossus est. Alter Franciscus Iosephus de la Rochefoucauld, natus anno MDCCXXXVI in dioecesi Engolismensi, qui, Bellovacensis Episcopus renuntiatus, doctrina non minus quam caritate insignis, omnia bona sua pauperibus diribuit, et cum **Yerbo** et scriptis catholicam fidem professus, iuramentum refutasset, in coenobium Carmelitarum et ipse detrusus, lethali vulnere accepto, supra corpus germani fratris, iam occisi, exanimis occubuit. Tertius Petrus Aloisius de la Rochefoucauld, praedicti Episcopi frater, anno **MDCCXxxxrv** natus, qui Santonensem episcopalem sedem obtinebat, et fidei vindex acerrimus Jansenistarum errores reprobaverat. Cum fratre Bellovacensi Episcopo comprehensus, iuramento negato, a satellitibus iugulatur. Una cum tribus hisce Praesulibus, quamplures interfecti sunt sacerdotes tam saeculares quam regulares, vicarii, parochi, canonici, et nonnulli quidem fideles publicorum munerum dignitate clari. Hos omnes in odium fidei necatos fuisse constat. Nam carnifices, pro tribunali sedentes, vel singulos appellabant et iussum negantes iuramentum, illico adstantibus sicariis, proximo in atrio, vel etiam eos, spreta quacumque processus iuridici specie, mactandos clavis ferroque iugulandos tradebant. Continuo igitur appellari Martyres coepti sunt a coaevis et posteris praeclarissimi hi fidei adsertores; et percrebrescenteindies sanctitatis et martyrii fama de Beatorum Martyrum honoribus* ipsis Servis Dei tribuendis Causa inchoata est. Die vero xvi m. ianuarii an. MDCCCCXVI rec. me. Decessor Noster Benedictus PP. XV introductionis Causae Commissionem obsignavit. Proposita autem de martyrio quaestione cum omnibus nominibus constitisset tam trium nominatorum Antistitum quam centum octoginta et octo sociorum, quorum nomina inferius recensentur, internecionem in odium christiani nominis evenisse et solam fidem fuisse illius causam, Nos, sollemni decreto calendis octobribus anni vertentis dato, de martyrio martyriique causa eorundem centum nonaginta et unius venerabilium Servorum Dei constare ediximus. Cum igitur esset de martyrio prolatum iudicium, illud supererai discutiendum, nimirum ut Sacrorum Rituum Cardinales, et Consultores rogarentur an, stante approbatione martyrii martyriique causa, nec non dispensatione a signis, *tuto* procedi posse censerent ad sollemnem eorundem Venerabilium Servorum Dei Beatificationem. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Vincentius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Conlegii Decanus, Causae Relator, in generalibus comitiis coram Nobis in Vaticanis aedibus habitis, die v m. octobris huius anni, omnesque tam Cardinales quam qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec a Patre luminum caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum im-

pensis precibus fecissemus, tandem, die vn huius mensis et anni, eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque venerabilibus fratribus Nostris Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vannutelli, Episcopo Ostiensi ac Praenestino, Sacri Conlegii Decano, Relatore Causae, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, ipsius Congregationis Sacrorum Rituum a secretis, et Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Beatificationem Venerabilium Dei Servorum qui infra nominantur. Quae cum ita sint, precibus etiam permoti Archiepiscopi Parisiensis atque Archiepiscoporum et Episcoporum omnium Galliae, et cleri tam saecularis quam regularis nationis illius, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, facultatem facimus ut Beati in posterum appellentur nonaginta quinque Servi Dei in coenobio Carmelitarum necati, nempe I. Ioannes Maria du Lau, Archiepiscopus Arélatenos. II. Franciscus Iosephus de la Rochefoucauld, Episcopus Bellovacensis. III. Petrus Ludovicus de la Rochefoucauld, Episcopus Santonensis. IV. Vincentius Abraham, sacerdos, in dioecesi Rhemensi parochus. V. Andreas Angar, paroeciae Parisiensis ad Sancti Salvatoris vicarius. VI. Ioannes Baptista Claudius Aubert, paroeciae Dominae Nostrae, in oppido *Pontoise* Versaliensis dioecesis curio. VII. Franciscus Balmain, in dioecesi Nivernensi ortus, iam Societatis Iesu sodalis, Parisiis degens. VIII. Ioannes Petrus Bangue, in dioecesi Bisuntina natus, nosocomii Parisiensis Sancti Tacobi a sacris. IX. Ambrosius Augustinus Chevreux, Congregationis Benedictinae *2,* Sancto Mauro Parisiis summus moderator. X. Ludovicus Barreau de La Touche, eiusdem Congregationis monachus. XI. Renatus Iulianus Massey, ipsius Congregationis monachus. XII. Ludovicus Franciscus Andreas Barret, e dioecesi Avenionensi sacerdos, paroeciae Parisiensi ad S. Rochi addictus. XIII. Iosephus Bécavin e dioecesi Nannetensi sacerdos. XIV. Carolus Jeremias Béraud du Pérou, in dioecesi Rupellensi ortus, Societatis Iesu iam sodalis, postea Eudista. XV. Robertus le Bis, e dioecesi Constantiensi, ad S. Dionysii in oppido Briis *sous Forges* parochus. XVI. Iacobus Iulius Bonnaud, in archidioecesi S. Dominici ortus, Societatis Iesu iam sodalis, Vicarius generalis Lugdunensis. XVII. Ioannes Antonius Savine, in dioecesi Vapicensi natus, moderator sodalitatis clericorum Sancti Sulpicii. XVIII. Ludovicus Alexius Mathias Boubert, Ambianensi in dioecesi natus, diaconus, oeconomus sodalitatis clericorum Sancti Sulpicii. XIX. Ioannes Antonius Hyacinthus Boucharenc de Chaumeils, Aniciensi in dioecesi natus, Vicarius generalis Vivariensis. XX. Ioannes Franciscus Bousquet, Carcasisonensi in dioecesi ortus, presbyter Parisiis commorans. XXI. Ioannes

Franciscus Burté, Ordinis Minorum Conventualium, Parisiis, Procurator. XXII. Claudius Cayx-Dumas, e dioecesi Cadurcensi, Societatis Iesu iam sodalis, Ursulinarum Virginum ad Sancti Claudii Versaliensi in dioecesi moderator. XXIII. Ioannes Charton de Millou, Lugduni natus, iam Societatis Iesu alumnus, religiosarum a SSmo Sacramento Parisiis confessarius. XXIV. Claudius Chaudet, e dioecesi Aquensi, paroeciae Parisiensi ad Sancti Nicolai de Campis addictus. XXV. Nicolaus Clairet, e dioecesi Constantiensi, a sacris in nosocomio Parisiensi incurabilium. XXVI. Iacobus Alexander Menuret, in dioecesi Valentinensi natus, praepositus domui Sancti Francisci Salesii in oppido *Issy,* penes civitatem Parisiensem. XXVII. Claudius Colin, superior hospitii et cappellanus ad altare Sancti Eutropii ad Nostrae Dominae, Lutetiae Parisiorum. XXVIII. Petrus Ludovicus Ioseph Verrier, e dioecesi Cameracensi, presbyter domus Sancti Francisci Salesii in oppido *Issy.* XXIX. Bernardus Franciscus de Cucsac, Tolosanae archidioecesis, e societate Sancti Sulpicii, moderator Seminarii philosophici Parisiis. XXX. Franciscus Dardan, e dioecesi Nanceiensi, alumnis ephebei Sanctae Barbarae a sacris confessionibus, Parisiis. XXXI. Guillelmus Antonius Delfaut, iam Societatis Iesu sodalis, archipresbyter in dioecesi Petrocoricensi. XXXII. Maturinus Victor Deruelle, Parisiis, paroeciae ad Sancti Gervasii presbyter. XXXIII. Gabriel Desprez de Eoche, in dioecesi Nivernensi ortus, Vicarius generalis Parisiensis. XXXIV. Thomas Nicolaus Dubray, in dioecesi Bellovacensi natus, sodalitatis Sancti Sulpicii sacerdos. XXXV. Thomas Eenatus Dubuisson, in dioecesi Vallis Vidonis ortus, parochus ad Sancti Dionysii in oppido *Barville* Aurelianensis dioecesis. XXXVI. Franciscus Dumasrambaud de Calandelle, dioecesis Lemovicensis Episcopi a secretis. XXXVII. Henricus Hippolytus Ermes, Parisiis natus, vicarius paroeciae ad S. Andreae *des Arcs.* XXXVIII. Armandus de Foucauld de Pontbriand, e dioecesi Petrocoricensi, Vicarius generalis Arelatensis. XXXIX. Claudius Franciscus Gagnières des Granges, Oamberiensi in archidioecesi ortus, iam Societatis Iesu sodalis, presbyter domus Sancti Francisci Salesii apud Lutetiam Parisiorum. XL. Iacobus Gabriel Galais, e dioecesi Andegavensi, e societate Sancti Sulpicii moderator Seminarii Eobertinorum. XLI. Petrus Gauguin, in archidioecesi Turonensi ortus, e societate Sancti Sulpicii, Issiensi bibliothecae praefectus XLII. Ludovicus Laurentius Gaultier, in Ehedonensi archidioecesi natus, nosocomii incurabilium Parisiis cappellanus. XLIII. Georgius Girault, in archidioecesi Eothomagensi natus (Pater Severinus inter Franciscales Sodales Tertii Ordinis), a confessionibus sororum Sanctae Elisabeth Parisiis. XLIV. Ioannes Goizet, archipresbyter paroeciae Nostrae Dominae oppidi *Niort* in Pictaviensi dioecesi. XLV. Petrus Landry, vicarius in eadem pa-

roecia Nostrae Dominae, in dioecesi Pictaviensi. XL VI. Ioannes Philippus Marchand, Rupellensi in dioecesi ortus, et ipse vicarius paroeciae Nostrae Dominae oppidi *Niort* in dioecesi Pictaviensi. XL VIL Andreas Grasset de Saint Sauveur, natus Marianopoli in Canada, canonicus Ecclesiae cathedralis Senonensis. XLVIIL Carolus Franciscus le Gué, Rhedonensis archidioecesis, Societatis Iesu iam sodalis, Parisiis concionator. XLIX. Petrus Michael Guérin, e dioecesi Rupellensi, e societate Sancti Sulpicii, moderator Seminarii Nannetensis. L. Ioannes Antonius Guilleminet, e dioecesi Montis Pessulani, vicarius paroeciae ad Sancti Rochi Parisiis. LI. Franciscus Ludovicus Hébert, e dioecesi Baiocensi, in Congregatione Eudistarum vicarius Superioris generalis. LII. Iacobus Stephanus Philippus Hourrier, e dioecesi 4mbianensi, e sodalitate Sancti Sulpicii, praefectus Seminario de *Laon* Parisiis. LIII. Ioannes Baptista J annin, Constan tiensi in dioecesi ortus, nosocomii Parisiensis *de la Salpétrière* a sacris. LI V. Ioannes Lacan, e dioecesi Ruthenensi, nosocomii a Pietate nuncupati Parisiis a sacris. LV. Claudius Antonius Rodulphus Laporte, e dioecesi Corisopitensi, Societatis Iesu iam sodalis, vicarius ad Sancti Ludovici, in oppido *Br est.* LVI. Franciscus Lefranc e dioecesi Baiocensi, Eudista, superior Seminarii et Vicarius generalis Constantiensis dioecesis. LVII. Guillelmus Nicolaus Ludovicus Leclercq, e dioecesi Atrebatensi, in religione frater Salomon, e sodalibus Scholarum Christianarum. LVII.I. Oliverius Lefebvre, in dioecesi Baiocensi ortus, nosocomii Parisiensis a Misericordia nuncupati Parisiis a sacris. LIX. Urbanus Lefebvre, ex archidioecesi Turohensi, societatis Missionum ad infideles presbyter, addictus postea clero ad Sancti Eustachii Parisiis. LX. Iacobus Ioseph Lejardinier des Landes, e dioecesi Sagiensi, parochus ad Sancti Nicolai in oppido de *la Feuille* dioecesis Constantiensis. LXI. Franciscus Caesar Londiveau, vicarius paroeciae loci *Evaillé* dioecesis Cenomanensis. LXII. Ludovicus Longuet, e dioecesi Baiocensi, canonicus ad S. Martini Turonensis archidioecesis. LXIH. Iacobus Franciscus deLubersac, e dioecesi Petrocoricensi, Victoriae Ludovici XV filiae eleemosynarius. LXIV. Henricus Augustus Luzeau de la Mulonnière, in dioecesi Nannetensi ortus, e sodalitate Sancti Sulpicii, moderator Seminarii Andegavensis. LXV. Gaspar Claudius Maignien, ex archidioecesi Bisuntina, parochus loci *la Villeneuve le Boi* dioecesis Bello vacensis. LXVI. Ludovicus Mauduit, parochus ad Sancti Petri loci *Noyers* dioecesis Aurelianensis. LXVII. Franciscus Ludovicus Méallet de Fargues, e dioecesi Sancti Fiori, Vicarius generalis dioecesis Claromontensis. LXVIII. Iacobus Ioannes Le Meunier, in oppido *Mortagne* ad Nostrae Dominae vicarius, dioecesis Sagiensis intra fines. LXIX. Ioannes Iacobus Morel (pater Apollinaris inter minores fratres Capulatos nuncupatus) Friburgensi in dioecesi natus, vicarius Germanorum

in paroecia ad Sancti Sulpicii, Parisiis. LXX. Ioannes Baptista Nativelle, e dioecesi Baiocensi, vicarius ad Sancti Martini *de Longjumeau* dioecesis Versaliensis. LXXI. Benatus Nativelle, Ioannis praedicti frater, vicarius ad Sancti Dionysii in oppido *Argenteuil* dioecesis Versaliensis. LXX II. Nezel, clericus Parisiis natus, professor apud Sulpicianos Issienses, penes Lutetiam Parisiorum. LXXIII. Mathias Augustinus Nogier, e dioecesi Aniciensi, Parisiensibus ITrsulinis a sacris. LXXIV. Ioseph Thomas Pazery de Thorame, e dioecesi Aquensi, alter a Decano capituli cathedralis Blezae. LXXV. Iulius Honoratus Cyprianus Pazery de Thorame, Iosephi Thomae praefati frater, Vicarius generalis Tolonensis, in dioecesi Foroiuliensi. LXXVI. Petrus Franciscus Pazery de Thorame, duorum praecedentium Servorum Dei avunculus, Vicarius generalis dioecesis Arelatensis. LXXVII. Petrus Ploquin, vicarius in loco *Druye* archidioecesis Turonensis. LXXVIIL Ioannes Baptista Michael Pontus, e dioecesi Constantiensi, presbyter sodalitatis S. Sulpicii, Parisiis. LXXIX. Benatus Nicolaus Poret, e dioecesi Baiocensi, parochus in oppido *Boitron* dioecesis Sagiensis. LXXX. Iulianus Poulain de Launay, e dioecesi Baiocensi, presbyter paroeciae Sanctorum Omnium in archiepiscopali civitate Rhedonensi. LXXXI. Petrus Nicolaus Psalmon, ex archidioecesi Rothomagensi, e sodalitate Sancti Sulpicii, superior Seminarii de Laon Parisiis. LXXXII. Ioannes Robertus Quéneau, in dioecesi Andegavensi oppidi *Allonnes* parochus. LXXXIII. Stephanus Franciscus Deusdedit de Ravinel, e dioecesi Baionensi, in Seminario Sancti Sulpicii, Parisiis, diaconus. LXXXIV. Iacobus Augustinus Robert de Lezardière, e dioecesi Lucionensi, in Seminario Sancti Sulpicii Parisiis diaconus. LXXXV. Claudius Rousseau, Parisiensis, e societate Sancti Sulpicii presbj^ter, praefectus in Seminario de Laon Lutetiae Parisiorum. LXXXVI. Vincentius Iosephus le Rousseau, e dioecesi Corisopitensi, iam sodalis Societatis Iesu, moderator a confessionibus sanctimonialium a Visitatione Parisiis. LXXXVII. Franciscus Urbanus Salin de Niart, e dioecesi Argentoratensi, canonicus in loco *Saint Usier de Gonseraus* dioeceseos Apamiensis. LXXXVIII. Ioannes Henricus Ludovicus Samson, e dioecesi Constantiensi, vicarius in oppido *Caen* dioecesis Baiocensis. LXXXIX. Ioannes Antonius Barnabas Séguin, ex archidioecesi Avenionensi, vicarius paroeciae Parisiensis ad Sancti Andreae *des Arcs.* XC. Ioannes Baptista Maria Tessier, in dioecesi Carnutensi ortus, presbyter sodalitatis S. Sulpicii Parisiis. XCI. Thomas Loup, appellatus Bonnotte, iam Societatis Iesu sodalis, in dioecesi Nivernensi natus, Ursulinarum Parisiensium confessarius. XCII. Carolus Regis Matthaeus comes de Valions de la Calmette, Nemausensi in dioecesi ortus, emeritus militiarum dux Parisiis degens. XCIII. Mathurinus Nicolaus de

la Villecrohain le Bous de Villeneuve, in archidioecesi Rhedonensi natus, Societatis Iesu iam sodalis, Monialium a Calvario Parisiis moderator. XCIV. Franciscus Vareilhe-Duteil, in dioecesi Lemovicensi natus, iam sodalis Societatis Iesu, degens in pia domo S. Francisci Salesii loci *Issy,* penes Lutetiam Parisiorum. XCV. Iacobus Friteyre-Durvé, in dioecesi Claromontensi natus, iam sodalis Societatis Iesu, Missionarius Parisiis degens.

Et similiter septuaginta duo Servi Dei, in Seminario Sancti Firmini, quod iam Congregationis a Missione Sancti Vincentii de Paulo domus fuit, mactati, videlicet. I. Andreas Abel Alricy, octogenarius sacerdos, in dioecesi Gratianopolitana natus, e clero ad Sancti Medardi. IL Renatus Maria Andrieux, Rhedonensis, iam sodalis Societatis Iesu, superior communitatis ad S. Nicolai *du Ghardonnet,* Parisiis. III. Nicolaus Bize, Versaliensis ortu, Rector Seminarii S. Nicolai *du Ghardonnet* Parisiis. IV. Stephanus Michael Gillet, Parisiensis, presbyter communitatis Parisiensis ad Sancti Nicolai *du Ghardonnet.* V. Ludovicus Ioannes Matthaeus Lanier, ortus in dioecesi Vallis Vidonis, praefectus in eodem Seminario Sancti Nicolai *du Ghardonnet.* VI. Carolus Victor Veret, Sagiensis ortu, diaconus communitatis Sancti Nicolai *du Ghardonnet.* VII. Petrus Paulus Balzac, Parisiensis, in paroecia ad Sancti Nicolai *du Ghardonnet,* presbyter. VIII. Ioseph Ludovicus Oviéfve, Parisiensis, apud dictam paroeciam ad Sancti Nicolai *du Ghardonnet.* presbyter. IX. Ioannes Franciscus Maria Benoit, dictus Vourlat, Lugdunensis ortu, iam Societatis Iesu sodalis, moderator spiritualis sanctimonialium a perpetua Adoratione SSmi Sacramenti. X. Ioannes Carolus Maria Bernard, e dioecesi Nannetensi, canonicus regularis, et curator bibliothecae penes abbatiam Sancti Victoris, Parisiis. XI. Michael Andreas Silvester Binard, ortus in dioecesi Constantiensi, Parisiis in Conlegio Navarrensi doctor. XII. Claudius Bochot, ortus in dioecesi Trecensi, moderator Patrum a Doctrina Christiana Parisiis. XIII. Eustachius Felix, in eadem dioecesi natus, procurator Patrum a Doctrina Christiana Parisiis. XIV. Ioannes Franciscus Bonnel de Pradal, in dioecesi Apamiensi ortus, canonicus regularis ad Sanctae Genovefae Parisiis. XV. Claudius Ponse, e dioecesi Aniciensi, canonicus regularis Sanctae Genovefae Parisiis. XVI. Petrus Bonsé, Parisiensis, parochus ad Sancti Sulpicii in oppido *Massy* dioecesis Versaliensis. XVII. Petrus Briquet, e dioecesi Suessionensi, theologiae doctor in Conlegio Navarrae Parisiis. XVIII. Petrus Brisse, e dioecesi Bellovacensi, templi cathedralis canonicus, maior poenitentiarius. XIX. Carolus Camus, e dioecesi Ruthenensi, in Conlegio Regio emeritus professor. XX. Ioannes Carolus Caron, e dioecesi Atrebatensi, parochus in oppido *Collégien* dioecesis Meldensis. XXI. Bertrandus Antonius de Caupenne, e dioecesi Auxitana, vicarius oppidi *Montmagny* in dioecesi Versaliensi.

XXII. Nicolaus Colin parochus loci *Genevrières* dioecesis Lingonensis. XXIII. Sebastianus Desbrielles, ex archidioecesi Bituricensi, magister scholarum in nosocomio Parisiensi a Pietate. XXIV. Ioannes Petrus Duval, pariter magister scholarum in eodem nosocomio. XXV. Ludovicus Franciscus Rigot, ortu Ambianensis, aedituus in ipso nosocomio. XXVI. Iacobus Dufour, e dioecesi Constantiensi, vicarius ad Sancti Rhemigii loci *Maisons* archidioecesis Parisiensis. XXVII. Dionysius Claudius Duval, natus in oppido *Saint-Etienne-du-Mont* in eadem, Sancti Stephani paroeciae in archidioecesi Parisiensi vicarius. XXVIII. Iosephus Falcoz, ortus in dioecesi Maurianensi, sacerdos Parisiensibus nosocomiis addictus. XXIX. Gilbertus Ioannes Fautrel, e Constantiensi dioecesi, cappellanus Hospitii pro infantulis proiectis alendis in suburbio Sancti Antonii Parisiis. XXX. Philibertus Fougères, Parisiensis ortu, parochus ad Sancti Laurentii in dioecesi Nivernensi. XXXI. Ludovicus Iosephus François, in dioecesi Cameracensi natus, moderator Seminarii Parisiensis Sancti Firmini. XXXII. Petrus Ioannes Garrigues, e dioecesi Euthenensi, presbyter e clero Parisiensi. XXXIII. Nicolaus Gaudreau, Parisiensis, parochus oppidi *Vert le petit* in dioecesi Versaliensi. XXXIV. Georgius Hieronymus Giroust, in dioecesi Meldensi natus, vicarius loci *Gennevilliers* archidioecesis Parisiensis. XXXV. Ioseph Maria Gros, e Lugdunensi archidioecesi, parochus ad Sancti Nicolai *du Ghardonnet* Parisiis. XXXVI. Ioannes Henricus Gruyer, natus in dioecesi Sancti Claudii; e Congregatione Missionis, vicarius ad Sancti Ludovici Versaliensis dioecesis. XXXVII. Petrus Michael Guérin du Eocher, Societatis Iesu iam sodalis, in dioecesi Sagiensi ortus, moderator domus nuper ad catholicam fidem conversorum, Parisiis. XXXVIII. Eobertus Franciscus Guérin du Eocher, supradicti Petri Michaelis frater, iam Societatis Iesu sodalis, Parisiis degens. XXXIX. Ivo Andreas Guillon de Keranrum, in dioecesi Briocensi natus, curator Coñlegii Navarrae et vicecancellarius Athenaei Parisiensis. XL. Iulianus Franciscus Hédouin, e dioecesi Constantiensi, sacerdos Parisiis sanctimonialibus addictus. XLI. Petrus Franciscus Hénocq, natus in dioecesi Ambianensi, doctor in Conlegio a Cardinali Lemoine appellato, Parisiis. XLIL Eligius Herque du Boule, e Lugdunensi archidioecesi, iam Societatis Iesu sodalis, nosocomii a Pietate nuncupati Parisiis cappellanus. XLIII. Petrus Lodovicus Joret, presbyter. XLIV. Ioannes Petrus Le Laisant, in dioecesi Constantiensi ortus, vicarius ad Sancti Dionysii in oppido *Dugny* archidioecesis Parisiensis. XL V. Iulianus Le Laisant, supramemorati Ioannis Petri germanus frater, vicarius in oppido *Videscoville* archidioecesis Parisiensis. XL VI. Gilbertus Ludovicus Symphorianus Lanchon, in dioecesi Constantiensi natus, moderator spiritualis religiosarum a Portu Regali Parisiis. XLVII. Iacobus de la Lande,

dioecesi Sagiensi, parochus loci *Illiers-VFvêque* dioecesis Ebroicensis. XL VIII. Ioannes Ioseph de Lavèze Belay, natus in dioecesi Vivariensi, nosocomii Parisiensis vulgo *Hôtel Dieu* vicarius. XLIX. Michael Leber, Parisiensis, curio paroeciae ad Sanctae Magdalenae loci *Ville-VEvêque* Parisiis. L. Petrus Florentius Leclerq sive Clerq, ortus in dioecesi Ambianensi, presbyter in Seminario ad Sancti Nicolai *du Ghardonnet* Parisiis. LI. Ioannes Carolus Legrand, Parisiensis, philosophiae professor in Conlegio *de Lisieux* nuncupato Parisiis. LII. Ioannes Lemaitre, in dioecesi Baiocensi natus, novensilis sacerdos Parisiis. LIII. Ioannes Thomas Leroy, in dioecesi Catalaunensi natus, prior parochus de *la Ferté-Gaucher* in dioecesi MeldensL LIV. Martinus Franciscus Alexius Loublier, parochus loci de *{Jonde-sur-Sarthe* dioecesis Sagiensis. LV. Claudius Silvanus Mayneaud de Bisefranc, Augustodunensi in dioecesi natus, communitatis a Sancto Eocho sacerdos concionator Parisiis. LVI. Claudius Ludovicus Marmotant de Savigny, Parisiensis, parochus loci *Compans la Ville* dioecesis Meldensis. **Ii** VII. Henricus Ioannes Millet, Parisiensis, ecclesiae ad Sancti Hippolyti Lutetiae Parisiorum vicarius. LVIII. Franciscus Ioseph Monnier, Parisiensis, ad Sancti Severini Parisiis vicarius. LIX. Maria Franciscus Mouffle, Parisiensis, paroeciae S. Merry vicarius. LX. Ioannes Michael Philippot, Parisiensis, Conlegio Navarrae addictus sacerdos. LXI. Petrus Claudius Pottier, in civitate *Havre* natus, sodalis Congregationis Eudistarum, moderator magni Seminarii archidioecesis Eothomagensis. LXII. Iacobus Leonorus Eabé, natus in dioecesi Constantiensi, hospitii Parisiensis proiectorum puerorum vicarius. LXIII. Petrus Robertus Régnet, ortus in civitate *Cherbourg,* in dioecesi Constantiensi presbyter. LXIV. Ivo Ioannes Petrus Rey de Kervisic, in dioecesi Briocensi natus, vicarius Parisiensis ad Sancti Iacobi *du Haut Pas.* LXV. Nicolaus Carolus Roussel presbyter apud Seminarium Sancti Nicolai *du Ghardonnet* Parisiis. LXVI. Petrus Saint James, natus in oppido *Caen,* Parisiensis nosocomii a Pietate eleemosynarius. LXVII. Iacobus Ludovicus Schmid, Parisiensis, ad Sancti Ioannis Evangelistae Parisiis parochus. LXVIII. Ioannes Antonius Seconds, Ruthenensi in dioecesi natus, iam sodalis Societatis Iesu, Parisiis in nosocomio Pietatis a sacris. LXIX. Petrus Iacobus de Turmenyes, in archidioecesi Rothomagensi natus, magnae domus Navarrae, Parisiis, magister ac presbyter. LXX. Renatus Ioseph Urvoy, e dioecesi Briocensi, sacerdos magister conferentiarum in Seminario triginta trium Parisiis. LXXI. Nicolaus Maria Verrón, e dioecesi Corisopitensi, iam sodalis Societatis Iesu, Religiosarum mulierum a Sancta Aura, Parisiis, spiritualis moderator. LXXII. Ioannes Antonius Ioseph de Villette, in dioecesi Cameracensi natus, eques a Sancto Ludovico, iam militiae dux, Parisiis degens;

Item Servi Dei unus supra viginti, qui in carcere abbatiae Sancti Germani interempti fuerunt: I. Daniel Ludovicus André Des Pommerayes, in archidioecesi Rothomagensi natus, paroeciae Parisiensis ad Sancti Pauli vicarius. IL Ludovicus Remigius Benoist, Parisiis ortus, in eadem civitate ad Sancti Pauli vicarius. III. Ludovicus Remigius Nicolaus Benoist, supradicti frater germanus, et ipse eiusdem Sancti Pauli paroeciae vicarius. IV. Ioannes Andreas Capeau, e dioecesi Avenionensi, vicarius memoratae a Sancto Paulo paroeciae. V. Antonius Carolus Octavianus du Bouzet, e dioecesi Auxitana, Vicarius generalis archidioecesis Rhemensis. VI. Armandus Chapt de Rastignac, e dioecesi Petrocoricensi, Vicarius generalis Arelatensis dioecesis. VII. Ludovicus le Danois, e dioecesi Constantiensi, paroeciae Parisiensis ad Sancti Rochi vicarius. VIII. Claudius Fontaine, Parisiensis, paroeciae ad Sancti Iacobi *de la Boucherie* vicarius. IX. Petrus Ludovicus Gervais, ex archidioecesi Rothomagensi, Archiepiscopi Parisiensis a secretis. X. Sanctes Huré, natus in dioecesi Versaliensi, presbyter Parisiis degens. XI. Carolus Ludovicus Hurtrel, Parisiis ortus, sacerdos ex ordine Minimorum. XII. Ludovicus Beniaminus Hurtrel, diaconus, praecedentis germanus frater. XIII. Anna Alexander Carolus Maria Lanfant, natus Lugduni, iam Societatis Iesu sodalis, concionator sacer, Parisiis. XIV. Laurent, sacerdos, puerorum lingua et auribus cap torum educator Parisiis. XV. Thomas Ioannes Monsaint, ortus in dioecesi Baiocensi, paroeciae ad Sancti Rochi Parisiis vicarius. XVI. Franciscus Ioseph Pey, e dioecesi Foroiuliensi, vicarius ecclesiae *S. Landry* Parisiis. XVII. Ioannes Ioseph Rateau, ex archidioecesi Burdigalensi, presbyter Parisiis degens. XVIII. Marcus Ludovicus Royer, Parisiensis, in sua civitate ad Sancti Ioannis *en Grève* parochus. XIX. Ioannes Ludovicus Guyard de Saint Clair, in dioecesi Sagiensi natus, canonicus Noviomagi, in dioecesi Bellovacensi. XX. Ioannes Petrus Simon, Parisiensis, emeritus parochus, Lutetiae Parisiorum scholasticus, ad Nostrae Dominae Capituli canonicus. XXI. Petrus Iacobus Maria Vitalis, in archidioecesi Avenionensi natus, in ecclesia de *Saint Merry,* Parisiis, vicarius;

Denique tres famuli Dei in carcere appellato *La Force,* interfecti, scilicet: I. Ioannes Baptista Bottex, in dioecesi Bellicensi ortus, oppidi *Neuville-sur-Ain* parochus. II. Michael Franciscus de la Gardette, e dioecesi Claromontensi, Parisiensis paroeciae ad Sancti Gervasii vicarius. III. Franciscus Hyacinthus le Livec de Tresurin, natus in dioecesi Corisopitensi, Societatis Iesu iam sodalis, a sacris Filiarum Calvarii Parisiis.

Horum omnium corpora et relliquiae, si quae supersint, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, concedimus ut publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Insuper, eadem

auctoritate Nostra, ut de illis recitetur officium et Missa celebretur de communi plurimorum Martyrum iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani facultatem facimus. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat mandamus, in archidioecesi Parisiensi, ubi omnes centum nonaginta et unus Famuli Dei Martyrium fecerunt, et in dioecesibus ubi unusquisque eorum natus est et vixit, et, quod ad venerabiles Dei famulos in religiosas congregationes, vel ordines regulares adlectos, in omnibus templis, vel sacellis, ac piis domibus ubique terrarum sitis, quae pertineant respective ad congregationes vel ordines, quorum ipsi Servi Dei fuerunt alumni, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur: et quod ad Missas attinet a sacerdotibus continentibus ad templa in quibus Beatorum ipsorum festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eorundem Famulorum Dei peragantur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus, idque fieri concedimus in praedictis dioecesibus et in templis, seu oratoriis, quae nominavimus, die per respectivum Ordinarium designando, intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta, et Praefecti eiusdem Congregationis sigillo munita sint, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione his ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis octobris, anno **MCMXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

VENERABILIS DEI FAMULUS NATALIS PINOT PRESBYTER ANDEGAVENSIS BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Fortissimos inter christianae fidei adsertores, qui, grassante in Gallus teterrima in Ecclesiam insectatione, saeculo vicesimo octavo labente, « evangelicam disciplinam sincero Fidei vigore tenuerunt, quique incorrupto honore virtutis* cum praeceptis Domini et cum Apostolis eius fortiter stantes, nutantem multorum fidem, martyrii sui veritate solidarunt » (S. Cyprian., *Epistola 16),* praenobilem sane sibi vindicat Io-

.cum venerabilis Dei Famulus Natalis Pinot, sacerdos et parochus. Et re quidem vera maximum ac luculentissimum illi iure meritoque praeconium est tribuendum, quo martyres suos Ecclesia prosequitur: « Hic est vere martyr, qui pro. Christi nomine sanguinem suum fudit ». Andegavi Venerabilis Servus Dei ortus, die xix m. decembris a. **MDCCXXXXVII**, a pueritia enituit pietate, et, in Seminario litterariis sacrisque disciplinis imbutus, dignus habitus est qui, quattuor supra viginti annos natus, ad sacerdotium promoveretur. Ministerium scite naviterque implevit, ac primum in loco *Bousse,* dein in oppido *Corzé* paroeciale munus, magna fidei prudentiaeque laude, gessit; donec, cum anno **MDOCLXXXVIII** oppidi *le Lourouæ-Beconnais* conspicuam paroeciam obtinuerit, lata illi patuit pro apostolicis laboribus -exantlandis palaestra. At pietatis caritatisque officiis intentum Dei Servum intercepit publicarum rerum eversio atque perduellio, quae, Parisiis orta, in Andegavensi quoque dioecesi saeviit. Promulgata enim civilis cleri constitutionis lege, quae, non obstante eiusdem damnatione, per sollemne decretum a Romano Pontifice Pio PP. VI Nostro Praedecessore rec. me. lata, sacerdotibus cum iniqui iurisiurandi obligatione imposita est, Venerabilis Servus Dei semel iterumque ad iuramentum ipsum eliciendum adigitur. Ipse vero paratus cum esset potius mori quam a fide deficere, illud delectavit constanter; ideoque captus et mann militari ad urbem Andegavensem deductus, ex supremi tribunalis sententia a paroecia interdicitur. Sed, licet damnatus et extorris a grege suo, inclytus Dei Servus vitae discrimen subire non timuit, ita ut clam noctuque per biennium ministerium exercuerit, nonrmllosque sacerdotes, qui inscienter vetitum emiserant iuramentum, facta publica abiuratione, ad bonam frugem reduxerit. Anno **MDCCLXXXXIII,** exercitu Vandeae victoria freto, ad paroeciam ipse rediit, ingenti fidelium gaudio exceptus; sed brevi commutata fortuna, et catholicis copiis oppressis, acrior adversus Servum Dei exarsit insectatio. Sed, licet quaesitus ad mortem, a sacris officiis non cessit impavidus Dei Famulus, immo Ecclesiae sacramenta diribere non dubitavit incolis quoque finitimarum paroeciarum, quae legitimo pastore carebant. Donec, ineunte mense februario an. **MDCCLXXXXIV**, dum ad Sacrum celebrandum se comparat, a satelli tibus deiectus, comprehenditur et, licet sacris paramentis indutus, trahitur in iudicium. In vincula coniectus, duodecim per dies asperrima tulit: iudicibus iuramentum quaerentibus responsa dedit antiquis Martyribus *digna;* denique a tribunali militari, iureiurando denegato, damnatur ad mortem. Mortis nuntium accepit impavidus, et cum satellites, ut morituro turbae irriderent, venerabili Dei Servo sacra paramenta denuo imposuissent, ipse, quasi devota victima sacrificii signa prae se ferens, hilari vultu ad supplicii locum properavit. Sacerdotis accedentis ad aram repetens verba

« Introibo ad altare Dei » lethale pegma conscendit, et illico, obtruncata capite, introivit Regnum Dei. Praenobilis huius germanique martyrii fama percrebescente, cum passim tamquam Christi Martyr haberetur Servus Dei, de Beatorum Caelitum honoribus ipsi tribuendis penes Sacrorum Rituum Congregationem Causa agitari coepta est, et iudicialibus inquisitionibus rite sumptis, rec. me. Benedictus Papa XV introductionis Causae Commissionem die xxn m. anuarii an. **MDCCCCXIX** sua manuobsignavit. Proposita dein quaestio est de martyrio martyriique causa, et cum aperte constitisset venerabilem Servum Dei in odium christiani nominis fuisse interemptum, et solam fidem fuisse illius internecionis causam, Nos, sollemni decreto die nr mensis iunii vertentis anni dato, de venerabilis Servi Dei martyrio martyriique causa constare ediximus. Cum igitur esset de martyrio prolatum iudicium et, quod ad signa sive miracula, prouti de iure, dispensatum, illud supererat, nimirum ut Sacrorum Rituum Cardinales et consultores rogarentur, utrum, stante adprobatione martyrii martyriique causa nec non dispensatione a signis sive miraculis, *tuto* procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Natalis Pinot beatificationem. Hoc autem praestitit venerabilis frater Noster Vincentius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Vannutelli, Episcopus Ostiensis ac Praenestinus, Sacri Conlegii Decanus, causae Relator, omnesque tam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales quam, qui aderant, patres consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec fervidis precibus divini luminis largitatem impetraremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die prima vertentis mensis octobris, quo Sancti Remigii, perinsignis Antistitis Rhemensium, memoria recolitur, eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Conlegii Decano, causaeque Relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, Sacrae Rituum Congregationis Secretario, et Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Natalis Pinot Beatificationem. Quae cum ita sint, precibus etiam annuentes Antistitis Andegavensis, nec non ceterorum Praesulum clerique totius Galliae, auctoritate Nostra Apostolica, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut venerabilis Dei Famulus Natalis Pinot, sacerdos, parochus loci *le Louroux-Beconnais* in dioecesi Andegavensi, Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque relliquiae, si quae supersint, non tamen in sollemnibus pompis deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque eius imagines

radiis decorentur. Praeterea, eadem auctoritate, concedimus ut de iljoreeitetur Officium et Missa celebretur de communi Martyrum iuxta rubricas Breviarii ac Missalis Romani, cum orationibus propriis per Nos adprobatis. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat permittimus intra limites dioecesis Andegavensis, in qua Servus Dei vixit et passus est, ab omnibus christifidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa, in quibus Beati eiusdem festum agitur, confitentibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Servi Dei Natalis Pinot dictis in templis celebrentur cum Officio' et Missa duplicis maioris ritus, idque fieri praecipimus die per Ordinarium designanda, intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibusque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo sint manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis obsignata et Cardinalis Praefecti sigillo munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae voluntatis Nostrae significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXXI** m. octobris anno **MDCCOCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

V

NOVUS LIMES INTER VICARIATUM APOSTOLICUM LEOPOLD OPOLITANUM ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE MATADI IN CONGO BELGICO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, in hac sublimi Principis Apostolorum Cathedra collocati, pro supremi apostolatus officio ad maiorem Dei gloriam et christiani populi salutem, decernere maturamus. Iamvero cum pars septentrio-orientalis regionis de *Majomba* ad vicariatum apostolicum Leopoldopolitanum pertinens, auctoritate Nostra, praefecturae apostolicae de *Matadi* adnexa sit¿ ita tamen ut memoratum vicariatum et praefecturam novus limes dividerei, qui a flumine Congo incipiens intra *Boma* et *Kionzo* procederet usque ad fines Congi Gallici, salvis ulterioribus determinationibus magis specificis per Nos postea rite adprobandis, utriusque Missionis Ordinarii de hac limitum ulteriore designatione inter se convenerunt, et haec quae sequun-

tur supremae Nostrae adprobationi subiecerunt. Idcirco Nos, Ordinariorum dictorum votis concedentes, collatis consiliis cum V V. *FF.* NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Eidei praepositis, omnibusque rei momentis attento studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ét matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, decernimus ac mandamus, ut novus hic limes inter enunciatum vicariatum et apostolicam praefecturam incipiat a flumine Congo, sequatur cursum fluminis *Mbidizi,* deinde lineam quae ad Occidentem circumdat territoria districtuum sive *chefferies* vulgo de *Mbindu, Loanda, Kimalele; Kungu Sukuti; Mumba-Noki, Ngambula Nlamba; Kivutu Tumbi-Kai; Saka da inga-Ntusumba; Isangila-Binda;* et *Lolo-Mazingu:* quos districtus, sive *chefferies,* sub iurisdictione praefecti apostolici de Matadi remanere volumus: reliquas vero finitimas *chefferies* idest de *Nlamba; Sumba-Sauri; NJcanzi-Saudanda; Mfuiki; Tsinga Kadi; Mongodolo, NseJce-Mbanza, Lutala-Lolo-Ndamou; Nziuti-Kavuzi; Lusenge et Nsumbi* edicimus ac mandamus, ut ad vicariatum apostolicum Leopoldopolitanum pertineant.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces, semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis iunii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUS P. D. RAPHAELEM TIT. S. HIERONYMI ILLYRICORUM PRESB. CARD. SCAPINELLI DI LEGUIGNO, QUEM PLACENTIAM MITTIT LEGATUM SUUM AD CONVENTUM EUCHARISTICUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Laudar! satis non potest mos ille piissimus, haud ita pridem invectus, conventus scilicet ubique habendi quo sacrosanctae Eucharistiae cultus cotidie magis

in populo provehatur; idque hac praesertim aetate, dum tantum interest communis boni ut dilatentur spatia caritatis. Facile igitur tu intelliges quam libenti animo nuntium acceperimus, Placentiae, in urbe quidem nobilissima, congressum Eucharisticum mox actum iri; iamque commoveri animos et omnia apparari, ut digne sollemniterque eventus tam faustus concelebretur. Pietate Placentinorum perspecta, non dubitamus quin optatum exitum res habeat; eo magis quod non solum Pineroliensis Episcopus, Consilii Praeses Conventibus Eucharisticis in Italia promovendis, una cum suis operis sociis, rem iuvabit, sed etiam plurimi alii, uti affertur, sacrorum Antistites coetibus intererunt. In hac Sacramenti augusti celebratione nolumus equidem praesentiam Nostram omnino desiderari; quare te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum his litteris renuntiamus ut, nomine et auctoritate Nostra, Conventui praesideas ceterisque caeremoniis intersis. Ac sollertem Placentinorum Episcopum eosque omnes qui in re apparanda operam ei navant debita laude honestantes, gaudium praecipimus illius diei, cum pacis Princeps Iesus Dominus, per vias illius urbis, sollemniter procedente supplicantium agmine, transibit benedicendo. Interea, ad maiorem fidelium utilitatem, libenti animo concedimus ut, sacris operatus, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus qui Conventui intererunt apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis aprilis anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. RAPHAELEM TIT. S. PRAXEDIS S. R. E. PRESB. CARD. MERRY DEL VAL EUMDEMQUE PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE ARCHIPRESBYTERUM, QUEM LEGATUM SUUM MITTIT ASSISIUM AD SEPTIES SAECULARIA SOLLEMNIA AB OBITU S. FRANCISCI.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Septimo feliciter exeunte saeculo ex quo Seraphicus Pater Franciscus sanctissime obiit, merito sane ex terrarum orbe universo ad Assisiensem urbem catholicorum oculi convertuntur; in ea enim singularis Vir non solium auspicato

natus est, sed etiam et inelytum constituit Ordinem et mirandas res gessit. Quapropter, dum ubique gentium eventus tam faustus pie recolitur, consentaneum plane est ut augustiore quidem ritu ac pompa Assisii saecularia haec sollemnia celebrentur. Quae quidem sollemnia, quae tanta cum magnificentia soUertiaque apparantur et tam frequentes undique peregrinos, maxime italos, illuc pietatem suam testaturos cient ac trahunt, vehementer equidem participare avemus, quasi praesentes, cum ob singularem rei gravitatem, tum quia de Francisci cultu in Assisiensibus iis templis quae Apostolicae Sedi sunt propria magnae Nobis curae est, tum etiam quia Romanum Pontificem decet in augendo saecularis commemorationis splendore praeire universis. Ita, cum probe noverimus qua tu, dilecte fili Noster,; religione niteas erga Patriarcham Seraphicum, te quidem libenter eligimus qui, personam Nostram gerens, caeremoniis sacris quae die iv proximi mensis octobris Assisii agentur, nomine et auctoritate Nostra praesideas; ac praeterea potestatem tibi facimus thronum Pontifici reservatum adhibendi: id pro certo habentes te vel christiana pietate vel romanae Purpurae amplitudine ad optatum rei exitum digne omnino collaturum esse. Nec pauci quidem sunt salutis fructus quos inde exspectari licet, cum in singulorum hominum domesticaeque societatis, tum in humani generis universi utilitatem: nominatim autem ut virtutes illae vulgo revirescant de quibus in Encyclicis Nostris Litteris *Rite expiatis* fusius locuti sumus; nempe paupertas evangelica, qua e fiuxis mundi rebus eripimur, humilitas vitaeque sanctimonia, quae praecipua sunt animi ornamenta, alia demum spiritualia dona quae Seraphicus Pater ex caritate mirum in modum deprompsit. Ad hanc rem, preces Nostras cum eis coniungimus quas cum fidelium plura millia, ad Seraphici Patris sepulcrum, tum ceteri terrarum orbis catholici, ex longinquo, sollemni eo die fusuri sunt; ac precati ut novum quasi, sanctitudinis spiritum huiusmodi recordatio in populis excitet, facultatem tibi damus benedicendi adstantibus nomine Nostro, plenariam eisdem admissorum veniam proponendo, usitatis videlicet condicionibus lucrandam. Interea, conciliatrix caelestium munerum benevolentiaeque Nostrae testis Apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis septembris-, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

HOMILIA

AD NOVENSILES EPISCOPOS E CLERO INDIGENA SINENSI, HABITA INTER MISSARUM SOLEMNIA CONSECRATIONIS EORUMDEM IN FESTO SS. APP. SIMONIS ET IUDAE, DIE XXVIII OCT. MDCCCCXXVI, IN BASILICA VATICANA.

Venerabiles Fratres,

Iam finis est et solemnes expleti sunt ritus quibus plenitudinem sacerdotii prope Apostolicos Cineres vobis impertivimus; quam quidem impertire, ut res Nobis vobisque iucundior ac memorabilior accideret, hoc ipso die maluimus quo die ante septem annos Nobismet sacer collatus est Episcopalis ordo. Pro quo pretiosissimo munere Deo optimo maximo donorum omnium datori vobiscum, Venerabiles Fratres, gratias agimus et habemus habebimusque immortales. Nunc autem tacitum continere gaudium non possumus quo toti perfundimur ob consecratos primum a Romano Pontifice e Clero Sinensi praepositosque vicariatibus nonnullis ad catholicum nomen propagandum et Christi regnum inter silos dilatandum indigenas Episcopos. Initum valde salutariter .consilium - quod et vehementer expetimus et Deo dante confidimus posse et alibi ad effectum gradatim deduci - videmur haud minus exsecuti feliciter. Vos enim in Urbem, quae christianae Religionis quasi centrum constituta est, convocari decrevimus, in hac tanta Petriani templi sanctitate ac maiestate consecrandos, ut, qui Sinensis Episcopatus flores estis et germina novella, iidem sacra .aucti potestate sacrisque infulis redimiti, ad vestras regiones hinc verteremini; hinc, inquimus, ubi fons manat omnis apostolatus. Venistis quidem, Venerabiles Fratres, *videre Petrum,* immo etiam ab eo pedum accepistis, quod ad apostolica obeunda itinera ad ovesque congregandas uteremini. Petrus autem est vos peramanter complexus, qui evangelicae veritatis apud cives vestros proferendae spem facitis non exiguam.

Atque cives vestri, qui habent scilicet patriam illam immensam vobiscum communem, quae litterarum optimarumque artium

cultu iam inde ab extrema antiquitate floruit, ut Apostolicae Sedis consilium universe probavere - ii saltem qui non sunt abalienato a quavis religione animo - ita, imprimisque catholici, vos, Venerabiles Fratres, omnibus laetitiae pietatisque suae testimoniis prosecuti et Eomam profecturos plaudendo consalutarunt. Dignitatem igitur episcopalem coniunctosque cum ea maximos labores sic sustinete et f erte, ut, Nostrae populariumque vestrorum exspectationi respondentes, novam generosamque subolem Ecclesiae pariatis. Illud enim Christi Domini vobis quoque Christi Vicarius in hac solemni hora significare iure potest: « Levate capita vestra et videte regiones - regiones illas vestras immensas - quia albae iam sunt ad messem » et iterum: « Ite et vos in vineam meam »; iterumque: « Ite, praedicate, docete, baptizate, benedicite: Ego enim elegi vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat ». Fiat fiat!

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

SENTENTIA DECLARATORIA EXCOMMUNICATIONIS IN SACERDOTEM FRANCISCUM CAPONE.

DECRETUM

Il sac. Francesco Capone, originario di Barra (Napoli), venne nominato Economo Curato della parrocchia di Selvacava nell'archidiocesi di Gaeta; in seguito a regolare processo fu condannato con sentenza emanata da questa Suprema Sacra Congregazione in Feria IV, 6 maggio 1925. Non essendosi alla medesima sottomesso, per decreto di Feria IV, 11 novembre dello stesso anno, fu interdetto dalla celebrazione della Messa in tutta l'archidiocesi, e con successiva ordinanza di Feria IV, 28 aprile del corrente anno, fu minacciato formalmente di scomunica se entro dieci giorni dall'intimo non avesse fatto atto di piena sottomissione.

Nonostante la longanimità usata dalla Suprema Sacra Congregazione, il sacerdote suddetto non solo è rimasto ostinatamente pervicace nella sua contumacia, ma per di più è stato causa di gravi disordini, sobillando il popolo, continuando l'esercizio abusivo del ministero parrocchiale perfino fuori di chiesa, violando in ogni modo le superiori disposizioni dell'Autorità ecclesiastica.

A togliere lo scandalo ed a provvedere al bene delle anime, gli Emi e Revmi Cardinali Inquisitori Generali si sentono in dovere di dichiarare, e realmente e formalmente dichiarano col presente decreto, il soprannominato sacerdote Francesco Capone incorso nella scomunica a termini del can. 2257 con tutti gli effetti di diritto.

Roma,^dal Palazzo del S. Offizio, 3 novembre 1926.

Luigi Castellano, *Notaro della Suprema S. C. del S. Offizio.*

L. © S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

CLUSIN. ET CIVITATIS PLEBIS

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quum incolae fractionis vulgo *Colle e Spazzavento,* quae fractio pertinet ad paroeciam B. M. V. in caelum Assumptae loci *Palazzone,* communis *S. Casciano de" Bagni,* in dioecesi Clusina, ob nimiam distantiam suam ecclesiam paroecialem adire non soleant, sed potius frequentent viciniorem ecclesiam paroecialem S. Lázaro dicatam, loci *Piazze,* communis *Cetona,* in dioecesi Civitatis Plebis; Rmi Ordinarii Clusinus et Civitatis Plebis a Sede Apostolica postularunt ut memorata fractio *Colle e Spazzavento* a dioecesi Clusina dismembraretur et memoratae viciniori paroeciae S. Lazari ac dioecesi Civitatis Plebis adiungeretur. Iamvero SSmus Dominus Noster Pius PP. XI, rei opportunitate attenta, petitioni benigne annuendum censuit, ideoque praesenti consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, statuit ut fractio *Colle e Spazzavento* a dicta paroecia B. M. V. in caelum Assumptae et a dioecesi Clusina in perpetuum separetur atque memoratae paroeciae S. Lazari proindeque dioecesi Civitatis Plebis aggregetur; ita ut fines utriusque dioecesis ad rivum, quem *Fossalto* appellant, constituantur. Ad haec exsecutioni mandanda, SSmus Dominus deputare dignatus est R. P. D. Iosephum Angelucci, Episcopum Civitatis Plebis, eidem tribuens facultates opportunas et necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 1 mensis iunii anni 1926.

£g C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *Secretarius.*

L. © S.

f Er. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

21 martii 1926. — Praelaturae *nullius* Bmae Virginis Mariae a SS. Rosario in Valle Pompeia nuper erectae praefecit R. P. D. Carolum Cremonesi, Archiepiscopum titularem Nicomediensem, Pontificalium largitionum Magistrum.

17 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Callipolitanae, R. P. Iosephum Betanzos O. F. M. quem deputavit Vicarium Apostolicum Marroquiensem.

1 octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Hierapohtanae in Phrygia, R. P. D. Albanum Goodier, hactenus Archiepiscopum Bombayensem.

9 septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Bonaerensi R. P. Iosephum Bottaro, O. F. M.

Praeterea, decreto diei 5 octobris 1926, electionem R. P. Severini Gertken e Congregatione Americana O. S. B. in Abbatem *nullius* S. Petri de Muenster canonice factam, ratam habuit et confirmavit.

III

DESIGNATIO

Iuxta can. 1594 § 2 Cod. iur. can. Metropolita Vilnensis designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Lomzensis.

Quam designationem SSmus D. N. Pius PP. XI rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 5 octobris 1926 benigne approbavit.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Successivis decretis Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando ad suum beneplacitum renunciavit:

28 iunii 1926. — R. D. Iosephum Reiners e Societate Verbi Divini, hactenus Praefectum Apostolicum de Ni j gata, *Praefectum Apostolicum de Nagoya.*

— R. D. Antonium Ceska, e Societate Verbi Divini, *Praefectum Apostolicum de Nijgata.*

23 iulii. — R. P. Eugenium a Carcagente, O. E. Min. Capuccinorum, *Superiorem Missionis S. Andreae et Providentiae.*

28 iulii. — E. P. Iosephum Balbo ex Instituto Missionariorum a Consolata, Taurinen., *Praefectum Apostolicum de Meru.*

Item decreto eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide dato die 27 iulii 1926 R. D. Ioannes Mae Eenna, Antistes Urbanus, ex archidioecesi Wellingtonensi, nominatus est Praeses Consilii **IST**ationalis Novae Zelandiae Pont. Op. a Fidei Propagatione.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ANDEGAVEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVI DEI NATALIS PINOT PAROCHI VICI LOUROUX-BECONNAIS.

SUPER DUBIO

« *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis,* tuto *procedi possit ad solemnem praefati Ven. Servi Dei Beatificationem?* »

Innumeros inter Christi athletas, qui, furente gallicae insectationis procella, *evangelicam disciplinam sincero fidei vigore tenuerunt, quique incorrupto honore virtutis cum praeceptis Domini et cum Apostolis eius fortiter stantes multorum fidem martyrii sui veritate solidarunt* (S. Cypr., ep. 16, coli. 68), peculiarem sane sibi vindicat locum Venerabilis Natalis Pinot, sacerdotalis ordinis ornamentum, laboribus apostolicis atque strenuo certamine nobilissimum, Andegavensis dioecesis gloria insignis. Maximum illud praeconium, quo catholica Ecclesia martyres prosequitur suos: *Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit,* eidem est iure tribuendum. Quum enim ipse animadvertisset, civilem, quam vocabant, cleri constitutionem, ad Ecclesiae divinam compositionem labefactandam inveniam esse a novi civilis inducendi ordinis assertoribus, eiusmodi facinus a se et a plebe sibi eredita amovere contendit, palamque apostolica libertate iniquum iusiurandum, quod tunc exigebatur, respuendum ac dam-

nandum docuit. Exilio mulctatus, ab animarum gerenda cura non conquievit, neque eo pergere semel est veritus, ubi vitae discrimina metuenda erant. Caritatis autem culmen attigit, animam suam ponendo pro fratribus suis. Inter omnes namque virtutum actus martyrium caritatis perfectionem demonstrat, iuxta illud Ioannis (15): *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Claneulo inter suos versabatur, ut eorumdem necessitatibus praesto esset, Sacroque litando se olim parabat, quum ab irruentibus satellitibus apprehensus ad seditiosum tribunal perducitur, sacerdotalibus vestibus indutus. Iterum iterumque tentatus sacrilegum iusiurandum nuncupare recusavit, fideique professionem iteravit. Mox ad supplicium trahitur, cuius tabulatum laetanti animo conscendit, suumque caput camitici porrexit haec verba proferens, quae spectatores admiratione perculerunt: *Introibo ad altare Dei.*

Totius rei gestae series certam persuasionem inducit, Natalem Pinot nedum veri martyris assequutum esse gloriam, sed nobilem ipsum martyrum et inter alios praestantissimum fore habendum. Quod perspicue patuit ex disceptationibus eadem super re de more institutis, quarum postrema habita fuit die prima mensis iunii volventis anni coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, proposito a Reverendissimo Cardinali Vincentio Vannutelli, causae Relatore, ad discutiendum hoc Dubio: « *An constet de martyrio et causa martyrii, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?* » Omnes qui convenerant, tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores suam ex ordine suffragationem ediderant, quibus auditis Beatissimus Pater suam decretoriam sententiam post fusas preces ad caeleste lumen uberius implorandum se fore prolaturum significavit, remisso onere peculiaris disceptationis super signis seu miraculis, quemadmodum in iuris canonici Codice cautum est can. 2116, § 2.

Die itaque tertia praedicti mensis latum est decretum, quo sancitum fuit: « *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilis Servi Dei Natalis Pinot, ut ad ulteriora procedi possit* »; unum tamen inquirendum supererai, utrum Beatorum Caelitum nomen et honores eidem Famulo Dei *tuto* decerni possent. Quare in universo sacrorum Rituum coetu, qui congregatus fuit die decima tertia superioris mensis iulii coram Ssmo Domino nostro Pio Papa XI, memoratus causae Relator discutiendum dubium proposuit: « *An stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis,* tuto *procedi possit ad solemnem praefati Ven. Servi Dei Beatificationem?* » Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores unanimi suffragio id *tuto* fieri posse responderunt; nihilominus iudicium suum distulit Sanctissimus Pater donec divini luminis largitatem precibus implorasset.

Hanc autem primam octobris diem qua praeclara S. Renfigii, perinsignis Rhemensis Antistitis memoria percolitur, selegit, divinisque religiosissime operatus, accersiri mandavit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico Episcopum Portuensem et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, S. Eidei Promotore generali meque insimul infrascripto Secretario, eisque praesentibus, Pontificio solio assidens, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis ßervi Bei Natalis Binot Beatificationem.*

Hoc decretum evulgari et in acta sacrorum Rituum Congregationis referri, litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Patriarchali Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit, calendis octobribus anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © 8.

Angelus Mariani, *Sécrétantes.*

II

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS MARIAE DU LAU, ARCHIEPISCOPI ARELATENSIS, FRANCISCI IOSEPHI DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPI BELLO VACENSIS, PETRI LUDOVICI DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPI SANTONENSIS, ET SOCIORUM, PARISIIS IN ODIUM FIDEI INTEREMPTORUM MENSE SEPTEMBRI ANNO 1792.

SUPER DUBIO

« An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur? »

Nunquam satis deploran poterit tétrica illa et miseranda lues, quae saeculo xvm declinante, mendaci philosophiae nomine fucata, mentes perverterat, mores corruperat, cladibus ac minis Gallias apprime impleverat. Horret animus in infandis crudelitatis atque immanitatis spectaculis recolendis quae, gallica perduellione saeviente, impii scelestique homines, vix hoc nomine digni, exhibuerunt, sacras aedes depopulantes, catholicae religionis sacrosancta signa violantes, Episcopos, sacerdotes piosque

laicos suo arbitrio mactantes, qui iuramenti formulam^ a laica potestate descriptam et Ecclesiae iuribus ac libertati conscientiae plane adversantem, nuncupare renuebant, vel minus benévolos erga novas politicas institutiones se ostenderent.

Tot inter egregios sacerdotes praeclarosque christifideles, qui teterrima illa tempestate neci traditi sunt, praefulget profecto insignis illa virorum legio, qui mense septembri anno 1792 Lutetiae Parisiorum summa iniuria immanique barbarie interfecti fuere. Istorum biscentum ac tredecim digni sunt habiti, qui tamquam strenui Christi milites honore decorarentur, quo Ecclesia martyres suos honestare solet, eorumque martyrii causa ad Apostolicam Sedem delata est. Ipsorum internecio in eodem loco perfecta est, ubi custodiendi detinebantur. Videlicet, in coenobio Carmelitarum centum et decem necati sunt, eorumque nomina heic fideliter descripta prostant:

I. Ioannes Maria du Lau, Archiepiscopus Arelatensis. — II. Franciscus Ioseph de la Eochefoucauld, Episcopus Bellovacensis. — III. Petrus Ludovicus de la Rochefoucauld, Episcopus Santonensis. — IV. Vincentius Abraham, Parochus oppidi Sept-Saulx, in dioecesi Rhemensi. —- V. Andreas Angar, paroeciae Parisiensis S. Salvatoris vicarius. — VI. Ioannes Baptista Claudius Aubert, paroeciae Dominae nostrae, oppidi Pontoise, curio. — VII. Franciscus Balmain, iam societatis Iesu sodalis. — VIII. Ioannes Petrus Bangue, nosocomii Parisiensis S. Iacobi a sacris. — IX. Ambrosius Augustinus Chevreux, Congregationis S. Mauri summus moderator. — X. Ludovicus Barreau de la Touche, Congregationis S. Mauri, monachus. — XI. Renatus Iulianus Massey, Congregationis S. Mauri monachus. — XII. Ludovicus Franciscus Andreas Barret, paroeciae Parisiensi S. Rochi addictus. — XIII. Iosephus Bécavin, sacerdos dioecesis Nannetensis. — XIV. Carolus Ieremias Béraud du Pérou, societatis Iesu iam sodalis. — XV. Robertus le Bis, Sancti Dionysii, oppidi de Briis sous-Forges, parochus. — XVI. Iacobus Iulius Bonnaud, societatis Iesu iam sodalis, Vicarius generalis Lugdunensis. — XVII. Ioannes Antonius Savine, moderator sodalitatis clericorum Sancti Sulpicii. — XVIII. Ludovicus Alexius Mathias Boubert, diaconus, oeconomus sodalitatis clericorum Sancti Sulpicii. — XIX. Ioannes Antonius Hyacinthus Boucharenc de Chaumeils, Vicarius generalis Vivariensis. — XX. Ioannes Franciscus Bousquet, presbyter Parisiis commorans. — XXI. Ioannes Franciscus Burté, O. F. M. Conventualium Parisiis procurator. — XXII. Claudius Cayx-Dumas, societatis Iesu iam sodalis. — XXIII. Ioannes Charton de Millou, societatis Iesu iam sodalis. — XXIV. Claudius Chaudet, paroeciae Parisiensi Sancti Nicolai *des Champs* addictus. — XXV. Nicolaus

Clairet, Parisiensis nosocomii incurabilinm a sacris. — XXVI. Ioannes Alexander Menurejb, praepositus domui S. Francisci Salesii in oppido Issy. — XXVIL Claudius Colin, presbyter domus S. Francisci Salesii in oppida Issy. — XXVIII. Franciscus Guillamot, presbyter domus S. Francisci Salesii, in oppido Issy. — XXIX. Carolus Richardus Lebreton (Fr. Petrus ex Ordine Capulatorum), presbyter domus S. Francisci Salesii in oppido Issy. — XXX. Petrus Ludovicus Ioseph Verrier, presbyter domus S. Francisci Salesii, in oppido Issy. — XXXI. Bernardus Franciscus de Cucsac, e societate S. Sulpicii, moderator Seminarii philosophici, Parisiis. — XXXII. Franciscus Dardan, alumnis ephebei S. Barbarae a sacris confessionibus. — XXXIII. Guillelmus Delfaut, iam societatis Iesu sodalis, Archipresbyter oppidi Daglan. — XXXIV. Maturinus Victor Deruelle, paroeciae Parisiensis S. Gervasii presbyter. — XXXV. Gabriel Desprez de Boche, Vicarius generalis Parisiensis. — XXXVI. Thomas Nicolaus Dubray, sacerdos sodalitatis S. Sulpicii. — XXXVII. Thomas Benatus Dubuisson, parochus S. Dionysii in oppido Barville, Aurelianensis dioecesis. — XXXVIIL Franciscus Dumasrambaud de Calandelle, episcopo Lemovicensi a secretis. — XXXIX. Henricus Hippolytus Ermes, vicarius paroeciae S. Andreae des-Arcs. — XL. Armandus de Foucauld de Pontbriand, Vicarius generalis Arelatensis. — XLL Claudius Franciscus Gagnières des Granges, iam societatis Iesu sodalis, presbyter domus S. Francisci Salesii. — XLII. Iacobus Friteyre Durvé, Societatis Iesu iam sodalis. — XLIII. Iacobus Gabriel Galais, e societate S. Sulpicii, moderator seminarii Eobertinorum. — XLIV. Petrus Gauguin, e societate S. Sulpicii, praefectus bibliothecae Issiensi. — XLV. Ludovicus Laurentius Gaultier, nosocomii Parisiensis Incurabilium a sacris. — XL VI. Georgius Girault (P. Severinus inter Franciscales sodales Tertii Ordinis), a confessionibus Sororum a S. Elisabeth. — XLVII. Ioannes Goizet, archipresbyter paroeciae Dominae Nostrae, oppidi Niort, in dioecesi Pictaviensi. — XL VIII. Petrus Landry, vicarius in paroecia Dominae Nostrae, oppidi Niort. — XLIX. Ioannes Philippus Marchand, vicarius paroeciae Dominae Nostrae, oppidi Niort. -— L. Andreas Grasset de Saint-Sauveur, Canonicus ecclesiae cathedralis Senonensis. — LI. Carolus Franciscus le Gué, societatis Iesu iam sodalis. — LII. Franciscus Vareilhe Duteil, ohm e Soc. Iesu, de domo S. Francisci Salesii. — LUI. Petrus Michael Guérin, e societate S. Sulpicii. — LIV. Guesdon, presbyter. — LV. Ioannes Antonius Guilleminet, presbyter paroeciae S. Eochi, Parisiis. — LVI. Franciscus Ludovicus Hébert, Vicarius Superioris generalis Eudistarum. — LVII. Iacobus Stephanus Philippus Hourrier, e sodalitate S. Sulpicii, praefectus seminario *de Laon.* — LVIII. Ioannes Baptista Jannin, nosocomii de la Salpétrière a sacris.

— LIX. Ioannes Lacan, nosocomii Parisiensis a Pietate nuncupati a sacris. — LX. Petrus Alexander de Langlade, Vicarius generalis Rothomagensis. — LXL Claudius Antonius Roduplhus Laporte, societatis Iesu iam sodalis, vicarius Sancti Ludovici in oppido Brest. — LXII. Franciscus Ludovicus Laugier de Lamanon, oppidi Champs-sur-Marne iam parochus. — LXIII Franciscus Lefranc, Eudista, superior seminarii de Coutances. — LXIV. Guilelmus Nicolaus Ludovicus Leclercq, e sodalibus Scholarum christianarum (Fr. Salomon). — LXV. Oliverius Lefebvre, nosocomii Parisiensis a Misericordia nuncupati a sacris. — LXVI. Urbanus Lefebvre, presbyter societatis Missionum pro infidelibus. — LXVII. Iacobus Ioseph Lejardinier des Landes, parochus S. Nicolai in oppido de-la-Feuillie. — LXVIII. Michael Ioseph Lemercier, paroeciae S. Eustachii Parisiis addictus. — LXIX. Franciscus Caesar Londiveau, vicarius paroeciae Evaillé. — LXX. Ludovicus Longuet, canonicus S. Martini Turonensis. — LXXI. Iacobus Franciscus de Lubersac, Victoriae, Ludovici XV filiae, a sacris. — LXXII. Henricus Augustus Luzeau de la Mulonnière, e sodalitate S. Sulpicii. — LXXIII. Gaspar Claudius Maignien, parochus loci la-Villeneuve-le-Roi. — LXXIV. Ioannes Massin, paroeciae S. Sulpicii addictus. — LXXV. Ludovicus Mauduit, parochus loci Noyers. — LXXVI. Franciscus Ludovicus Méallet de Fargues, Vicarius generalis dioeceseos Claromontensis. — LXX VII. Iacobus Ioannes Le Meunier, vicarius Dominae Nostrae in oppido Mortagne. — LXXVIII. Ioannes Maria Monge, paroeciae Belnensis S. Petri vicarius. — LXXIX. Ioannes Iacobus Morel (P. Apollinaris inter Fratres Capulatos), vicarius Germanorum in paroecia S. Sulpicii. — LXXX. Ioannes Baptista Nativelle, vicarius S. Martini in oppido Longjumeau. — LXXXI. Renatus Nativelle, vicarius S. Dionysii in oppido Argenteuil. — LXXXII. Nezel, clericus, professor apud Sulpicianos Issienses. — LXXXIII. Mathias Augustinus Nogier, Parisiensibus Ursulinis a sacris. — LXXXIV. Ioseph Thomas Pazery de Thorame, canonicus ecclesiae cathedralis Blezae. —• LXXXV. Iulius Honoratus Cyprianus Pazery de Thorame, Vicarius gen. dioeceseos Tolonensis. — LXXXVI. Petrus Franciscus Pazery de Thorame, Vicarius gen. dioeceseos Arelatensis. — LXXXVII. Ludovicus Pellier, parochus S. Martini in oppido Montigny. — LXXXVIII. Petrus Ploquin, vicarius in oppido Druye. — LXXXIX. Ioannes Baptista Michael Pontus, presbyter sodalitatis S. Sulpicii, Parisiis. — XC. Renatus Nicolaus Foret, parochus S. Martini in oppido Boitron, dioecesis Sagiensis. — XCI. Augustinus Porlier, sacerdoti recens initiatus. — XCII. Iulianus Poulain de Launay, presbyter ac professor. — XCII. Petrus Nicolaus Psalmon, e sodalitate S. Sulpicii, superior seminarii de Laon. — XCIV. Ioan-

nes Robertus Queneau, oppidi Allonnes prope Saumur parochus. — XCV. Stephanus Franciscus Deodatus de Ravinel in seminario S. Sulpicii diaconus. — XC VT. Iacobus Augustinus Robert de Lezardière, in seminario S. Sulpicii diaconus. — XCVII. Ludovicus Franciscus Rosé, parochus S. Martini in oppido Emalleville in dioecesi Rothomagensi. — XCVIII. Ioannes Caesar Rostaing, diaconus seminarii de Laon, Parisiis. — XCIC. Claudius Rousseau, e sodalitate S. Sulpicii, praefectus seminario de Laon. — C. Vincentius Ioseph le Rousseau, iam societatis Iesu sodalis, moderator sanctimonialium a Visitatione, Parisiis. — CI. Franciscus Urbanus Salin de Mart, canonicus in loco Saint-Lisier-de-Conseraus, •dioeceseos Apamiensis. — CIL Ioannes Henricus Ludovicus Samson, vicarius in oppido Caen, dioecesis Baiocensis. — CUI. Ioannes Antonius Barnabas Séguin, vicarius paroeciae Parisiensis S. Andreae des Arcs. — CIV. Ioannes Baptista Maria Tessier, presbyter sodalitatis S. Sulpicii. — C V. Ioseph Martialis Texier, puerorum cantorum in ecclesia S. Sulpicii magister. — C VI. Ioannes Ioseph Thierry, acolytus. — C VII. Thomas Loup, appellatus Bonnotte, iam societatis Iesu sodalis, IJrsulinarum Parisiensium moderator. — CVIII. Carolus Regis Matthaeus comes de Vallons de la Calmette, iam militiarum dux. — CIX. Ioseph Volondat, parochus loci Saint Gaultier in dioecesi Lemovicensi. — CX. Mathurinus Nicolaus de Villeneuve, societatis Iesu iam sodalis, moderator monialium a Calvario nuncupatarum.

Septuaginta ac septem mactati sunt in seminario S. Firmini Congregationis Missionis: scilicet,

CXI. Andreas Abel Alricy, octogenarius sacerdos. — CXII. Renatus Maria Andrieux, superior communitatis S. Nicolai du Ohardonnet. — CXIII. Nicolaus Bize, rector seminarii S. Nicolai du Chardonnet. — CXIV. Stephanus Michael Gillet, rector seminarii S. Nicolai du Chardonnet. — CXV. Ludovicus Ioannes Matthaeus Lanier, praefectus seminario S. Nicolai du Chardonnet. — CXVI. Carolus Victor Véret, diaconus communitatis S. Nicolai du Chardonnet. — CXVII. Petrus Paulus Balzac, presbyter in paroecia S. Nicolai du Chardonnet. — CXVIII. Ioseph Ludovicus Ovièfve, presbyter in paroecia S. Nicolai du Chardonnet. — CXIX. Antonius Claudius Augustus Beaupoil de Saint-Aulaire, S. Hilarii Pictaviensis canonicus. — CXX. Ioannes Franciscus Maria Benoit, dictus Vourlat, iam societatis Iesu sodalis, moderator sanctimonialium a perpetua adoratione SS. Sacramenti. — CXXI. Ioannes Carolus Maria Bernard, canonicus regularis et curator bibliothecae in abbatia Parisiensi S. Victoris. — CXXII. Michael Andreas Silvester Binard, in collegio Navarrensi

doctor. — CXXIII. Claudius Bochot, moderator Patrum a christiana, doctrina. — CXXIV. Eustachius Felix, procurator Patrum a christiana, doctrina. — CXXV. Ioannes Franciscus Bonnel de Pradal, canonicus regularis S. Genovefae. — CXXYI. Claudius Ponse, canonicus regularis S. Genovefae. — CXXVII. Petrus Bonsé, parochus in oppido Massy. — CXXVIII. Petrus Briquet, in collegio Navarrae theologiae doctor. — CXXIX. Petrus Brisse, ecclesiae cathedralis Bellovacensis canonicus poenitentiarius. — CXXX. Carolus Carnus, in collegio Euthenensi doctor. — CXXXI. Ioannes Carolus Caron, oppidi Collégien parochus. — CXXXII. Bertrandus Antonius de Caupenne, vicarius in oppido Montmagny. — CXXXIII. Nicolaus Colin, oppidi Genevrières parochus. — CXXXIV. Salvator Costa, presbyter italicus. — OXXXV. Sebastianus Desbrielles, magister scholarum in nosocomio Parisiensi a Pietate nuncupato. — CXXXVL Ioannes Petrus Duval, magister scholarum in nosocomio Parisiensi a Pietate nuncupato. — CXXX VII.' Ludovicus Franciscus Rigot, aedituus in nosocomio Parisiensi a Pietate nuncupato. — CXXXVIIL Iacobus Dufour, vicarius S. Remigii oppidi Maisons. -— CXXXIX. Dionysius Claudius Duval, presbyter paroeciae S. Stephani a Monte, Parisiis. — CXL. Ioseph Falcoz, sacerdos nosocomiis Parisiensibus addictus. — CXLI. Iacobus Fangousse de Sartret, presbyter. — CXLII. Marcus Antonius Philippus Fauconnet, praepositus seminario a Tribus et Triginta appellato. — CXLIII. Gilbertus Ioannes Fautrel, presbyter. — CXLIV. Philibertus Fougères, parochus S. Laurentii in dioecesi Nivernensi. — CXL V. Ludovicus Ioseph Francois, moderator seminarii Parisiensis S. Firmini. — CXL VI. Petrus Ioannes Garrigues, presbyter. — CXLVII. Nicolaus Gaudreau, parochus oppidi Vert-le-Petit. — CXLVIII. Georgius Hieronymus Giroust, vicarius loci Genevilliers in dioecesi Parisiensi. — CXLIX. Ioseph Maria Gros, parochus S. Nicolai du Chardonnet. — OL. Ioannes Henricus Gruyer, e Congregatione Missionis, vicarius Sancti Ludovici, Versaliis. — CLL Petrus Michael Guérin du Rocher, societatis Iesu iam sodalis, praepositus domui nuper ad catholicam fidem adductorum. —- CUI. Robertus Franciscus Guérin du Rocher, societatis Iesu iam sodalis. — CLIII. Ivo Andreas Guillon de Keranrum, curator collegii Navarrae. — CLIV. lulianus Franciscus Hédouin, sanctimonialibus addictus. — CLV. Petrus Franciscus Hénocq, doctor in collegio a Cardinali Lemoine appellato. — CL VI. Eligius Herque du Roule, societatis Iesu iam sodalis, nosocomii a Pietate nuncupati a sacris. — CLVII. Petrus Ludovicus Joret, presbyter. — OL VIII. Ioannes Petrus le Laisant, vicarius S. Dionysii in oppido Dugny. — CLIX. Iulianus le Laisant, vicarius in oppido Videcosville. — CLX. Gilbertus Ludovicus Sym-

phorianus Lanchon, moderator spiritualis religiosarum a Portu Regali. — CLXI. Iacobus de la Lande, parochus loci Illiers-l'Evêque. — CLXII. Ioannes Ioseph de Lavèze Belay, nosocomii Parisiensis *VHotel Dieu* vicarius. — OLXIII. Michael Leber, curio paroeciae Parisiensis S. Magdalenae-de-la-Ville-**1**'Evêque. — CLXIV. Petrus Florentius Leclercq, presbyter seminarii S. Nicolai-du-Chardonnet. — CLXV. Ioannes Carolus Legrand, philosophiae doctor in collegio nuncupato de Lisieux. — CLXYL Ioannes Lemaitre, presbyter. — CLXVII. Ioannes Thomas Leroy, prior parochus de la Ferté-Gaucher. — CLXVIII. Martinus Franciscus Alexius Loublier, parochus oppidi de Condé-sur-Sarthe. — CLXIX. Claudius Silvanus Mayneaud de Bisefranc, presbyter. —- CLXX. Claudius Ludovicus Marmotant de Savigny, parochus loci Compans-la-Ville. — CLXXI. Henricus Ioannes Millet, Parisiis Ecclesiae S. Hippolyti vicarius. — CLXXII. Franciscus Ioseph Monnier, presbyter Parisiensis. — CLXXIII. Maria Franciscus Mouffle, Ecclesiae S. Merry, Parisiis, vicarius. — CLXXIV. Ioannes Michael Philippot, sacerdos collegio Navarrae addictus. — CLXXV. Petrus Claudius Pottier, sodalis Congregationis Eudistarum. — CLXXVI. Iacobus Leonoras Rabé, Hospitii Parisiensis nothorum puerorum vicarius. — CLXXVIL Petrus Robertus Régnet, presbyter. —- CLXX VIII. Ivon Ioannes Petrus Rey de Kervisic, vicarius Parisiensis S. Iacobi-du-Haut-Pas. — CLXXIX. Mcolaus Carolus Roussel, presbyter. — CLXXX. Petrus Saint-James, Parisiensis nosocomii a Pietate vicarius. — CLXXXI. Iacobus Ludovicus Schmid, Ecclesiae S. Ioannis Evangelistae Parisiis parochus. — CLXXXII. Ioannes Antonius Seconds, iam sodalis Societatis Iesu, nosocomii Pietatis a sacris. — CLXXXIII. Petrus Iacobus de Turmenyes, presbyter et magister magnus domus Navarrae. — CLXXXIV. Renatus Ioseph Urvoy, presbyter. — CLXXXV. Nicolaus Maria Verrón, iam societatis Iesu sodalis, religiosarum a S. Aura moderator. — CLXXXVI. Ioannes Antonius Ioseph de Villette, iam militiae dux. — CLXXXVII. Gulielmus Violard, presbyter.

Viginti ac tres Servi Dei ex recensitis in carcere abbatiae S. Germani interempti fuere.

CLXXXVIII. Daniel Ludovicus André Des Pommerayes, paroeciae Parisiensis S. Pauli vicarius. — CLXXXIX. Ludovicus Remigius Benoist, paroeciae Parisiensis S. Pauli vicarius. — CXC. Ludovicus Remigius Nicolaus Benoist, paroeciae Parisiensis S. Pauli vicarius. — CXCI. Ioannes Andreas Capeau, paroeciae Parisiensis S. Pauli vicarius. — CXCII. Thomas Petrus Antonius de Boisgelin de Kerdu, Vicarius generalis Aquensis. — CXCIIL Antonius Carolus Octavianus du Bouzet, Vicarius gen. Rhe-

mensis. — OXCIV. Armandus Chapt de Rastignac, Vicarius generalis-Arelatensis. — CXCV. Ludovicus le Danois, presbyter paroeciae Parisiensis S. Rochi. — CXCVI. Claudius Fontaine, vicarius paroeciae Parisiensis S. Iacobi de la Boucherie. — CXCVII. Petrus Ludovicus Gervais,, a secretis Archiepiscopi Parisiensis. — CXOVIII. Sanctes Huré, presbyter. — CXCIX. Carolus Ludovicus Hurtrel, sacerdos, ex Ordine Minimorum. — CC. Ludovicus Beniaminus Hurtrel, diaconus. — CCI. Anna Alexander Carolus Maria Lanfant, iam societatis Iesu sodalis. — CCII. Laurent, presbyter, puerorum auribus linguaque captorum educator. — CCIII. Martin, presbyter paroeciae S. Iacobi de la Boucherie. — CCIV. Thomas Ioannes Monsaint, paroeciae S. Rochi Parisiensis vicarius. — CCV. Franciscus Ioseph Pey, vicarius ecclesiae S. Landry, Parisiis. — CCVI. Ioannes Ioseph Rateau, presbyter. — CCVII. Marcus Ludovicus Royer, parochus S. Ioannis en-Grève, Parisiis. — CCVIII. Ioannes Ludovicus Guyard de Saint-Clair, canonicus Noviomagensis. — COIX. Ioannes Petrus Simon, dignitate pollens, quoad scholas moderandas, in capitulo Dominae Nostrae Parisiensis. — CCX. Petrus Iacobus Maria Vitalis, in Ecclesia S. Merry, Parisiis, vicarius.

Tres quoque in carcere appellato « La Force » interfecti sunt.

CCXI. Ioannes Baptista Bottex, oppidi Neuville-sur-Ain parochus. — CCXII. Michael Franciscus de la Gardette, Parisiensis paroeciae S. Gervasii vicarius. — CCXIII. Franciscus Hyacinthus le Livec, societatis Iesu iam sodalis, a sacris Filiarum Calvarii.

Iudicialibus confectis tabulis, tum Ordinaria tum Apostolica auctoritate Parisiensi in ecclesiastica Curia, super martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis, ipsarumque legitima forma expensa et agnita, Congregatio Antepraeparatoria est habita in aedibus Rmi Cardinalis Vincentii Vannutelli, causae Relatoris, die 23 octobris a. 1923, in qua actum est de martyrio, causa martyrii, et signis seu miraculis omnium praefatorum Servorum Dei. Praeparatorius autem Coetus coactus est post biennium in Vaticana Congregationum aula die 15 novembris. Hoc vertente anno, die 13 iulii generalia celebrata sunt Comitia coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, in quibus memoratus Cardinalis Vannutelli sequens Dubium discutiendum proposuit: « *An constet de martyrio, causa martyrii et signis seu miraculis praefatorum bis centum tredecim Dei Servorum* ». Suffragia tum Reverendissimorum Cardinalium tum Patrum Consultorum intento animo prosecutus est Beatissimus Pater, suam tamen sententiam pandere distulit, ratus precibus Deum exorari oportere, atque ampliorem superni luminis copiam in re tam gravi fore implorandam.

Quum vero, cunctis maturo et accurato examine perpensis, mentem suam aperire statuisset, hodiernam diem, qua S. Remigii, Rhemensis Antistitis, solemnis recolitur memoria, designavit; atque, pacis Hostia devotissime oblata, advocari mandavit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis, solioque Pontificio assidens, solemni decreto edixit: « *Ita constare de martyrio et causa martyrii centum nonaginta et unius Venerabilium Dei Servorum supra recensitorum, ut procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur; quoad vero reliquos duos et viginti, dilata, et coadiuventur probationes* ». Hi porro sunt:

XXVIII. Franciscus Guillaumot. — XXIX. Ioannes Carolus Lebretori. — LIV. Guesdon, presbyter. — LX. Petrus Alexander de Langlade. — LXII. Franciscus Ludovicus Lauger de Lamanon. — LXVIII. Michael Ioseph Lemercier. — LXXIV. Ioannes Massin. — LXXVIII. Ioannes Maria Monge. — LXXXVII. Ludovicus Pellier. — XCI. Augustinus Porlier. — XCVII. Ludovicus Franciscus Rosé. — XCVIII. Ioannes Caesar Rostaing. — CV. Ioseph Martialis Texier. — C VI. Ioannes Ioseph Thierry. — CIX. Ioseph Volondat. — CXIX. Antonius Claudius Augustus Beaupoil de S. Aulaire. — CXXXIV. Salvator Costa. — CXLI. Iacobus Fangousse de Sartrel. — CXLIL Marcus Antonius Philippus Fauconnet. — CLXXXVII. Guilelmus Violard. — CXCII. Thomas Petrus Antonius de Boisgelin. — CCIII. Presbyter Martin.

Hoc decretum publici iuris fieri et in acta sacrae Rituum Congregationis inseri iussit, calendis octobris anno millesimo nongentesimo sexto.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Braefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

III

DAMASCENA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRH VENERABILIUM SERVORUM DEI FRANCISCI, MOOTI ET RAPHAELIS MASSABKI FRATRUM GERMANORUM CHRISTIFIDELIUM MARONITARUM DAMASCI ANNO 1860 **LN ODIUM FIDEI INTEREMPTORUM.**

SUPER DUBIO

« *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem can.* 2116 § 2 *Cod. iuris can.,* tuto *procedi possit ad solemnem eorumdem trium Venerabilium Servorum Dei Beatificationem?* »

Recens adhuc memoria exstat immanis illius excidii, quod anno millesimo octingentesimo sexagesimo Damasci in Syria barbarae Drusorum cohortes in christianam gentem patrarunt, omnia terrore, sanguine, igne et vastatione implentes. Inter necatos octo emicant Franciscalis famuiae sodales, qui in coenobio eiusdem civitatis commorabantur, suae professionis apprime studiosi. Istorum causa ad felicem nuper perducta est exitum, atque Beatorum Caelitum honores Apostolico decreto iisdem iam indulti sunt, propeque est ut solemnis Beatificationis ritus perficiatur. Sed in eodem coenobio, eadem furente procella et ab iisdem christianae fidei osoribus, alii tres germani fratres Maronitae interfecti fuere, qui vix atque prima insectationis signa perceperunt, illuc confugérant, ut eamdem cum religiosis iis viris, quibuscum familiari quadam consuetudine utebantur, sortem nanciscerentur. Pietatis studio vitaeque probitate egregie pollebant, impavidoque animo inimicorum furiosum impetum passi sunt, cruorem suum in catholicae fidei testimonium profundentes, non secus ac octo Franciscales sodales, ne apostasiae crimine, ad quod singuli incitabantur, se foedarent.

Ubi primum ad aures hodierni Archiepiscopi Damasceni Maronitarum perlatum est nuncium proximae Beatificationis octo Franciscalium sodalium, qui tamquam fidei martyres declarati sunt, eamdem gloriam deberi sensit Antistes religiosissimus etiam tribus fratribus Maronitis, eamdem ob causam eodemque in loco insimul cum illis iugulatis. Quos enim fides ac poena coniunxerat, pari gloria honestari decebat.

- Preces itaque, una cum aliis orientalis Ecclesiae Praesulibus, Summo Pontifici porrexit, enixe erflagitans ut quod pro suis martyribus neglectum fuerat id benigne repararetur. Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI rem iustam et laudabilem peti animadvertens, novum ac singulare benignitatis ac benevolentiae suae pignus orientali Ecclesiae exhibere voluit.

Ut igitur res tota rite perficeretur, manum suam causae promovendae praefatorum trium Dei Famulorum apposuit, peculiari mandato fidei Promotori generali tradito, quo Damascum se conferret, et quos invenisset ipsorum necis idoneos testes opportune expenderet, iudiciali servata forma. Ees bene cessit; plura enim et luculenta congesta sunt testimonia fideique digna documenta, quae tuto ferendo iudicio paria omnino visa sunt. Berum a se gestarum universa series descripta a Fidei Promotore, oculis subiecta est tum Eeverendissimorum Cardinalium tum Patrum Consultorum, qui in generalibus Comitiis diei quintae vertentis mensis, proposito ad discutiendum dubio per Eeverendissimum Cardinalem Antonium Vico, sacrae Eituum Congregationi Praefectum: « *An, attenta relatione Promotoris generalis Fidei* tuto *procedi possit ad praedictorum Christifidelium Beatificationem?* » concordi suffragatione affirmative responderunt. Sanctissimus Pater apertis verbis de laboribus hac in causa feliciter impensis est gratulatus, animique sui laetitiam pandere dignatus est, excepitque libenter suffragatorum vota, qui, inspecta martyrii perspicuitate, a signis seu miraculis dispensari petierant. Ne quid autem constituto iudiciorum ordini deesset, provisum fuerat per Fidei Promotoris inquisitionem, qui de Servorum Dei scriptis investigaverat, deque custodia decretorum Urbani VIII super cultu publico non adhibendo docuerat.

Fusis de more precibus ad divinae sapientiae lumen in tam gravi negotio demerendum, auspicatissimam hanc diem septimam octobris selegit, qua solemne agitur festum Beatae Mariae Virginis sub appellatione sacratissimi Eosarii, ad recolendam victoriam institutum, quam populus christianus de Turcarum tyrannide reportavit. Sacris igitur mysteriis piissime celebratis, ad se acciri mandavit, in hac nobilissima Vaticani aula, Eeverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Eufinae, sacraeque Eituum Congregationi Praefectum, una cum E. P. Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus, suprema qua pollet auctoritate declaravit: *«Itaconstare de martyrio et causa martyrii praefatorum trium Venerabilium Servorum Bei, ut, stante dispensatione a signis seu miraculis, ad solemnem eorumdem Beatificationem* tuto *procedi queat ».*

Hoc decretum in vulgus edi, in acta sacrorum Eituum Congregationis deponi, triumque Venerabilium Dei Famulorum nomina Litteris Apostolicis

de Beatificationis solemniis in Patriarchali Basifica Vaticana pro octo memoratis Franciscalibus sodalibus quantocius celebrandis, iam datis, adiungi iussit, nonis octobris anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et **S.** Eufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. $ s.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

IV

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS MARIAE DU LAU ARCHIEPISCOPI ARELATENSIS, FRANCISCI IOSEPHI DE LA ROCHEFOUCAULD EPISCOPI BELLO VACENSIS, PETRI LUDOVICI DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPI SANTONENSIS ET SOCIORUM, IN ODIUM FIDEI PARISIIS INTEREMPTORUM MENSE SEPTEMBRI ANNO 1792.

SUPER DUBIO

« *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem can.* 2116 § 2 *Cod. iuris can.,* tuto *procedi possit ad solemnem Venerabilium centum et nonaginta unius Servorum Dei Beatificationem?* »

Quid possint humanae vires divina gratia roboratae, quum sanctorum omnium declarant exempla, tum apprime eorum, qui acriter tentati maluerunt, per immanes cruciatus vitam fundere, quam a Christi fide et ab Ecclesiae unitate desciscere. Horum multi> quorum purpuréis palmis gloriatur Ecclesia, in teterrima illa contra catholicam religionem insectatione emicuerunt, quae saeculo xvm ad exitum flectente per Galliam desaeviit, ex omni hominum conditione, qui *pro testamento Dei sua corpora tradiderunt et laverunt stolas suas in sanguine Agni.* Conspicuus sane istorum manipulus in ipsa urbe Galliarum principe collectas est septembri mense anno 1792, quos inter eminent memorati tres Venerabiles viri episcopali dignitate praestantes, plurimique alii animarum curam gerentes. Hi, quos christifideles nacti erant captivitatis socios, quique eiusdem exitu mox futuri erant participes, peramanter hortantur, admissorum doleant, menâtes ad caelum convertant, aeterna supplicia iis longe tetriora ita effugiant, quae a earnificibus parabantur. Hisce stimulis religiosi sensus in iis miri-

fice excitantur: in genua se omnes provolvunt, conscientiam suam expiandi percupidi, atque ad mortem pie obeundam sese parant. Qui in coenobio Carmelitarum detinebantur, in horto tumultuose iugulati plures sunt, alii vero templum ingredi iussi ad iniquum iuramentum nuncupandum iterum tentantur, omnesque reluctantes morte mulctantur. In templo autem assiduas preces Deo fundebant, et ut quisque ad necem suo nomine appellabatur, gerentis laetusque surgebat, velut si ad Agni nuptias ab Angelis evocaretur; ahi ab Horarum canonicarum non desistebant recitatione, vel sanctos libros oculis tenebant subiectos; alii Deo benedicebant, quod, quae dogmata ex cathedris librisque defenderant, eadem sibi contigeret sanguinis testimonio confirmare; Christi crucifixi alii imaginem extremum conspiciebant, eius verba repetentes: *Domine, dimitte illis, quia nesciunt quod faciunt.* Etiam qui in abbatia S. Germani necati sunt, piam oppetere mortem, sacerdotum concaptivorum ministerio adiuti, studuerunt. Qui vero in Seminario S. Firmini custodiebantur, vel intra aedes iugulati fuere vel e fenestra deorsum in viam deiecti, ubi immanissimae mulieres convenerant, quae, ut quispiam sacerdos ex alto aedium proiiciebatur, ad eum, belluarum instar sanguinem sitientium, accurabant, clavisque armatae, si quid spiritus adhuc in eo manebat, crudeliter eripiebant. Neque a mortuorum corporibus vexandis abstinuerunt: namque conscendebant currus, quibus erant illa imposita, atque (horribile dictu) pedibus proterebant, in frusta concidebant, crura, capita secabant, distractaque membra tollentes, veluti trophaea transeuntibus ostentabant, clamitantes: *Vive la nation!*

Opportune sane et auspicato contingit hac nostra aetate, qua bellum adversus Dominum et Christum eius a nostrae religionis osoribus instaurari haud immerito timendum est, adeo praeclara fidei et fortitudinis celebrare exempla, ex quibus magnum profecto robur christifidelibus accedet, ad strenue dimicandum contra pérfidos conatus omnigenasque insidias inimicorum Christi nominis. *Armantur enim filiorum animi dum patrum recensentur triumphi* (Eucher. Lugdun., *Horn, de 88. Petro et Paulo).*

Laetetur itaque universa catholica Ecclesia ob novam gloriam novamque utilitatem sibi obventuram ex istorum Venerabfiium Dei Servorum exaltatione. De martyrio quippe martyriique causa centum et nonaginta unius ex biscentum tredecim de quibus iudiciales disceptationes sunt habitae plane constare ad iuris praescriptum decreto lato calendis vertentis mensis, ubi ipsorum nomina religiose descripta sunt, sancitum est. Atque martyrii ipsius evidentia inspecta a proferenda de signis seu miraculis peculiari probatione soluti sunt, altero decreto, causae Actores, prout in^iure canonico provisum est (can. 2116, § 2).

Unum tamen praestandum supererai, quo huius sacri fori iudiciales formulae comparentur. In universo itaque sacrorum Eituum coetu die quinta volventis mensis coacto coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, Eeverendissimus Cardinalis Vincentius Vannutelli causae Relator, hoc dubium discutiendum proposuit: *An stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis,* tuto *procedi possit ad solemnem praefatorum Venerabilium centum nonaginta et unius Servorum Dei Beatificationem?* Porro cuncti qui aderant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores affirmativum suffragium ediderant; a mente vero sua aperienda supersedit Beatissimus Pater, ingeminatis precibus uberiorem caelestis sapientiae copiam impetrandi studiosus.

Hodiernam autem faustissimam designavit diem, qua annua solemnia honori Beatissimae Virginis Mariae sub sacratissimo Rosarii titulo peraguntur, divinaque ferventer oblata Hostia, ad se advocari mandavit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem; itemque R. P. Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium, iisque adstantibus, solemni decreto edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem centum et nonaginta unius memoratum Dei Servorum Beatificationem.*

Huiusmodi decretum publici iuris fieri, in acta sacrorum Rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemniis in Patriarchali Basilica Vaticana, ubi primum licuerit, perficiendis expediri iussit, nonis octobris anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

EPISTOLA

AD RMOS ORDINARIOS, DE CATECHETICA DISCIPLINA IN SACRIS SEMINARIIS IMPENSE EXCOLENDA.

Illme ac Urne Domine,

Ad regnum Iesu Christi, Servatoris nostri, in terris instaurandum, nulla res plus confert, ex ipso divino instituto, quam eximia sacerdotalis ordinis sanctitas et doctrina. « Causae profecto graves, et omnium aetatum communes, decora virtutum multa et magna in sacerdotibus postulant: veruntamen nostra haec aetas plura quoque et maiora admodum flagitat» (Leo XIII, Enc. *Etsi nos,* 15 febr. 1882).

Cum autem idonei altaris ministri et studiosi animarum curatores nequeant evadere nisi, qui, in sacris Seminariorum septis adolescentes, ad omnem virtutis et scientiae decorem rite instituantur, Sancta Sedes Apostolica sapientissimas edidit leges de huiusmodi institutis, quorum cum statu ipsa Ecclesiae fortuna coniungitur maxime.

Nos quidem omnia, quae de hac re statuta sunt, ab omnibus, quorum interest, religiose servari confidimus; sed unum est maximi momenti et ponderis, quod universos sacrorum Antistites diligenter attendere percupimus, idque spectat *ad rationem seu methodum christianae doctrinae tradendae.*

Codicis iuris canonici canone 1365 § 3 praescribitur ut in cursu theologico, qui saltem integro quadriennio debet contineri, « habeantur etiam lectiones de Theologia pastorali, *additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisque catechismum ».*

Quam congruenter quamque necessario haec praecipiantur, facile intelliget quisquis animadvertat officium docendi christianam plebem, quo tenentur sacerdotes omnes, praesertim curiones, omnium officiorum primum esse et maximum: ex eius enim observatione aut neglectu salus vel ruina animarum magna ex parte pendet. Apertum notumque est gravissimum Benedicti XIV, sapientissimi Pontificis, effatum: « Illud affirmandus magnam eorum partem, qui aeternis suppliciis damnantur, eam calamitatem perpetuo subire ob ignorantiam mysteriorum fidei, quae scire et credere necessario debent, ut inter electos cooptentur» *(Inst. XXVI,* 18).

Hinc, ex iuris canonici praescripto, debet parochus, ut gravissimum impleat officium suum de catechetica populi christiani institutione, pueros ad sacramenta Poenitentiae, Confirmationis et Eucharistiae rite suscipienda praeparare, eosque, postquam primum Sancta de altari libaverint, uberius ac perfectius excolere, item fidelibus adultis catechismum, sermone ad eorum captum accommodato, explicare (can. 1329-32).

Huiusmodi autem officio ceteros presbyteros, atque etiam clericos, teneri, constat ex sequenti: « Presbyteri aliique clerici, nullo legitimo impedimento detenti, proprio parocho in hoc sanctissimo opere adiutores sunto, etiam sub poenis ab Ordinario infligendis » (can. 1333 § 2). At, cum radium praesertim et imperitorum institutio de rebus altissimis, sermone ad eorum captum accommodato, res sit perdifficilis aeque ac pernecessaria, ideo ad tantum opus diuturna ac prorsus diligens adhibenda est praeparatio. Haec fieri debet in sacris Seminariis: ad hoc enim sunt ipsa constituta. Ut autem munus docendi christianum populum rite et fructuose quis obeat, non sufficit praeparatio doctrinalis, quae in veritatum tradendarum cognitione versatur quaeque fit per studium sacrae theologiae, praesertim dogmaticae, sed requiritur etiam illa quae dicitur *didascalica,* ad modum pertinens quo veritates tradi debent, eaque fit tum per congrua praecepta tum per practicas exercitationes.

Ad rem Summus Pontifex Pius X in memorabili Encyclica *Acerbo nimis* (15 apr. 1905): « Facilius longe est reperire oratorem, qui copiose dicat ac splendide, quam catechistam, qui praeceptionem habeat ex omni parte laudabilem. Quamcumque igitur facilitatem cogitandi et loquendi quis a natura sit nactus, hoc probe teneat, numquam se de christiana doctrina ad pueros vel ad populum cum animi fructu esse dicturum,.nisi multa commentatione paratum atque expeditum. Falluntur sane qui plebis imperitia ac tarditate fisi, hac in re negligentius agere se posse autumant. E contrario, quo quis meliores nactus sit auditores, eo maiore studio ac diligentia utatur oportet, ut subhmissimas veritates, adeo a vulgari intelligentia remotas, ad obtusiorem imperitorum aciem accommodet, quibus aeque ac sapientibus, ad aeternam beatitudinem adipiscendam sunt necessariae ».

Quae cum ita sint, Amplitudinem tuam enixe rogamus ut hoc iuris canonici praeceptum vehementer urgeas operamque des ut in Seminario tuo impense excolatur disciplina catechetica; quam ob rem magister theologiae pastoralis praelectiones de ratione doctrinae christianae tradendae frequentes habeat, et clerici ipsi ad tantum opus sese practice exerceant, sive in Seminario, sive in ecclesiis, prout prudentia suaserit.

Haec sunt, Amplissime Praesul, quae ad te, sicut et ad ceteros sacrorum Antistites, habuimus hac de re scribere. Placet litteram nostram absol-

vere verbis, quibus Summus Pontifex Leo XIII Episcopos Peruviae simili in casu hortabatur: «Haec si praestabitis et clerus florebit honore suo, et Ecclesiae laus manebit, quae semper optimorum studiorum fautrix et altrix est habita vereque habenda est. Vobis praeterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendae usui futuri sint et adiumento». (Breve *Inter graves,* 1 maii 1894).

Interim Deum, benignum bonorum omnium largitorem, humiliter adprecamur ut te cunctosque fideles, pastorali sollicitudini tuae concreditos, uberrimis caelestis gratiae auxiliis munerari dignetur.

Eomae, ex Secretaria S. Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, die 8 septembris an. 1926.

Amplitudini tuae
addictissimus in Domino
CAIETANUS Card. **BISLETI,** *Praefectus.*

f Iacobus Sinibaldi, Episc. Tiberien., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

IANUEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TESTA-ROSASCO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Iosephi Eosasco in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. E. Eotae (Boma, via delia Dataria, 94) die 15 decembris 1926, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Iosephi Eosasco curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

L. ££¡ S. I. Grazioli, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. E. Rotae, die 13 pctobris 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph Eosasco défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Eomaine (Eoma, Via della Dataria, n. 94), 15 Décembre 1926 à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Bote:

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du heu de la résidence du dit M. Joseph Eosasco devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì **13** ottobre Sua Santità ha ricevuto in Udienza solenne S. E. il Sig. Dott. ELIODORO ROMERO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Perù, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le iscrizioni per la pratica del diritto presso lo *Studio* della S. C. del Concilio, già aperte, si chiuderanno il 30 novembre prossimo.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 ottobre 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Rifti Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne beatificazione dei Venerabili Servi di Dio, Giovanni Maria du Lau Arcivescovo d'Arles, Francesco Giuseppe de la Rochefoucauld Vescovo di Beauvais, Pietro Lodovico de la Rochefoucauld Vescovo di Saintes e Compagni, uccisi a Parigi in odio alla Fede; e quindi sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne Beatificazione dei tre fratelli germani, maroniti, Francesco, Mooti, e Raffaele Massabki, uccisi nell'anno 1860 in odio alla Fede.

Martedì, 26 ottobre 1926, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Prep aratoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Vincenzo Pallotti, Sacerdote Romano, Fondatore della Pia Società delle Missioni.

TRIBUNALE DELLA **8.** ROMANA ROTA

Sabato, 16 ottobre, ebbe luogo nel Palazzo Apostolico Vaticano la solenne inaugurazione dell'anno giuridico. Dopo la Messa dello Spirito Santo e la prestazione del giuramento, gli Uditori, con gli Ufficiali del S. Tribunale e gli Avvocati, furono ammessi alla presenza del S. Padre. L Tilmo e Rmo Mons. Massimo Massimi, Decano, lesse il seguente indirizzo:

Beatissimo Padre,

«L'anno giuridico 1925-1926 ha segnato ancora un aumento di lavoro, in confronto degli anni precedenti: il numero delle cause, decise con sentenza definitiva, si è elevato a cinquantaquattro, senza dire delle moltissime altre che hanno avuto termine altrimenti.

« È stato nondimeno per la Bota un anno di lutto, a eausa della morte del Decano — Mons. Giovanni Prior — avvenuta il 28 aprile a Darlington, in Inghilterra, là dove egli era nato. Particolarmente mesto ne è oggi il ricordo, in questa annuale inaugurazione, alla quale lo abbiamo veduto per ben quindici anni consecutivi, dal 1908 al 1922, quando ebbe l'onore di tenere il discorso alla presenza della Santità Vostra.

« Fu quello, si può dire, l'ultimo atto del suo ufficio, perchè non molto dopo egli piegava improvvisamente sotto il peso del male, che lo costrinse per tre anni e mezzo a un riposo forzato e penosissimo, finché non si addormentò nel Signore, *sanctissime*, come dice il messaggio trasmessa al Nostro Tribunale dal Vescovo del luogo e come è ben facile credere, conoscendone la santa vita.

« La Eota può a buon diritto esser fiera di aver avuto, prima a Uditore e poi a Decano, una figura sì bella di sacerdote, integro e pio, intelligente e colto, cortese ma fermo, filialmente devoto alla persona del Romano Pontefice. Sua nota caratteristica era una laboriosità calma, costante, tenace, quella che egli spinse fino al sacrificio della vita.

Così, nella ripresa del lavoro, quel che era un pensiero mesto, diventa un monito opportuno. Dobbiamo raccogliere il benissimo esempio di ogni virtù, che ne ha lasciato il venerato defunto, e, in particolare, il forte amore al lavoro^ Il lavoro di un Tribunale è spesso duro e ingrato, donde segue una naturale tendenza a differirlo. E contro questa tendenza dobbiamo tutti -r- giudici, ufficiali e avvocati — potentemente reagire.

a Sia ben fermo il nostro proposito, nella speranza della grazia divina, che abbiamo or ora domandata innanzi all'Altare. Abbiamo assistito alla celebrazione dei Sacri Misteri, abbiamo invocato lo Spirito Santo e abbiamo levato fiduciosi lo sguardo aU'immagine della Nostra Signora.

« L'Eucaristia dà divino fervore e — come dice Ambrogio — ***nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.*** Piena di questa grazia, ***Maria con fretta corse alla montagna. Il*** Suo esempio, il Suo aiuto ci diano lena a salire le aspre monta-

gne del Nostro Tribunale. E la Santità Vostra, con la Paterna Benedizione, ci guidi in queste difficili e pericolose ascensioni, affinchè non mettiamo il piede in fallo, nè ci arrestiamo per via, ma dalla vetta raggiunta scopriamo i candidi panorami * e i magnifici orizzonti della giustizia ».

Il Santo Padre rispondeva dichiarando di ricevere con particolare compiacenza le nobili espressioni dei devoti sentimenti, dei cari ricordi, dei fervidi propositi manifestati, tanto più che partivano da quelli che egli sapeva venir dall'Altare. A loro poteva applicare con proprietà quello che l'Imperatore Giustiniano riportava al principio del Digesto: *Iuris merito qtiis nos sacerdotes appellet, iustitiam namque colimus.* E proseguiva, dicendo:

« Ci siamo uniti con voi stamane nella preghiera a Dio, pensando a voi ed a questo gradito desiderato incontro e al vostro nuovo lavoro, pregando a voi le celesti benedizioni e suffragando il compianto Decano defunto, la cui memoria così sacra, così bella, così edificante, ben è stata filialmente e fraternamente ricordata. Il lavoro, già cresciuto, crescerà di nuovo nel suo fatale andare, e Noi riguardiamo, con paterna compiacenza e con sincera fierezza, che insieme al lavoro cresce, se possibile, lo zelo e la generosità colla quale lo affrontate, così che anche in voi si compiono queste ascensioni nobili ed alte, delle quali felicemente è stata fatta memoria, ascensioni piene di poesia, perchè nulla vi è invero di più bello della giustizia».

Ricordava poi ed applicava le parole del Salmista: *Beatus vir cuius auxilium est a Domino: ascensiones in corde suo disposuit... Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem.* Impartiva, infine, la implorata Benedizione Apostolica a tutti i presenti e a quelli che erano nella loro mente e nel loro cuore.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

IT agosto 1926. Monsig. Eugenio Tisserant e il Emo P. Cirillo Karalewskyi, *Consultori della Sacra Congregazione per la Chiesa d'Oriente.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 giugno 1926. Monsig. Luigi Maglione, Arcivescovo titolare di Cesarea di Palestina, *Nunzio Apostolico a Barigi.*

8 luglio » Monsig. Giuseppe Fietta, Arcivescovo titolare di Sardica, *Internunzio Apostolico nell'America centrale.*

13 ottobre 1926. L'Emo Sig. Cardinale Eaffaele Merry del Val, *Protettore delle Suore della Presentazione di Madras* (India).
20 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore della Congregazione Vàllombrosana O. S. B.*
25 » » L'Emo Sig. Cardinale Michele Lega, *Protettore dell'Istituto delle Religiose Adoratrici del Ssmo Sacramento* (Buenos Aires).

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

5 agosto
16 » » Monsig. Dionisio O' Connor, della diocesi di London.
2 settembre » Monsig. Giuseppe Asti, dell'archidiocesi di Milano.
9 » » Monsig. Massimiliano Keller, Amministratore Apostolico di Schneidemuhl.
26 » » Monsig. Pietro Paturzo, dell'archidiocesi di Sorrento.

Prelati Domestici di S. 8.:

26 marzo 1925. Monsig. Maurilio Silvani, della diocesi di Alessandria.
23 febbraio 1926. Monsig. Giovanni Sumera, dell'archidiocesi di Manila.
» » » Monsig. Cesare Guerrero, della medesima archidiocesi.
1 marzo » Monsig. Teofilo Bromboszcz, della diocesi di Katowice.
1 maggio » Monsig. Antonio Sinibaldi, dell'archidiocesi di Milano.
16 giugno » Monsig. Pietro Donohoe, della diocesi di Brooklyn (U. S. A.).
» » » Monsig. Giacomo Tommaso Kelty, della medesima diocesi.
» » Monsig. Francesco Saverio Ludeke, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Timoteo Luigi Hickey, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Luigi Belford, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Boleslao Puchalski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ambrogio Schumack, della nìedesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni C. York, della medésima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio J. Cherry, della medesima diocesi,
» » » Monsig. Tommaso J. O'Brien, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Me Ginnis, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo G. Corrigan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Nicola M. Wagner, della medesima diocesi.
22 » » Monsig. Giovanni J. Sheridan, della diocesi di Syracuse (IL S. A.).
16 luglio » Monsig. Pietro Marazza, della diocesi di Novara.
5 agosto » Monsig. Giovanni Eugenio Weibel, della diocesi di Little Bock.
12 » » Monsig. Giovanni Ceraso, dell'archidiocesi di Capua.
» » » Monsig. Emmanuele Vinheta, della diocesi di Biberâo Preto.
16 » » Monsig. Giovanni Francesco Stanley, della diocesi di London.
» » » Monsig. Teodoro Valentin, della medesima diocesi.

18 agosto 1926. Monsig. Edmondo Brunck de Freundeck, della diocesi di Strasburgo.
» » » Monsig. Antonio Sawatzki, della diocesi di Danzica.
» » » Monsig. Carlo Bovero, dell'arehidiocesi di Torino.
19 » » Monsig. Guglielmo L. O ' Brien, dell'arehidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Giuseppe Centennial Quille, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Bernardo J. Sheil, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Maurizio P. Fitzgerald, della diocesi di Brooklyn.
25 » » Monsig. Angelo Astorri, dell'arehidiocesi di Fermo.
30 » » Monsig. Marco de Dionigi, della diocesi di Novara.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

18 giugno 1926. Al sig. Edoardo Riboli, della diocesi di Chiavari.
30 luglio » Al sig. cav. Angelo Delassus, dell'arehidiocesi di Cambrai.
12 agosto » Al sig. Antonio Giuseppe Leite, della diocesi di Botucatu.
2 settembre » Al sig. avv. Gaetano Ceola, della diocesi di "Vicenza.
10 » » Al sig. Francesco Patrizio Finn, della diocesi di Middlesborough.
13 » » Al sig. Simeone di Cagno-Abbrescia, dell'archidioc. di Bari.
17 » » Al sig. Bernardo Maria Mutsaers, dell'archidioc. di Malines.
» » » Al sig. Colomano Cziffra, della diocesi di Gran Varadino.

Il cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

18 giugno 1926. Al sig. Carlo Maria Vittore Boothaan, della diocesi di Bois-le-Duc.
31 luglio » Al sig. Vittore Parein, dell'arehidiocesi di Malines.
18 agosto » Al sig. dott. Daniele Giuseppe Me Carthy, della diocesi di Davenport.
» » » Al sig. Roberto Wastelier Du Parc, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Uberto Cuypers, della diocesi di Harlem.
» » » Al sig. Giuseppe Francesco Saverio Cornelio Agostino Jansen, della diocesi di Bois-le-Due.
24 » • » Al sig. prof. Gaetano Solieri (Milano).
30 » » Al sig. Lorenzo Erders, deE'archidiocesi di Malines.
6 settembre » Al sig. Lucio Lucioli, della diocesi di Chiusi e Pienza.
7 » » Al sig. Giuliano Gulley, dell'arehidiocesi di Parigi.

7 settembre 1926. Al sig. architetto Giulio Vallotti, dell'archidiocesi di Torino.
17 » » Al sig. Arpad Horváth, della diocesi di Gran Varadino.
» » » Al sig. Gustavo Imrik, della medesima diocesi.
20 » » Al sig. dott. Francesco Nardacchione, della diocesi di Larino.
29 » » Al sig. Edvino J. Stubbs, dell'archidiocesi di Chicago.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

15 ottobre 1926. Al sig. Leone Castelli, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. ing. Domenico Valente, della diocesi di Molfetta.

Il Cavalierato di San Silvestro Papa:

19 agosto 1926. Al sig. Guido Barafani, dell'archidiocesi di Firenze.
18 settembre » Al sig. Angelo Amicarelli, dell'archidiocesi di Cagliari.
» » » Al sig. Ernesto Marini, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Edoardo Manunza, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Podda, della medesima archidiocesi.
29 » » Al sig. Simone Tasciotti, della diocesi di Sezze.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di 8. S.:

25 settembre 1926. Monsig. Guglielmo E. Griffin, deirarchidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Giuseppe A. Casey, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Vittore Primeau, della medesima archidiocesi.
30 » » Monsig. Antonio Gryczynski, dell'archidiocesi di Lublino.
5 ottobre » Monsig. Giacinto Eascioni, della diocesi di Macerata e Tolentino.
8 » » Monsig. Giuseppe BL Albers, dell'archidiocesi di Cincinnati.
11 » » Monsig. Teodoro Huerth, dell'archidiocesi di Colonia.
12 » » Monsig. Giuseppe Bortoluzzi, della diocesi di Ceneda.
» » » Monsig. Gottardo Possamai, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Luigi De Martino, dell'archidiocesi di Sorrento.
19 » » Monsig. Baldassare Moeckel, dell'archidiocesi di Bamberga.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

25 settembre 1926. Il sig. conte Ignazio Serra, dell'arehidiocesi di Cagliari.
16 ottobre » Il sig. visconte Hervé de Lyrot, della diocesi di Versailles.
20 » » Il sig. Luigi Giuseppe Rivet, dell'arehidiocesi di Ottawa.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

6 ottobre 1926. Monsig. Giuseppe Ferner, dell'arehidiocesi di Salisburgo.
» » » Monsig. Francesco Fiala, della medesima archidiocesi.
11 » » Monsig. Pietro Kreutzer, dell'arehidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Pietro Herkenrath, della medesima archidiocesi.
13 » » Monsig. Lazzaro Bongiovanni, della diocesi di Torino.
15 » » Monsig. Pasquale Lanzo, della diocesi di Mcastro.
» » » Monsig. Sebastiano Ayala, della diocesi di Arassuahy.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

2 ottobre 1926. Il sig. Carlo Dietrich, della diocesi di Bruxelles.
6 » » Il sig. Francesco A. Suris Fontanals, della diocesi di Barcellona.
13 » » Il sig. Francesco Carrillo Guerrero, della diocesi di Madrid.
13 » » Il sig. Toribio Zuñiga Cerrado, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Domenico de Arsuaga Amiel, Izaguirre y Mignot, della diocesi di Vitoria.
» » » Il sig. Emmanuele Orueta y Arriero, della diocesi di Madrid.
19 » » *Il* sig. Dionisio Garcia-Pelayo y Cordoncillo, dell'arehidiocesi di Siviglia.

Cappellano d'onore extra urbem *di 8. 8.:*

6 ottobre 1926. Monsig. Paolo Bramböck, dell'arehidiocesi di Salisburgo.

Camerieri d'onore extra urbem *di S. 8.:*

18 ottobre 1926. Monsig. Matteo Scalzullo, dell'arehidiocesi di Conza.
» » » Monsig. Giovanni Del Guercio, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Vincenzo Gallicchio, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

13	*maggio*	*1926.*	Monsig. Liberto Boeynams, Vescovo tit. di Zeugma.
18	*giugno*	»	Monsig. Giovanni M. Clerc, Vescovo di Vizagapatam.
7	*settembre*	»	Monsig. Dionisio Schüler, Arcivescovo tit. di Nazianzo.
9	»	»	Monsig. Wladislao Szczesniak, Vescovo tit. di Laranda.
1	*ottobre*	»	Monsig, Isidoro Badia y Sarradel, Vescovo di Tarazona.
9	»	»	Monsig. Agostino Eosentreter, Vescovo di Culma.
19	»	»	Monsig. Guglielmo F. O' Hare, Vescovo tit. diMassimianopoli.
20	»	»	Monsig. Edoardo Patrizio Alien, Vescovo di Mobile, U. S. A.
21	»	»	Monsig. Emilio Jiménez Perez, Vescovo tit. di Antedone.

AVVISO

Per nuova disposizione si sono distinte e rese reciprocamente autonome le Amministrazioni della Tipografia Poliglotta Vaticana e della Libreria Vaticana. Pertanto ad evitare probabili confusioni e ad ottenere facile e celere disbrigo della corrispondenza è bene che ciò che riguarda esclusivamente i lavori tipografici sia indirizzato alla Tipografìa Poliglotta Vaticana *e quello che riguarda acquisti, commissioni di libri, sia indirizzato alla* Libreria Vaticana.

Annus XVIII - Vol. XVIII 1 Decembris 1926 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM. ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE ASPERRIMA REI CATHOLICAE CONDICIONE IN FOEDERATIS MEXICI CIVITATIBUS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Iniquis aföictisque nominis catholici rebus in Mexicana republica non posse, nisi « e praesentiore aliquo Dei miserentis auxilio », satis sperari exspectarique levaminis, diximus superiore anno exeunte cum Purpuratos Patres in Consistorio congregatos alloqueremur; sententiae autem optatisque Nostris, quae haud semel aperuimus, congruenter, minime vos cunctati estis popularibus vestrae pastorali sollertiae commissis instare, ut divinum Ecclesiae Conditorem intento precum officio ad medendum tantae maiorum gravitati commoverent. Tantae, inquimus, maiorum gravitati, cum in carissimos filios e Mexico Nostros alii quidem filii, ab Christi militia transfugae et a communi omnium Patre alieni, acerbe saevierint antehac hodieque saeviant. Quodsi prioribus Ecclesiae aetatibus aliasque deinceps cum christianis atrocius est actum, nusquam tamen nulloque fortasse tempore contigit, ut, Dei Ecclesiaeque posthabitis violatisque iuribus,

per tam meditatas artes additamque, ad arbitrium excusandum, quandam legum speciem, perpauci .plurimorum libertatem, nulla civium in cives pietate, nulla habita avitarum laudum ratione, quoquo pacto interceperint. Ob indictas igitur ad rem atque adhibitas privatim publiceque supplicationes volumus ne vobis desit fidelibusque universis amplissimum gratae voluntatis Nostrae testimonium; quas quidem preces, salutariter haberi coeptas, magni profecto refert minime intermitti, immo etiam continuari vehementius. Etenim rerum temporumque vices, sententiis amorisque hominum immutatis, ad societatis humanae regere atque accommodare salutem, sane mortalium non est sed divini Numinis, quod unum potest eiusmodi vexationibus finem certumque terminum constituere. Yobis vero ne videamini, Venerabiles Fratres, eiusmodi supplicationes nequiquam indixisse, quod reipublicae Mexicanae gubernatores, ob inexpiabile religionis odium, nefaria iussa acrius duriusque urgere perrexerint: copiosiore enim divinae gratiae effusione et clerus et catholicorum illorum multitudo ad patienter resistendum roborati, tale de se exemplum spectaculumque ediderant, quod Nosmet ipsi, sollemni apostolicae auctoritatis documento, in luce totius catholici orbis iure meritoque collocemus. Superiore quidem mense, quo die frequentissimis illis Gallicae eversionis martyribus beatorum caelitum honores decrevimus, ad catholicos Mexicanos sponte cogitatio Nostra provolabat, quibus id ipsum, atque illis, deliberatum propositumque esset, libidini scilicet ac dominatili alieno toleranter refragari, ne ab unitate Ecclesiae atque Apostolicae Sedis auctoritate desciscerent. O praeclaram divinae Christi Sponsae laudem, cui nobilior generosiorque suboles, pro sanctissima fidei libertate et propugnare et pati et mori parata, saeculorum decursu nunquam desiderata est.

Tristia Mexicanae Ecclesiae ^.tempora, Venerabiles Fratres, non est quare multo altius repetamus. Id unum commemorare satis esto, recentiore aetate, motus., civiles, sane frequentes, plerumque in religionis perturbationem eversionemque empisse^

quemadmodum, praecipue, annis'%DCCCCXIV et MDCCOCXV accidit, cum homines inveteratаё cuiusdam barbariae in utrumque clerum, in sacras virgines, iifîocà et res divino cultui dedicatas tam ferociter tamque aspere'' fecerunt, nulli ut iniuriae atque ignominiae, nulli ut violentiáe ipepercerint.Cum vero in re exploratis sima versemur, de qua et Nos publice expostulavimus et in diurnis commentariis est copiose relatum, multis vobiscum dolere non attinet, postremis hisce annis, e Delegatis Apostolicis in Mexicum dimissis, omni contempta et iustitiae et fidei et humanitatis causa, alium e republica eiectum, alium, qui ob valetudinem paulisper extra fines secesserat, remigrare prohibitum, alium denique haud minus hostiliter habitum et discedere iussum. In quo — ut praetereamus, nullum aptiorem, quam inlustres ii viri, pacis interpretem conciliatoremque evasurum fuisse — et archiepiscopali eorum dignitati et perhonorifico muneri, potissimum vero Nobis, quorum auctoritatem praeferebant, quantum sit inustum dedecoris, nemo non videt.

Acerba haec quidem et gravia; verum, Venerabiles Fratres, quae mox dicturi sumus, ea sunt ab Ecclesiae iuribus tam absona quam quae maxime, eademque longe catholicis eius nationis calamitosiora.

Atque primum de lege illa videamus, quam, anno MDCCCCXVII latam, Foederatarum Mexici Civitatum ***Constitutionem Politicam*** vocant. Ad rem nostram quod attinet, discidio reipublicae ab Ecclesia sancito, nulla huic iura, veluti capite deminutae, iam constant, nulla comparari in posterum queunt; fitque magistratibus potestas suae in cultu disciplinaque Ecclesiae externa interponendae auctoritatis. Sacrorum administri ceteris, quotquot liberales operosasque profitentur'" artes, exaequantur, eo quidem discrimine, ut ii non modo Mexicani ortu esse debeant et certum excedere numerum nequeant, quem singularum Civitatum legumlatores definierint, séd^tiam politicis civilibus que iuribus, sceleratorum instar aut iiÉañorúm hominum, priventur. Huc accedit, quod, cum civibus decem 'coniunctim, magistratui significare iubeantur, se aut alicuius templi possessionem iniisse aut

alio translatos esse. Religiosa vota emitti, Ordines Sodalitatesque religiosas in Mexico esse non licet. Cultum publicum, nisi intra aedes sacras et sub gubernatorum vigilantia, exercere nefas; templa ipsa nationi attribuuntur propria; quo in genere episcopales et canonicales aedes, Seminaria, religiosae domus, hospitia et instituta omnia, quae beneficentiae consulunt, ab Ecclesia abiudicantur. Neque enim haec cuiusquam rei dominium obtinet; quaecumque vero bona eo tempore, cum lex lata est, possidebat, eadem nationi attributa sunt, data cuivis actione ad denuntiandum quicquid Ecclesia per alios habere videbatur: cui quidem actioni fulciendae meram praesumptionem favere ea lege cavetur. Sacrorum administri nihil capere testamento queunt, nisi a genere proximis relictum sibi sit. Nulla Ecclesiae agnoscitur in christianorum matrimonium potestas, quod propterea tum dumtaxat est validum, cum iure civili validum exsistit. Libera quidem docendi facultas, hisce tamen condicionibus, ut sacerdotibus et religiosis sodalibus ludos tradendis litterarum initiis aperire et moderari ne liceat, utque puerilis institutio, in privatis quoque ludis, omnino religione vacet. Statutum item est, quae Ecclesia ediderit de peracto in scholis suis studiorum curriculo testimonia, ea quidem inania publice habitum iri. — Eiusmodi, Venerabiles Fratres, legem qui condidere quique probarunt ac sanxerunt, iidem profecto aut ignorabant, in Ecclesia, societate sui iuris perfecta, a Christo hominum Redemptore ac Rege ad communem salutem constituta, plenam sui obeundi muneris libertatem inesse divinitus — quae quidem ignorantia, saeculo post Christum natum vicesimo, in catholica natione inque hominibus baptizatis incredibilis videatur —, aut superbe dementerque censuerunt, posse se « domum Domini, firmiter aedificatam et bene fundatam supra firmam petram » disiicere atque evertere, aut acri Ecclesiae quoquo pacto nocendi libidine flagrabant. - Itaque, post inf estissimae legis promulgationem, Mexicani archiepiscopi et episcopi silere qui poterant? Atque, brevi post, pacatis at nervo sis reclamitare ii litteris: expostulationem ratam habere proximus decessor Noster, probare sacrorum Antistites e nonnullis nationibus omnes

communiter, ex aliis plerique singulatim; confirmare Nosmet ipsi postridie calendas Februarias hoc anno, cum ad cunctos Mexicanos Praesules consolatoriam epistulam inscripsimus. Confisi vero iidem Praesules sunt, reipublicae rectores, tranquiliatis sensim rebus, intellecturos fore, ex capitibus eius legis, quibus religiosa libertas contrahebatur, quantum populi paene universitati impenderet detrimenti ac periculi, ideoque, concordiae causa, nullo aut vix ullo eorum capitum usu, ad tolerabilem interea vivendi modum deventuros. Verum, etsi, Pastoribus mitiora suadentibus, infinitam clerus populusque adhibuere patientiam, spes tamen omnis cecidit quietis pacisque redintegrandae. Lege enim a reipublicae Praeside postridie calendas Iulias hoc anno promulgata, iam tum Ecclesiae in iis regionibus paene nihil superest ac relinquitur libertatis; ministerii sacri exercitatio adeo praepeditur, ut, quasi quoddam capitale facinus, poenis severissimis plectatur. Hoc equidem tam perverso publicae potestatis usu, ultra quam credibile est, Venerabiles Fratres, commovemur. Quisquis enim Deum, Creatorem nostrum ac Eedemptorem amantissimum, pro officio veneratur; quisquis vult Sanctae Matris Ecclesiae parere mandatis: hic, hic, inquimus, sons habendus est ac maleficus, hic de communibus iuribus deturbandus, in publicas hic custodias cum sceleratis hominibus conficiendus. O quam apte in rei istius auctores illud Christi Iesu Domini nostri quadrat, ad principes iudaeorum dicentis: « Haec est hora vestra, et potestas tenebrarum ».[1] — Ex hisce profecto legibus alteram minus recentem recentissima altera non tam interpretatur, ut volunt, quam deteriorem facit ac multo intolerabiliorem; utriusque vero praescripta sic ipsi reipublicae Praeses et administri urgent, ut nullos singularum gubernatores Foederatarum Civitatum nullusque magistratus et militum duces quiescere a catholicorum insectatione patiantur. Addita insectationi ludibria: Ecclesiam enim apud populum criminari consuevere, alii impudentissimis mendaciis per contiones coram omnibus habitas, sibilis et conviens adempta cuivis e nostris obloquendi repugnandique facultate,

[1] Luc, XXII, 53.

alii per ephemerides et diaria catholicae veritati atque actioni intensissima. Quodsi initio in diurnis commentariis, veri enarratione et falsi refutatione, aliquam: Ecclesiae defensionem tuitionemque experiri nostri potuerunt, iam his civibus, caritate patriae nagrantibus, pro avitae--Mei et divini cultus libertate clamare, questu vel vano, non licet. At Nos, conscientia permoti apostolici muneris, Venerabiles Fratres, clamabimus ; et quae hinc adversariorum fuerit impotentia ac libido, quae illinc episcoporum, sacerdotum, religiosarum familiarum, laicorum heroica virtus atque constantia, a communi Patre catholicus orbis audiat universus.

Exteri sacerdotes vel religiosi viri eiiciuntur; conlegia pueris puellisve christiane instituendis idcirco obserantur quia aut aliquod habeant inditum religiosum nomen aut aliquam imaginem statuamve sacram possideant; haud aliter occlusa Seminaria satis multa, scholae, nosocomia, coenobia, aedesque templis continentes. In Civitatibus seu Statibus paene singulis circumscriptus definitaque, ad ministerium sacrum obeundum, quam minimus sacerdotum numerus, qui illud tamen obire nequeunt nisi apud magistratui** ^inscripti sint ab ipsove veniam impetrarint. Alicubi ministerio perfungendo tales condiciones sunt positae, quae, si res adeo luctuosa non ageretur, risum moverent: ut sacerdotes, exempli causa, certum quendam habeant aetatis annum; ut matrimonio, quod vocant, civili coniuncti sint; ut, nisi profluenti aqua, ne baptizent. In quodam Statu seu Foederata Civitate decretum, intra eius Civitatis fines non plures, quam unum, episcopos esse; quamobrem duos sacrorum Antistites e dioecesibus suis exsulatum abiisse novimus. .Rerum vero condicione compulsi, nonnulli alii e sede honoris sui episcopi discedere; alii ad iudices deferri; complures comprehendi; ceteri in eo esse ut comprehendantur. Ab MexicanMiautem omnibus, qui aut puerorum iuvenumve institutioni àutlALS publicis vacarent officiis, quaesitum, facerentne cum reipublicae Praeside, bellumne catholicae religioni illatum laudarent; coacti iidem, ne ab officio submoverentur, una cum militibus et opificibus, pompam quandam

participare, ab eo *Foedere ßbvialistico* indictam, quod Regionale Operarium Mexicanum vocant: quae quidem pompa, per Mexicum ceterasque urbes uno eodemque die instituta et post impias ad populum contiones dimissa, eo spectavit, ut, Ecclesia contumeliis onerata, eiusdem Praesidis actio atque opera clamore plausuque coeuntium probaretur. Neque hic inimicorum arbitrium et crudelitas constitit. Viri et mulieres, qui religionis Ecclesiaeque causam vel viva voce vel scidis commentariolisve diribitis tuerentur, in ius vocati sunt in eustodiamque traditi: item ad carceres deducti, senibus vel lectica vectis, integri canonicorum ordines; sacerdotes aliique e populo in compitis viarum, in foris plateisque, e regione aedium sacrarum, immisericorditer caesi sunt. Utinam qui tot tantorumque culpam praestant facinorum, tandem aliquando resipiscant et ad Dei misericordiam paenitendo flendoque confugiant: quam quidem nobilissimam filios Nostros inique caesos ultionem ab interfectoribus coram Deo petere, habemus persuasissimum.

Iam nunc consentaneum ducimus, Venerabiles Fratres, delibando exponere quemadmodum episcopi, sacerdotes et fideles e Mexico ascenderint ex adverso atque opposuerint murum pro domo Israel, et steterint in proelio.[1] ->q

Dubitandum profecto non erat quin Mexicani Antistites omnia uno consensu experirentur quae in se essent, ut libertati dignitatique Ecclesiae prospicerent. Atque primum, data ad populum communiter epistula, postquam facile evicerunt, clerum placide semper, itemque prudenter ac patienter cum reipublicae gubernatoribus egisse et leges minus aequas animis vel remissioribus tolérasse, enucleatis de divina Ecclesiae constitutione doctrinis, fideles monuerunt, ita in catholica religione esse perseverandum, ut « obedire... Deo, magis quam hominibus »[2] oporteret quotiescumque leges imungebantur, cum ab ipsa legis notione et nomine alienae, tum ipsi Ecclesiae constitutioni vitaeque repugnantes. Post infestam autem legem a reipublicae Praeside pro-

[1] EZECH., XIII, 5.

[2] *Act.* V, 29

mulgatam, per communes alteras expostulationis litteras, haec edixere: talem legem accipere idem esse atque addicere Ecclesiam et quasi mancipio dare Civitatis rectoribus, quos, ceteroqui, planum erat minime ab incepto destituros; malle se a publica ministerii sacri perfunctione abstinere; divinum igitur cultum, qui sine ulla sacerdotum opera haberi non posset, in omnibus suarum dioecesium templis, ab die mensis Iulii postremo — quo die lex illa valitura foret —esse omnino intermittendum. Cum autem gubernatores iussissent, aedes sacras ubique laicis custodiendas committi, quos municipii praeses delecturus esset, sed nullo pacto iis tradi qui ab episcopis sacer dotibus ve aut nominarentur aut designarentur, earum possessione aedium ab ecclesiasticis tum ad civiles magistratus translata, paene ubique episcopi interdixerunt fidelibus, ne electionem de se a civili magistratu factam acciperent, neve in ea templa, quae in potestate Ecclesiae esse desiissent, ingrederetur; alicubi vero, pro locorum rerumque varietate, aliter consultum est. - Attamen ne putetis, Yenerabiles Fratres, Mexicanos Antistites, si qua ad temperandos animos concordiamque conciliandam idonea sibi data est opportunitas et commoditas, hanc posthabuisse, quantumvis bono aliquo de exitu subdiffiderent, immo potius desperarent. Constat enim, qui in urbe Mexico Antistites conlegarum suorum quasi procuratores haberi queunt, perhumanas eos ofriciosasque ad Praesidem reipublicae dedisse pro Episcopo Huejutlensi litteras, qui, indignum in modum magnoque militum comitatu, captivus in urbem, quam vulgo ***PacJiuea*** nuncupant, deductus erat; at non minus in comperto est, ipsum iracunde odioseque rescripsisse. Egregii autem quidam viri, pacis studiosi, cum se sponte interposuissent, ut idem Praeses cum Archiepiscopo Moreliensi et Episcopo Tabasquensi colloqui vellet, diu multumque de rebus gravissimis, nullo quidem successu atque eventu, utrimque disputatum est. Mox deliberavere episcopi, utrum a Consilio Publico legibus ferendis abrogationem earum legum exposcerent quae Ecclesiae iuribus adversaretur, an potius, quemadmodum antea, patienter, seu ***passive,*** ut aiunt, résistèrent : non una enim de causa, eiusmodi rogationem prae-

ferendo, acturi nequiquam sibi videbantur. Obtulerunt tamen supplicem libellum, a catholicis viris in iure peritissimus sapienter elucubratum et a se diligenter perpensum: cui quidem episcopali petitioni, cura sodalium e Foedere libertati religiosae vindicandae, de quo paulo post dicemus, plurimorum ex utroque sexu civium assensus scripto datus accessit. Quid vero futurum esset, episcopi recte prospexerant; nam Conventus nationis libellum sibi propositum, cunctis suffragiis, uno tantum excepto, idcirco reiecit quia episcopi persona iuridica, ut aiunt, destituti essent, ad Romanum Pontificem confugissent et leges nationis agnoscere noluissent. Iam quid fuit sacris Pastoribus reliquum, nisi ut décernèrent, nihil in sua, nihil in populi agendi ratione ante immutatum iri quam iniquae leges delerentur? Graviora quidem Foederatarum Civitatum rectores, sua abutentes potestate et mirabili civium patientia, Mexicano clero populoque minitentur; verum quo pacto superes ac devincas homines quasvis acerbitates ferre paratos modo ne talis compositio fiat, unde catholicae libertatis causa detrimenti aliquid accipiat?

Praeclaram, ceteroqui, Antistitum constantiam sacerdotes, molestas per conflictionis vices, mirifice imitati sunt atque in se rettulere: quorum egregia virtutum exempla, unde maxima Nobis solacii vis obtigit, coram universo catholico orbe et proponimus et dilaudamus « quia digni sunt ».[1] Quo in genere cum cogitamus - etsi omnes in Mexico artes adhibitae sunt, atque huc conatus quoque vexationesque adversariorum pertinuere potissimum, ut clerus ac populus ab sacra hierarchia et ab hac Apostolica Sede deficeret - tamen ex omnibus sacerdotibus, qui ad quattuor milia illic numerantur, dumtaxat unum vel alterum ab officio misere descivisse, nihil non videmur de Mexicano clero sperare Nos posse. Qui quidem sacrorum administri arctissime inter se cohaerere et Praesulum suorum iussis reverenter libenterque obtemperare, quamvis id fieri sine gravi iactura plerumque non possit; iidem de sacro ministerio vivere et, cum inopes sint nec habeat, unde ipsos sustentet, Ecclesia, paupertatem egestatem-

[1] *A-poc,* III, 4.

que suam fortiter perferre; privatim litare; spiritualibus christifidelium necessitatibus pro viribus consulere et pietatis alere atque excitare in omnibus circum se ignem; exemplo praeterea, consiliis hortationibusque, popularium suorum cum habitum mentis altius evehere, tum animos confirmare ad patienter perseverandum. Ecquis igitur miretur, in sacerdotes inimicorum iram ac rabiem primo ac praecipue conversam? Illi vero, si quando oportuit, et carcerem et ipsam mortem, sereno vultu strenuisque animis, oppetere non dubitarunt. — Quod autem diebus proxime superioribus nuntiatum est, id profecto et ab iniquis ipsis, quas memoravimus, legibus abhorret et maxima cum impietate coniungitur; in sacerdotes enim, cum domi suae vel alienae perlitant, fit ex improviso impetus, Eucharistia sanctissima turpiter violatur, iidemque sacrorum administri ad carcerem deducuntur.

Nec unquam de animosis e Mexico fidelibus satis praedicabimus, qui probe intellexerunt, quantopere sua intersit, ut catholica ea natio in rebus sanctissimis ac gravissimis — quales sunt Dei cultus, Ecclesiae libertas aeternaeque animarum salutis procuratio — a paucorum arbitrio atque audacia non pendeat, sed iustis legibus, cum naturali et divino cumque ecclesiastico iure congruentibus, tandem, Dei benignitate, regatur.

Praeconium vero omnino singulare sodalitatibus catholicis tribuimus,* quae in praesenti discrimine quasi praesidiariae legiones clero adsunt. Etenim earum socii, quantum in se est, non modo alendis sacerdotibus ac sustentandis consulunt, sed etiam in aedes sacras advigilant, pueros ad christianam doctrinam instituunt, et, veluti excubiae, cavent, sacerdotes monendo, ne quis eorum praesidio destituatur. Haec quidem in universum: verumtamen de praecipuis eiusmodi sodalitatibus aliquid attingere volumus, ut singulae sciant, se a Iesu Christi Vicario probari laudarique vehementer. Atque ut rem ingrediamur, Societas Equitum Columbi, quae, ad totam rempublicam pertinens, ex actuosis operosisque viris feliciter constat, qui usu rerum, aperta fidei professione studioque Ecclesiae adiuvandae valde commen-

dantur, incepta praesertim duo provehit, praesens in tempus opportuna quam maxime: dicimus sodalitatem patrumfamilias e tota natione, quorum est cum filios suos catholice educere, tum ius repetere christianis parentibus proprium subolis libere instituendae et, siquidem ea publicas scholas celebret, doctrina sacra recte ac plene imbuendae; dicimus Foedus religiosae libertati vindicandae, tum denique conditum, cum ingentem maiorum molem rei catholicae illic impendere luce clarius apparuit. Eiusmodi autem Foedus, in omnem nationem cum sit propagatum, in hoc socii concorditer assidueque elaborant, ut e catholicis omnibus unam veluti aciem ordinando instruendo que solidissimam, adversariis opponant. Haud secus ac Columbi Equités, praeclare de Ecclesia patriaque sua meritae sunt et merentur sodalitates aliae duae, quibus, pro instituto suo, actionis catholicae socialis, ut aiunt, cura est peculiaris: scilicet Societas Catholica Iuventutis Mexicanae et Unio seu Consociatio Catholica Matr onarum Mexicanarum. Utraque enim sodalitas, praeter ea quae sunt uniuscuiusque propria, coepta Foederis libertati religiosae vindicandae, quod memoravimus, efficit atque efficienda ubivis curat. In quo singula persequi non attinet: unum ad vos afferre placet, Venerabiles Fratres, omnes socios sociasve earum sodalitatum adeo vacare metu, ut non tam réfugiant quam quaerant pericula, tum vero gaudeant, cum aliquid acerbitatum ab hostibus patiuntur. O spectaculum pulcherrimum, mundo datum et angelis et hominibus: o rem aeternitatis praeconio celebrandam. Etenim, quemadmodum iam supra tetigimus, satis multi, seu Equités Columbi seu Foederis moderatores seu matronae seu iuvenes in vincula confici, per vias cum militum caterva educi, in immundas custodias includi, duriter haberi, poenis mulctisque affici. Immo etiam, Venerabiles Fratres, ex iis adulescentibus iuvenibusque nonnulli — lacrimas continere vix possumus — coronam precatoriam manu gestantes succlamantesque Christo Regi, mortem libenter occubuere; virginibus nostris, in custodiam traditis, indignissimae illatae sunt iniuriae, idque de industria pervulgatum ad ceteras ab officio deterrendas.

Quando, Venerabiles Fratres, benignissimus Deus sit hisce aerumnis modum ac finem impositurus, conficere et vel cogitatione providere nemo potest: hoc unum scimus, tandem aliquando fore ut Mexicana Ecclesia ab hac invidiarum procella conquiescat, quia, ut divina docent oracula, «non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum »,[1] et adversus immaculatam Christi Sponsam « portae inferi non praevalebunt ».[2]

Nata profecto ad immortalitatem Ecclesia, ab die Pentecostes, quo die, Paracliti luminibus donisque locupletata, e Caenaculi recessu primum in lucem celebritatemque hominum egressa est, quid fecit aliud, viginti horum saeculorum spatio universasque inter gentes, nisi, ad Conditoris sui exemplum, « pertransiit benefaciendo » *?[3] Quae quidem omne genus beneficia amorem omnium Ecclesiae conciliare debuerunt; at contra factum est, quemadmodum, ceteroqui, divinus ipse Magister clarissime praenuntiaverat.[4] Petriana igitur navicula aliquando, secundis ventis, cursum mirifice glorioseque tenuit, aliquando fluctibus obrui ac paene demergi visa est: verum, nonne a divino illo nauta gubernatur, qui, opportuno tempore, ventorum fructuumque iras sedabit? Vexationes autem, quibus catholicum nomen cruciatur, Christus, qui omnia unus potest, Ecclesiae utilitatibus servire iubet: « Hoc enim — Hilario teste — Ecclesiae proprium est, ut tunc vincat, cum laeditur, tunc intelligatur cum arguitur, tunc obtineat cum deseritur ».[5]

Quodsi ii omnes, quotquot, qua late Mexicana respublica patet, in fratres civesque suos saeviunt, nullo de crimine, nisi de servatis Dei legibus, reos, patriae suae res gestas, mente a praeiudicatis opinionibus vacua, attente recolerent et considerarent, facere quidem non possent, quin agnoscerent ac faterentur, quic-

[1] *Prov.,* **XXI, 30.**

[2] **MATTH., XVI, 18.**

[3] ***Act,* X, 38.**

[4] **MATTH., X, 17-25.**

[5] **S. HILAR. PICTAV.,** *De Trinitate,* **1. VII, 4** *{Patrol. Lat., X,* **202).**

quid in patria ipsa sua est civilis cultus atque humanitatis, quicquid boni, quicquid pulchri, ab Ecclesia esse sine ulla dubitatione profectum. Nemo enim ignorat, ordinata primum ibidem christianorum consortione, sacerdotes et religiosos praesertim viros, qui in praesenti tam ingrate tamque acerbe habentur atque exagitantur, etsi magnis praepediti difficultatibus, quas hinc coloni nimia auri cupiditate abrepti, illinc feri adhuc indigenae struerent ac facesserent, summo tamen labore effecisse, ut- cum divini cultus splendor catholicaeque fidei beneficia, tum caritatis opera atque instituta, tum denique ludi et scholae incolis ad litteras, ad sacras profanasque disciplinas, ad liberales operosasque artes excolendis j in tanta illa terrarum amplitudine abundarent.,

Restat, Venerabiles Fratres, ut Dominam Nostram Mariam Guadalupensem, caelestem Mexicanae nationis Patronam, imploremus ac rogemus, velit, oblitteratis iniuriis sibi quoque inustis, populo suo pacis concordiaeque munera impetrando restituere: sin autem, arcano Dei consilio, optatissimus ille dies longius adhuc absit, Mexicanorum fidelium animos et solaciis omnibus compleat et ad propugnandum pro sua profitendae religionis libertate confirmet.

Divinarum interea gratiarum auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, iis potissimum qui Mexicanas dioeceses moderantur, et universo clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xviii mensis novembris anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

MOTU PEOPEIO

DE MUSEO MISSIONALI ETHNOLOGICO CONSTITUENDO

PIUS PP. XI

Quoniam tam praeclara fidei atque apostolici studii documenta, ad Vaticanas aedes superiore anno in omnium conspectu exposita, non modo hominibus quam plurimis admirationem moverunt, sed etiam Sacrarum Missionum alumnis discendarum rerum copiam fructuose suppeditarunt, idcirco opportunum duximus eadem diligentissime asservari, ne exacto Missionalis, ut aiunt, Expositionis tempore, distraherentur ac dissiparentur. Quapropter in Nostris ad Lateranum Aedibus maximam eorum documentorum partem matura deliberatione colligi iussimus, ita quidem, ut duobus quae iam exstant rerum christianarum profanarumque museis tertium accedat, Museum nempe Missionale Ethnologicum, ubi et res maioris ponderis, quae iam in Vaticana Expositione propositae ad spectandum sunt, ordinatae permaneant, et aliae id genus collocentur, quibus, ut vehementer cupimus, data opportunitate, Museum ipsum in posterum ornandum instruendumque curabimus. Quo autem dignior Museo novensili in Lateranensibus Aedibus appararetur sedes, constituimus ut quod inibi erat paroeciarum Urbis tabularium, in illam Porticum Basilicae Vaticanae continentem, quae a Carolo Magno nuncupatur, transferretur atque in eadem, ad recentiorem tabulariorum ordinandorum rationem aptioremque rerum tuitionem apprime accommodata, disponeretur. Itaque restauratis ornatisque Lateranensis tabulam locis, Motu proprio decernimus, ut eadem loca in posterum Missionali Museo Etimologico assignentur huiusque sedes propria fiant. Quod vero ad trium Museorum conservationem spectat, ob locorum longinquitatem peculiaresque, quae inde oriuntur, necessitates, visum est Nobis opportunum, ut, quamvis Musea ipsa auctoritati et administrationi, quibus regun-

tur Pontificia Musea, subiciantur, tamen curae demandentur cuiusdam proprii virorum Consilii, e quo erunt:

I. Antistes a secretis *pro tempore* Sacrae Congregationis Propagandae Fidei, qui eidem Consilio praesidebit;

IL Moderator *pro tempore* Pontificiorum Museorum et Pinacothecarum;

III. Yir qui ad scientiarum normam Museum Missionale Ethnologicum moderatur;

IV. Administrator Museorum Lateranensium, qui secretarii munere fungetur, cuiusque erit ea omnia, quae a Consilio statuta et a Pontifice Summo approbata fuerint, ad effectum deducere;

V. Quando autem ad suffragia ferenda erit deveniendum, si paria suffragia fuerint, ea pars praevaleat, e qua Praeses erit.

Hisce statutis rebus, equidem ex toto animo ominamur ut, quemadmodum, Anni Sancti decursu, Missionalium rerum Exhibitio eo spectavit ut in conspectu omnium clarissima apostolatus civilisque cultus opera proponeret, ita per Museum Missionale Ethnologicum, quod nobilissimum huiusmodi consilium perpetuo persequetur, labores eorum omnium illustrentur qui, ad expeditiones sacras tam alacri studio incumbentes, Dei gloriam eiusdemque regnum in terris amplificare contendunt.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xn mensis novembris, anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS ET PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR ECCLESIAE PAROECIALI SS. PETRI ET PAULI IN CIVITATE WORMATIA DIOECESIS MOGUNTINAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praepositus parochus ad Sanctorum Petri ac Pauli in civitate Wormatia dioecesis Moguntinae, una cum eurionibus aliarum eiusdem civitatis paroeciarum S. Martini, Sanctae Mariae Virginis, et Sanctae Mariae Coronae Caeli, supplices Nobis preces adhibuit, ut, ob memoriam veteris ecclesiae cathedralis SS. Petri ac Pauli, quae, saeculo duodevicesimo, magnae rerum perturbationis Gallicae caussa, suppressa, nunc dioecesi Moguntinae unita est, concedere velimus eidem paroeciali ecclesiae SS. Petri ac Pauli titulum et privilegia, quae Basilicis huius Almae Urbis Nostrae minoribus de iure competunt. Edocemur quidem a memoratis in hunc annum MDCCCCXXV incidere nonum saecularem annum a morte piissimi viri Burchardi Wormatiensium Episcopi, qui tum ecclesiae SS. Apostolorum Petri ac Pauli, tum eiusdem quoque ex magna parte civitatis Wormatiae aedificatur exstitit. Summopere decet propterea aliquibus sollemnibus caeremoniis centenarium hunc recursum celebrare urbe in illa, quae, cum fuerit per plura saecula sedes episcopalis, cuius tanta in ecclesiastica historia exstant vestigia, doctis sanctisque praesulibus ornata est, quos inter non immerito idem episcopus Burchardus accenseri debet. Nil mirum itaque si eorundem, quos memoravimus, vota etiam Moguntinus Episcopus non modo Nobis commendet, sed, grati animi caussa erga decessores in sede olim cathedrali Wormatiae, amplissimum quoque suum addat suffragium. His omnibus igitur perpensis, attenta etiam eiusdem Sanctorum Petri ac Pauli Apostolorum ecclesiae antiquitate, amplitudine et haud parum laudata pulchritudine, huiusmodi supplicationibus adnuendum benigne existimavimus; atque id, quod a Nobis petitur, eo libentius concedere decrevimus, quod illa in ecclesia, iam Apostolicis privilegiis atque indulgentiis ditata, relliquiae Sanctorum insignes adserventur, divinique cultus cum decore ac debita sollemnitate actiones peragantur. Quapropter, auditis venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore,

singulari supradicti anni saecularis noni ab obitu Burehardi Episcopi occasione, Wormatiae curiones, clerum, civesque perspicuae voluntatis Nostrae significatione prosequi volentes, Sanctorum Petri ac Pauli Apostolorum ecclesiam, olim cathedralem Wormatiae, in dioecesi Moguntina, titulo ac dignitate Basilicae minoris perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illique ecclesiae SS. Petri ac Pauli Apostolorum in civitate Wormatia plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irriturnque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis februarii anno **MDCCCCXXV**, Pontificatus Nostri quarto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

II

REGIO EPIRI GRAECI AB ARCHIDIOECESI DYRRACHIENSI SEPARATUR ET ARCHIDIOECESI CORCYRENSI, ZACYNTHEN. ET CEPHAL O NIE N. ADIUNGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. -— Quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, ea ut sollicito studio exsequamur Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris fungimur. Iamvero cum territorium archidioecesis Dyrrachiensis regionem Epiri adhuc complectatur, quae regio, sub civili Graecorum ditione posita, haud facile ab Ordinario Dyrrachiensi potest gubernari, peropportunum visum est Nobis eandem regionem a dicta archidioecesi segregare et alicui dioecesi in Craecia exsistenti regendam committere. Oonlatis itaque consiliis cum W. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis diligenter perpensis, regionem hanc Epiri Graeci ab archidioecesi Dyrrachiensi semnctam, archidioecesi Coreyrensi, Zacynthensi et Cephaloniensi adnectendam esse existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Epiri

Graeci regionem ab archidioecesi Dyrraehiensi dismembramus sive separamus, eandemque, ita separatam, archidioecesi Coreyrensi, Zacynthensi et Cephaloniensi, eadem Nostra auctoritate similiter per praesentes addimus atque adnectimus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis martii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI,** *a Secretus Status.*

III

URBS «MONASTIR» CUM CONTINENTI REGIONE A VICARIATU APOSTOLICO CONSTANTINOPOLITANO SEPARATUR ET DIOECESI SCOPTENSI ADIUNGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Admonet supremi munus Apostolatus, quo divinitus in terris fungimur, ut, omnibus disiectis impedimentis, ad rei sacrae procurationem viam magis aptam facilemque sternamus. Iamvero cum regio circa urbem *Monasiir* vulgo appellatam, intra limites civiles Regni lugoslavorum posita, adhuc ad vicariatum apostolicum Constantinopolitanum pertineat, atque a sede ipsius Vicarii Apostolici longius distet, quam ut apte queat ab eodem Ordinario gubernari, opportunum visum est Nobis aliquid prudenter decernere huic incommodo removendo. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, dictam regionem apud urbem *Monastir* a vicariatu apostolico Constantinopolitano segregandam, atque dioecesi finitimae Scopiensi adnectendam esse existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atqiie ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, regionem apud *Monastir* urbem intra limites civiles Regni lugoslavorum positam, a vicariatu apostolico Constantinopolitano dismembra-

mus sive separamus, eandemque sic separatam dioecesi Scopiensi, eadem Nostra auctoritate apostolica, similiterque per praesentes adiungimus sive adnectimus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare, ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum atque definiendum esse, irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis martii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

IV

MACEDONIA GRAECA ET THRACIA GRAECA A VICARIATU APOSTOLICO CONSTANTINOPOLITANO SEGREGATAE, IUNCTA THESSALICA REGIONE CUM INSULIS ADIACENTIBUS, QUAE DE DITIONE DELEGATI APOSTOLICI ERAT, IN VICARIATUM APOSTOLICUM THESSALONICENSEM ERIGUNTUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — In sublimi Principis Apostolorum Cathedra divinitus collocatis, Nobis antiquius nihil est, quam ut ea omnia sedulo studio praestemus, quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter videantur eventura. Iamvero cum Macedonia et Thracia regiones adhuc sint sub Vicarii Apostolici Constantinopolitani regimine positae, et ab ipsius Vicarii Apostolici sede distent longius, quam ut in illis terris commorantibus catholicis idem Vicarius sollicite adesse queat, peropportunum Nobis visum est dictas regiones a vicariatu Constantinopolitano segregare, atque in novam Missionem sui iuris ad normam sacrorum canonum erigere. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis mature perpensis, haec quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Macedoniam Graecam, et Thraciam Graecam a vicariatu apostolico Constantinopolitano seiungimus?

atque, iisdem addita Thessalica regione, quae adhuc a Delegato Apostolico Graeciae administratur, ad normam Apostolicarum Litterarum *Pastoralis Officii* sub anulo Piscatoris obsignatarum a rec. me. Gregorio PP. XVI, Nostro Praedecessore, nec non additis insulis Thaso, Lemno, Samothraciâ et *Bozdaha* in mari Aegaeo, intra limites civiles ditionis Graecorum positis, in vicariatum apostolicum sui iuris erigimus; ipsumque novum vicariatum ita erectum atque efformatum vicariatum apostolicum *Thessalonicensem* denominamus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Literas, firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis martii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

V

REGIO PELOPONNESUS CUM INSULA CYTHERA A DELEGATIONE APOSTOLICA GRAECIAE SEPARATUR ET ARCHIDIOECESI ATHENIEN SI DEFINITIVE AGGREGATUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus officium, quo in terris fungimur. Iamvero cum regio Graeciae, quae Peloponnesus audit, nec non insula Cythera ad normam Apostolicarum Litterarum *Pastoralis officii* sub Piscatoris anulo obsignatarum, a fel. rec. Gregorio PP. XVI, Nostro Praedecessore, adhuc a Delegato Apostolico Graeciae administrentur, nec ullius dioeceseos in Graecia exsistentis sint partes, opportunum duximus regiones easdem, firmiore ratione, ad normam Codicis canonici iuris stabilire. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, in eam sententiam devenimus, ut enunciatae regiones archidioecesi Atheniensi definitiva ratione tribuantur. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris

deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Peloponnesum et Cytheram insulam, ad normam canonici iuris Codicis archidioecesi Atheniensi definitive aggregamus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis martii, anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASP ABRI**, *a Secretis Status.*

VI

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE TAYNANFU, ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE FENYANG IN SINIS, AC CURIS CLERI INDIGENAE CONCREDITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — In omnes vel longo terrarum marisque tractu seiunctas christiani orbis regiones ex hac Divi Petri Apostolorum Principis Cathedra, quam divinitus obtinemus, sublimi tamquam e specula oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi ibidem melius gerendae expedire videantur, auctoritate Nostra apostolica decernere maturamus. Iamvero cum venerabilis frater Agapitus Fiorentini, Episcopus titularis Rusaditanus et Vicarius Apostolicus de Taynanfu, enixis Nos precibus flagitaverit ut, ad incrementum religionis et maius animarum bonum, per dismembrationem nimis ampli sui vicariatus de Taynanfu novus apostolicus vicariatus erigeretur, qui clero committeretur indigenae: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, attenta commendatione venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titulo Theodosiensis, Delegati Apostolici in Sinis, omnibusque rei momentis attente perpensis, praelaudati Praesulis votis annuendum, atque haec, quae sequuntur, decernenda esse existimavimus. Nimirum motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, territo-

rium quod civiles subpraefecturas de *Fenyang, Siaoyi, Kihsien, Pingyao, Wenhsue, Kiaocheng, T singlo, Kolan, Hinghsien, Lanhsien, FangsJian, Linhsien, LisMh, Chungyang,* et *SMhlo* complectitur, a vicariatu apostolico de Taynanfu seiungimus: idemque territorium sic per Nos seiunctum, sive dismembratimi, erigimus in novum apostolicum vicariatum, cui nomen facimus de Fenyang, eundemque indigenae cleri curis tradimus.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XII** mensis maii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

VII

EX DISMEMBRATIONE VICARIATUS APOSTOLICI DE TAYNANFU ERIGITUR IN SINIS PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SHOHCHOW.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum Nobis divinitus sit universi christiani gregis cura commissa, Nostri muneris partes esse ducimus, etiam erga sacros Pastores mentis Nostrae oculos convertere, eaque decernere, quae opportuna magis videantur, ut iidem concreditas oves ad secura salutis pascua adducere valeant. Iamvero cum vicariatus apostolicus de Taynanfu, amplitudine territorii et catholicorum numero conspicuus, regionem amplectatur de *Shohchow,* quae, fidelium numero in dies percrebescente, peculiarem curam, quoad spirituales populi necessitates, requirere -videtur; atque Vicarius Apostolicus hodiernus enixis precibus flagitaverit, ut ipsa regio de Shohchow e vicariatu de Taynanfu detracta, in peculiarem apostolicam praefecturam erigeretur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, praehabito favorabili voto venerabilis fratris Gelsi Costantini, Archiepiscopi titulo Theodosiensis et Delegati Apostolici in Sinis, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, enunciati Vicarii Apostolici votis benigne concedendum existimavimus. Quae cum ita sint,

motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, territorium quod complectitur civiles sub-praefecturas de *ShoJichow, Tso-yun, Fansze, Hwayen, SJianyin, Jinchow, TaicJiow, Sopingfu, Pinglu, Shenchih, JSfingtvu, PienTcwan, Wuehai, PLoku* et *Paotehchow,* a vicariatu apostolico de Taynanfu separamus sive dismembramus, idemque territorium, ita seiunctum sive dismembratum, in praefecturam apostolicam erigimus, ipsamque sic noviter erectam praefecturam, cui nomen facimus de *ShoJichow,* Patrum Ordinis Minorum Bavaricae Provinciae curis committimus.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XII** mensis maii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARE,!,** *a Secretis Status.*

VIII

E VICARIATU APOSTOLICO AEGYPTI SEPARATA REGIO CAN ALIS DE SUEZ IN APOSTOLICUM VICARIATUM ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae in exploratam cedant fidelium utilitatem, quae rei sacrae procurationi melius gerendae expédiant, ea ut sedulo studio praestemus Nos admonet supremi, apostolatus officium, quo in terris divinitus fungimur. Iamvero cum, effosso Suesii freto, novaque via commerciis aperta, ea plaga vicariatus apostolici Aegypti, quae vertit ad Orientem, ma-ximum incrementum feliciter nacta sit, opportunum visum est ad uberiores salutis fructus inibi colligendos memoratum territorium ab eodem vicariatu distrahere, et in separatam Missionem condere. Nos igitur, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei adiunctis attente perpensis, haec quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura

deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, a vicariatu apostolico Aegypti regionem Canalis Suesii separamus sive dismembramus, eandemque regionem sic separatam sive dismembratam in novum apostolicum vicariatum erigimus sive constituimus, cui nomen facimus *Canalis Suesii* quemque curis committimus Fratrum Ordinis Minorum provinciae Gallicae. Novus autem sic per Nos erectus Canalis Suesii apostolicus-vicariatus sequentibus confmiis limitetur, nempe: a quadam linea, quae initium habens ab ore de *EI Bef ei Gemil* recte decurrat ad lineam ferream *ZanaJiig-Ismailia,* prosequatur in desertum Arabicum, et terminetur a *Ber Arezjida* 32° gradu longitudinis et 29° gradu latitudinis septentrionalis; dein paulatim ad Orientem inclinans terminetur 33° gradu longitudinis et 27° latitudinis; postea ipsum 27[m] meridianum sequatur usque ad gradum 24[m] et 15' longitudinis in Mari Rubro. Inde ipsa linea ad septentrionem iterum adscendat, fretum de" *Tiran* sinumque de *Aleaba* dividat; civitatem eiusdem nominis, etsi ad Arabiam pertineat, comprehendat, limitesque Aegyptios Palestinenses sequens terminetur ad *Ei Arich* in mari Mediterraneo.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irriturnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XII** mensis iulii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. **GASPARRI**, *a Secretis Status.*

IX

REGIO DE UHA A VICARIATU APOSTOLICO URUNDENSI SEPARATA, TRIBUS. VICARIATIBUS FINITIMIS, NEMPE DE NYANZA, DE TABORA, DE TANGANIKA, IMMUTATIS IDCIRCO CONFINIIS, PARTIM ADNECTITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi Apostolatus officium Nobis divinitus commissum postulat ut quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, nulla interposita mora praestemus. Iamvero cum dilectus

filius P. Voillard, Moderator generalis Societatis Missionariorum Africae, nuperrime Nos flagitaverit ut regio, cui nomen *Viia* ad vicariatum apostolicum Urundensem pertinens, ab ipso vicariatu distraheretur, et tribus finitimis Missionibus partim adnecteretur: Nos, collatis consiliis cn m venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quo Fidei christianae progressui praedicto in territorio aptius provideretur, supralaudati Superioris generalis precibus ultro libenterque concedendum existimavimus. Quam ob rem motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, regionem cui nomen *Viia,* ad vicariatum apostolicum Urundensem nunc pertinentem, ab ipso vicariatu separamus sive dismembramus, eiusdemque ita separatae sive dismembratae regionis partem septentrionalem vicariatui Nyanzensi partem centralem vicariatui de Tabora, partem denique meridionalem vicariatui de Tanganika cedimus; ita ut praedictorum vicariatum cohfinia prouti sequitur, mutentur: 1) Vicariatus Nyanzensis ad occidentem terminetur finibus Anglo-Belgicis, ad meridiem vero cursu amnis in *Mweruzi* influentis. 2) Limes vicariatus Taborensis ad occidentem terminetur flumine *Malagarazi* et ad septentrionem finibus Anglo-Belgicis a puncto ubi attingit flumen *M alagar azi* usque ad amnem in *Mweruzi* innuentem. 3) Limes vicariatus Tanganikensis ad septentrionem et occidentem terminetur flumine *M alagar azi.* 4) Limes vicariatus Urundensis, regione *Viia* sic ab eo separata, terminetur ad orientem ipsis confiniis regni de Umndi videlicet limitibus territoriorum Anglorum et Belgarum.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis iulii anno **MDCCCCXXVI**, Pontificatus Nostri quinto.

P. Card. GASPARRI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

9 novembris 1926. Titulari episcopali Ecclesiae Agathopolitanae praefecit R. P. D. Iosephum Romualdum Léonard, hactenus Episcopum Sancti Germani.

12 novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Bostrensi, R. P. D. Petrum Iosephum Hürth, hactenus Episcopum Novae Sego viae.

— Cathedrali ecclesiae Balneoregiensi, cum ecclesia cathedrali Aquaependensi *ad personam* unitae, R. P. D. Tranquillum Guarneri, Episcopum Aquaependensem, qui posthac Episcopus Aquaependensis et Balneoregiensis appellabitur.

— Titulari episcopali Ecclesiae Larandensi, R. P. D. Claudium Volio, hactenus Episcopum Sanctae Rosae de Copàn.

— Titulari episcopali Ecclesiae Podaliensi, R. P. D. Raymundum Harrison, Ord. Bmae Virginis de Mercede, quem deputavit Praelatum *nullius* de Bono Iesu de Piahuy.

16 novembris. — Titulari episcopali ecclesiae Zeugmatensi, R. P. Petrum Silvanum Valentín, Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes, electum Coadiutorem cum iure futurae successionis, R. P. D. Petri Philippi Giraudeau, Vicarii Apostolici de Tatsienlu.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

CIRCA AUCTORITATEM ORDINARII PERMITTENDI TRANSITUM MONIALIUM AB UNO AD ALIUD MONASTERIUM EIUSDEM ORDINIS.

Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae sequentia dubia, pro opportuna solutione, subiecta fuere:

I. Utrum moniales monasteriorum, in quibus vota dumtaxat simplicia emittuntur iuxta can. 488, 7° Codicis iuris canonici et decretum Sacrae

Congregationis de Religiosis sub die 23 iunii 1923,[1] e proprio ad aliud huiusmodi monasterium sui iuris et eiusdem Ordinis transire queant sola Ordinarii vel Ordinariorum auctoritate.

II. Utrum eaedem moniales ab Ordinario vel Ordinarñs e proprio ad aliud monasterium, uti supra, de ipsarum et utriusque Communitatis consensu, transferri queant saltem ad tempus, ita ut in novo monasterio, dum ibidem commorantur, iuribus gaudere et officiis fungi valeant ut moniales de familia.

Porro Sacra Congregatio, in Congressu diei 26 iunii 1926, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet:

Ad I. *Negative* et servetur can. 632 Codicis iuris canonici.

Ad II. *Negative* sine praevia Apostolicae Sedis licentia.

Pacta autem de praemissis relatione Ssmo Dno Nostro Pio, Div. Prov. Papae XI, in audientia habita ab Emo Card. Praefecto huius Sacrae Congregationis, die 9 nov. 1926, Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense et anno ut supra.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. œ s.

Vincentius La Puma, *Secretarius.*

[1] *Acta Apostolicae Sedis, XI* (1919), p. 240.

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

COLLEGIUM PRO MISSIONIBUS EXTERIS ORD. FF. MM. CAPUCCINORUM, PANORMI EXSTANS, SACRAE CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE IMMEDIATE SUBIICITUR, APPROBATIS CONSTITUTIONIBUS.

DECRETUM

Huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide petitio quaedam die 10 aprilis nuper elapsi a R. P. Bernardino a Favara O. F. M. Capuccinorum proposita fuit ut Collegium a S. Francisco Ordinis Minorum Capuccinorum pro missionibus exteris in urbe Panormo exsistens huic eidem Congregationi proxime subiiceretur, ad normam ss. canonum. Cui petitioni cum ;accessisset approbatio Emi Viri Card. Archiepiscopi Panormitani necnon Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum praepositae, haec Sacra Congregatio preces R. P. Bernardini a Favara excipiendas esse decrevit.

Quapropter haec eadem Sacra Congregatio supra nominatum Collegium pro Missionibus praesenti decreto in suam proximam ditionem transfert, salvis iuribus Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum praepositae, statuitque ut Constitutionibus italica lingua concinnatis, quarum exemplar huic decreto adnectitur, omnino regatur, atque omnibus iuribus privilegiisque eiusmodi Collegiis iam concessis frui possit.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 29 maii 1926.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

f F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

II

IMMUTATUR, NOMEN PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE COOK ET MANIHIKI

DECRETUM

Quum R. P. D. Bernardinus Gastanié Praefectus Apostolicus de Cook et Manihiki enixe postulasset ut denominatio ecclesiastica suae apostolicae praefecturae denominationi civili conformis redderetur, proindeque ab archipelago insularum de ***Coolc*** tantummodo nomen obtineret, Emi ac Rmi Patres huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando in generalibus comitiis, die 26 labentis mensis habitis, proposito dubio, an in titulo praefecturae apostolicae antedictae supprimenda esset adiectio de Manihiki : ***Affirmative*** respondendum esse censuerunt. Quam quidem Emorum Patrum sententiam SSmo Dno Nostro Pio Div. Prov. Pp. XI ab infrascripto Secretario in audientia eiusdem diei relatam eadem Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re decretum confici iussit.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 27 iulii 1926.

G. C. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

f F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

III

NOMINATIO

Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die 16 octobris 1920? **R.** D. Andreas Boucher renuntiatus est Praeses Consilii Centralis Parisiensis Pontificii Operis a Propagatione Fidei.

SACEA CONGREGATIO RITUUM

i

SENENSIS

CANONIZATIONIS BEATI IOACHIMI PICCOLOMINI LAICI PROFESSI ORDINIS SERVORUM B. M. VIRGINIS.

SUPER DUBIO

An ita constet de virtutibus B. Ioachimi Piccolomini, ut procedi possit ad discussionem miraculorum, in casu et ad effectum de quo agitur?

In illustri civitate Senensi e nobili familia Piccolomini, patre Eustichino, ortum duxit anno exeunte 1258, vel anno ineunte 1259, Ioachimus, qui a prima aetate litterarum studium cum pietate coniunxit. Puer singulari devotionis affectu ferebatur in Deiparam Virginem, in cuius honorem bis in hebdomada, nempe feria IV et sabbato pane et aqua ieiunabat. Verus Christi discipulus, humilis, obediens, pius et in pauperes largus, beneficus et überaus, aestimationem et amorem civium sibi conciliabat. Decimum et quartum aetatis annum ingressus, ab Immaculata Virgine, quae ipsi in vita quatuor vicibus apparuisse fertur, mirifice praemonitus, statim cuncta quae possidebat derelinquere et Ordinem religiosum ingredi et amplecti cogitavit atque constituit.

Quamobrem postera die, sine mora insciisque parentibus, a summo Ordinis Servorum Mariae moderatore ac propagatore, S. Philippo Benitio, inter eius alumnos religiosos cooptari petiit atque obtinuit. A quo etiam lugubri habitu Virginis Perdolentis fuit indutus, et nomen Claramontis, quo vocabatur in saeculo, in nomen sanctissimi Parentis Deiparae Virginis, seu Ioachimi, fuit illi commutatum. In hac superna vocatione adeo firmus et constans exstitit, ut nec preces, nec lacrymae parentum a sancto proposito eum dimovere potuerint. Tyrocinio laudabiliter expleto et solemni emissa professione, ad maiora incrementa omnium virtutum semper contendit, et charismata meliora quotidie aemulabatur. Sacris Ordinibus initiari, humilitatis gratia, renuens, laicus frater in deliciis habebat laboriosa et viiia munia obire, stipem pro coenobio quaeritare, uti supernae Providentiae minister, cum benedictione Dei et utilitate fratrum. Hoc officio fungens, salutaribus sermonibus et monitis saepissime cives, amicos

et benefactores recreabat. Quasi angelica visa fuit facundia Fr. Ioachimi disserentis, coram populo et coetu etiam illustrium virorum, de divinis mysteriis, de Iesu Christo Redemptore et de Beatissima Virgine Maria; omnesque ad amorem et cultum Dei et Deiparae Virginis excitare et infiammare ipse satagebat. Illius erga proximum excellentissime charitas tunc maxime effulsit, cum videns et miserans hominem comitiali morbo conflictatum, a Deo ex corde petiit et impetravit ut, sanato aegroto, ipsius morbum in se transferret, quo Ioachimus usque ad mortem laboravit. Tandem, mortifero morbo correptus et extremis Ecclesiae Sacramentis munitus, in Conventu Senensi die 16 aprilis, feria VI in Parasceve, dum in continenti ecclesia Evangelii Passio canebatur, ad verba « et inclinato capite tradidit spiritum », et ipse piissimam animam exhalavit anno 3305, aetatis suae quadragesimo septimo. Eadem hora, quam praenuntiaverat, pretiosae mortis, mira lux in templo refulsit, eamque spectatores vehementer admirantes, putarunt et agnoverunt uti signum et testimonium caeleste felicis et gloriosi transitus Fr. Ioachimi e terreno exilio ad patriam beatam et aeternam. Fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere una cum cultu ab immemorabili tempore praestito Dei famulo, praesertim in Hetruria, viam aperuit Inquisitionibus Ordinaria auctoritate super ea conficiendis, eisque absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, Summus Pontifex Paulus V, per litteras in forma Brevis, datas die 14 aprilis, anno 1609, cultum immemorabilem Venerabili Fratri loachimo praestito Apostolica auctoritate ratum habuit et confirmavit; simulque Officium proprium cum Missa de festo Beati Ioachimi Piccolomini, Confessoris, universo Ordini Servorum B. M. V. indulsit. Hisce postremis temporibus, maxime in votis erat omnium alumnorum praefati Ordinis eorumque fidelium, qui beneficia, gratias et prodigia Beato loachimo accepta retulerant, ut de eius Canonizationis Causa apud Sacram Rituum Congregationem quantocius ageretur. Revera Beati Ioachimi opem et patrocinium multi persenserunt, praesertim infantes et adulti a morbo comitiali liberati, inter quos speciali mentione dignus est adolescens, SenOgalliae degens, Ioannes Mastai Ferretti, a praedicto morbo, per invocationem et reliquiam ipsius Beati, mire et integre sanatus. Iste postea sacerdotali, episcopali et cardinalitia dignitate insignitus, et tandem ad summum Pontificatum evectus, et Pius Nonus fel. rec. nuncupatus, memor beneficii in iuventute accepti, grato devotoque animo semper coluit Beatum Ioachimum, et singulari benevolentia et tutela ipsum Ordinem Servorum Mariae prosecutus est. Sed ut ad negotium, de quo agimus, redeamus, quum ante Beatificationem aequipollentem Beati Ioachimi non fuerit institutum formale iudicium de virtutibus in individuo seu in specie, quo gradus fieret

ad solemnem Canonizationem, opus est praemittere disceptationem in Congregatione Sacrorum Rituum, et, ex Indulto apostolico iam obtento, in coetu Ordinario absque interventu et voto Consultorum, super virtutibus examinandis et perpendendis, iuxta normam iuris et consuetudinis^ in hoc Sacro Ordine vigentem, prouti factum est in similibus Causis Canonizationis post Beatificationem aequipollentem, ex. gr. Beati Peregrini Latiosi Ordinis Servorum Mariae, et Beatae Ritae a Cassia Ordinis S. Augustini. Ad hunc finem instituti et probati sunt Processus Apostolici in ecclesiasticis curiis Senensi, Bononiensi et Ianuensi super virtutibus et miraculis in specie praedicti Beati Ioachimi, compulsato in eosdem Processu Ordinario una cum aliis documentis, ut in linea aequalis probationis omnia adhiberi possint. Tandem quum, attenta non reperitione scriptorum eiusdem Beati, Sacra Rituum Congregatio per decretum diei 23 iulii an. 1918 rescripserit nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur; instante Revmo P. Lotharingo Maria Rafiaelli, Ordinis Servorum Mariae Postulatore Generali, totius religiosae familiae, et civitatis atque archidioecesis Senensis aliarumque dioecesium fervida vota depromente, Emus ac Revmus Dominus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, huius Causae Ponens seu Relator, in ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An ita constet de virtutibus B. Ioachimi Piccolomini, ut procedi possit ad discussionem miraculorum in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Fidei promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt: «Affirmative seu constare ». Die 8 iunii 1926.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationis Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 9, eisdem mense et anno.

gg A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
8. B. C. Praefectus.

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

Ii

TOLETAJSTA

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVAE DEI BEATRICI DE SILVA FUNDATRICI MONIALIUM FRANCISCALIUM A SANCTISSIMA CONCEPTIONE BEATAE VEL SANCTAE NUNCUPATAE.

SUPER DUBIO

« An sententia iudicis delegati ab E.mo Archiepiscopo Toletano super cultu ab immemorabili tempore praestito Servae Dei Beatrici de Silva, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum-de quo agitur?»

Beatrix de Silva, de cuius cultu immemoriali seu casu excepto a decretis Urbaniauis agitur, generis nobilitate et virtutum splendore illustris, «Beata » quoque et « Sancta » nuncupata, volvente saeculo decimoquinto enituit. In Lusitania nata a. 1424, a parentibus Buiz Gomez de Silva et Elisabetha Petri filia de Menezes, religione bonisque moribus optime instituta fuit. Soror erat Amedeo Minoritae Beato nominato et neptis Infantis Isabellae Lusitanae, Ioannis II regis Castillae uxoris, a qua ad regiam accersita inter adulescentulas áulicas mansit adscripta. Eleganti aspectu et formosiore virtute quum esset ornata et amabilis, a potentibus principibus in matrimonium optabatur, eisque aspirantibus et propter cupiditatem et invidiam deeertantibus, puella veluti procax, levis et suspecta ab ipsa Eegina immerito habetur. Exinde in loculo sive arca per triduum reclusa, cibo potuque mulctata, libertatem et famam amissam magno animo sustinet. In illis tamen angustiis, ope Beatae Mariae Virginis implorata, statim se recreatam sensit.

Expleta poena et libertate donata, auxiliante Deo et ipsa Deipara Virgine suffragante, statim mundo eiusque pompis et oblectamentis valedicens, votum facit se castitatem perpetuo servaturam. Tordesillis clam egreditur et Toletum petit, quo in itinere, uti fertur, fuit a sanctis Francisco et Antonio sibi apparentibus confortata et futura multarum virginum mater praenunciata. Toletum appulsa Dei Ancilla cum duabus pedissequis, a monialibus cisterciensibus bene recepta et in earum familiaritatem et consuetudinem admissa, per quadraginta circiter annos in illo monasterio Toletano s. Dominici, licet saecularis habitu, sed religiosa spiritu vitam

duxit poenitentem, sanctam et exemplarem. - Interim quum devotissima esset Immaculatae B. Mariae Virginis Conceptioni, cuius singularis privilegii doctrinae et praedicationi catholicae firmiter inhaerebat, de novo Ordine religioso condendo sub illo glorioso titulo excogitare coepit, una cum modis sanctum propositum quasi caeleste ac Mariale mandatum exsequendi. Consilium vix patefactum Regina Elisabetha iunior et Catholica non solum probavit et laudavit, sed adiutricem operam suam promisit ac praestitit per regalem donationem sui Galianae palatii eum adnexa ecclesia sanctae Fidei. Ad hanc aedem, brevi tempore, formae monasticae congruenter aptatam, Dei Famula cum duodecim virginibus se contulit anno salutis 1484. Ita exordium sumpsit religiosus ordo Conceptionistarum, quem una cum regula ab ipsa Beatrice conscripta summus Pontifex Innocentius VIII, instante serenissima Elisabetha, laudavit et confirmavit per Bullam anno 1489. Haec Bulla in mare ob tempestatem demersa, ab Ancilla Dei, uti fertur, Angelo praenunciante, in scrinio reperta fui% eamque Archiepiscopus Toletanus clero et populo comitante solemniter ad monasterium monialium detulit, omnium adstantium gratulatione et laetitia, praehabita apposita concione conclusa cum invitatione fidelium ad solemnem neophytarum virginum professionem, proxime futuram. - Anno post Ordinis approbationem, dum ad novae religionis habitum suscipiendum Famula Dei se praeparabat, a Deipara Virgine caelitus admonita de imminente sua morte et de sui Instituti post aliquas perturbationes pacifico incremento, accersito suo confessario minorità, Ecclesiae Sacramentis piissime receptis, sumpto habitu candido cum caeruleo ornatu prout ipsa Beatissima Virgo ei praemonstraverat, emissisque votis religiosis, ingravescente febri, obdormivit in Domino die 16 augusti an. 1490 aetatis suae sexagesimo sexto. In ipso transitus momento aurea et fulgida stella in eius fronte insedisse narratur: et sicut iam promiserat, Beatrix se spectandam obtulit P. Ioanni de Tolosa minoriticae provinciae Castellae Ministro qui monitum dulcissimae matris adimplens, et Toletum adiens, nomine Instituti fundatricis puellis et religiosis Conceptionistis, consolationem in animo, profectum in virtute et perseverantiam in religione summopere commendavit. Corpus Dei Famulae a Fratribus s. Francisci cum honore, solemnitate et concursu populi in illa domo et ecclesia S. Fidei sepultum fuit et paucos post dies sorores habitu et velo Ssmae Conceptionis indutae sunt simulque Conceptionistae appellatae, ipsumque monasterium cum ecclesia, vetere nomine relicto, titulo Ssmae Conceptionis decoratum est. Deinceps varias ob causas Beatricis exuviae in monasterium Sororum Matris Dei translatae sunt, ubi per duodecim annos remanserunt; donec, exorta quaestione adhuc vigente, inter Fratres Dominicanos et Fratres Franciscanos de iure eas

possidendi, et per sententiam Summi Pontificis resoluta in favorem Franciscalis -Familiae et provinciae, eaedem exuviae die 27 octobris in pervigilio Ss. Apostolorum Simonis et Iudae, anno 1511 restitutae sunt monasterio et ecclesiae Ssmae Conceptionis. Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Dei Famulae Beatricis de Silva ante annum 1600 introducta, praecognita fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, ob publicas privatasque vicissitudines et temporum iniuriam exstitit suspensa et quasi derelicta usque ad haec tempora, quando eius actores et moniales Conceptionistae, appropinquante anno quinto saeculari a pretiosa morte Venerabilis Fundatricis, ipsius causam resumere voluerunt *per viam cultus seu casus excepti.* Quare in ecclesiastica Curia Toletana anno 19.10, auctoritate Ordinaria institutus fuit super huiusmodi Causa Processus Informativus cum subsequenti sententia iudicis ab Archiepiscopo Toletano delegati; idemque absolutus, iuxta veterem iuris ordinem, ad sacram Eituum Congregationem transmissus est; Quum tamen posteriora S. R. C. decreta anno 1912 et 1913 et Codex iur. can., lib. IV, tit. XXV, in Causis Servorum Dèi procedentibus per viam cultus et casus excepti a decretis Urbanianis, novam Iuridicam formam et praxim induxissent, huius causae postulatore enixe rogante summus Pontifex Benedictus XV, fel. rec. per decretum S. C. die 16 iunii 1920 benigne indulsit, ut in praesenti causa de publici cultus confirmatione ageretur iuxta legem et praxim quae vigebant ante novissima decreta et canones. Itaque actis plene planeque concinnatis et deductis, instante Emo P. Antonio Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum et huius Causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. E. E. Cardinalium, Illmi Nuntii Apostolici in Hispania, vota precesque suae Maiestatis Alphonsi XIII Hispaniae Regis, de speciali mandato, depromentis, et Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon plurium Capitulorum, atque Ordinum religiosorum, potissimum Monialium Conceptionista-rum in variis monasteriis et regionibus degentium, praeeuntibus respectivis abbatissis nominatim Sor. Maria Symphorosa a Nativitate, abbatissa Toletanae domus principis, Emus P. D. Antonius Vico Episcopus Portuen. et S. Rufinae, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sententia lata a Iudice delegato ab Emo Archiepiscopo Toletano super cultu ab immemorabili tempore praestito Servae Dei Beatrici de Silva seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?* » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali,

cunctis actis et documentis rite discussis et perpensis, rescribere censuerunt: « *Affirmative* seu sententiam esse confirmandam ». Die 27 iulii 1926.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit,. die 28, eisdem mense et anno.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. « S .

Angelus Mariani, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM.

Decretis a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali datis, SS. D. N. Pius PP. XI Ecclesias coptici ritus dignatus est providere de proprio Pastore, praeficiens:

die 10 augusti 1926, dioecesi Thebanae Coptorum, R. D. Marcum Kouzam, iam parochum "loci, vulgo dicti *Abou-Kerhas* in dioecesi Hermopolitana;

die 10 augusti 1926, dioecesi Hermopolitanae Coptorum, R. D. Franciscum Bistauros, iam eiusdem dioecesis Vicarium generalem;

die 15 augusti 1926, Sedi Patriarchali Alexandrinae Coptorum, uti Administratorem Apostolicum ad nutum S. Sedis, R. P. D. Marcum Kouzam, Episcopum electum Thebanae dioecesis.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis)

DUBIA

CIRCA POTESTATEM EPISCOPORUM QUASDAM FACULTATES COMMUNICANDI

Ad Sacram Poenitentiariam. Apostolicam sequentia dubia, pro opportuna solutione, delata sunt:

Sacra Poenitentiaria Apostolica, die }8 iulii 1919, declaravit, non licere Episcopis communicare Presbyteris suae ditionis habitualiter potestatem benedicendi Rosaria, etc., de qua in can. 349 § 1, n. 1, Codicis iuris canonici, cum Indulgentiarum applicatione; nunc quaeritur:

« 1. Licetne Episcopis communicare, saltem per modum actus, Sacer-« dotibus suae ditionis facultates, de quibus in can. 349 § 1, n. 1, Codicis « iuris canonici? »

«2. Eaedem facultates competuntne etiam Vicario Generali? »

' Et eadem Sacra Poenitentiaria, re mature perpensa, respondendum censuit:

Ad utrumque *Negative.*

Datum Romae, in -Sacra Poenitentiaria, die 10 novembris 1926.

S. Luzio, *S. P. Regens.*

L. £8 s.

I. B. Menghini, *Substit.*

SACRA ROMANA ROTA

r

SOUTHWARCEN.

NULLITATIS MATRIMONII (VANDERBILT-DE MARLBOROUGH)

Pio PP. XI féliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno quinto, Me 29 iulii 1926, BR. PP. DD. Auditores de turno, Henricus Quattrocolo, Ponens, *Franciscus Morano et Arcturus Wynen, in causa* Southwarcen. *Nullitatis Matrimonii, inter* Consnelam Vanderbilt, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem, Nazarenum Ferrata, advocatum, et* Carolum Ducem de Marlborough, *interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore eco officio, sequentem tulerunt in gradu appellationis definitivam sententiam.*

1. Ex americana et ditissima orta familia^ sed religione acatholica, Consuela Vanderbilt, baptizata, decimum et septimum annum cum attigisset, deperire coepit virum quemdam, nomine M... E..., cui clam se spopondit. At eius mater, re cognita, filiae vota obsecundare pervicaciter renuit, imo, ut iam conceptum amorem in filiae corde perimeret, an. 1894 in Europam eam duxit; cumque Consuela puella esset, quae « apportait jeunesse, beauté et grande fortune ainsi qu'une brillante éducation », eam nuptui viro tradere cogitavit, qui praeclara Angliae nobilitate fulgeret. Et sane Londini ea invenit Carolum Ducem de Marlborough, quem hospitem in sua familia iuxta mare apud *Newport* in Statis Foederatis Americae Septentrionalis invitavit, quo propterea mater et filia reversae deinceps fuere.

Acceptae invitationi morem Carolus gessit, menseque septembri an. 1875 Newport urbem se contulit, ubi per quindecim circiter dies apud familiam "Vanderbilt commoratus est. Pridie autem quam proficisceretur condicionem uxoriam Consuelae ipsimet Carolus detulit, quae illico ad matrem confugit; sed perperam: de celebratis enim sponsalibus iam nuncium ephemerides vulgaverant opera matris. Unde factum est ut Canadiensi peragrata regione, die statuta matrimonii adventante, Dux tandem ad Consuelam rediret, quacum nuptias Neoeboraci in protestantica ecclesia contraxit die 6 novembris an. 1895, cum vir etiam acatholicae sectae esset addictus.

Infaustum vero exitum[1] hae nuptiae habuerunt; nam breve post tempus a matrimoniali inito foedere ipsamet uxor marito aperuit nonnisi invitam

et a matre coactam se ad aras ivisse, seque amore flagrare erga alterum virum. Dissociatis propterea animis, cumque graviter uxorem negligerei Dux, bina prole ex matrimonio consecuta, anno 19Ò5 quoad thorum et cohabitationem primum coniuges se separarunt; anno autem 1920 mutuo consensu civile divortium obtinuerunt, unde ad novas nuptias uterque convolavit; anno tandem 1925 ad nullitatem consequendam sui coniugii cum Carolo initi supplicem libellum mulier porrexit Curiae Southwarcensi, quae, rite confecto processu, die 9 februarii 1926 sententiam tulit de matrimonii nullitate ex capite vis et metus. Ad H. S. O. vinculi loci Defensor provocavit; quare iterum causa disceptanda nunc venit sub consueta formula dubii: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

2. ***In iure.*** — Res est in casu de metu reverentiali, qui profecto ex constanti canonistarum sententia, ex sanctione Codicis iuris canonici et ex uniformi iurisprudentia Rotali, si, praeter alias conditiones, directus sit ad extorquendum consensum sitque gravis, irritum reddit comugium. (Gasparri, ***De Matr.*** n. 942, Wernz, ***Ius decr.*** IV, n. 264 ; can. 1087 Cod. ; S. R. Rota, in Parisien., 27 iulii 1910 ; Tarvisina, 11 mart. 1912 ; Transylvanien., 1 maii 1912; ST. N. coram Lega, 16 maii 1912; Hyderabaden., 2 aug. 1921).

3. ***In facto.***— Animadvertendum censuerunt Patres in primis, cum nuptiarum fidem dedisset actrix domino M..; R..., quem vehementer amabat, fortiter huic matrimonio obstitisse eius matrem, quae summas vires adhibuit ut animum filiae ab illo averteret viro, nuptiasque cum eodem impediret. Ad rem enim fassa est actrix: « Ma mère me détacha de l'influence de mon prétendant. Elle me fit quitter mon pays, intercepta toutes'les lettres que m'adressait mon prétendant et celles que je lui adressais. Elle faisait cle scènes continuelles. Elle disait que je devais, obéir; qu'elle savait très bien que je n'avais pas le droit de choisir un mari; que je devais prendre l'homme de son choix; que mon opposition ruinait sa santé ***et*** que je pouvais être la cause*de sa mort. Il y eut une terrible scène quand elle me dit que si je réussissais à me sauver, • elle • saisirait • là. première occasion pour fusiller mon prétendant, qu'elle serait alors mise en prison et pendue et que j'en serais responsable ». Quae narratio non solum confirmatur a matre, sed etiam a testibus, quidemque quoad omnia particularia, ita ut de eius veritate dubitari nullatenus debeat.

4. At visum est praeterea Patribus nedum matrem ineluetabiliter ab amato viro filiam suam separasse, sed eam insuper coègisse ut cum-Duce de Márlborough matrimonium iniret. Qua in re, cum allegans metum debeat illum probare non per aliquales dumtaxat probationes, sed per eas quae

moralem certitudinem gignant de exsistentia metus, actrix in casu perplurima iudicialiter retulit, quae metum' revera demonstrant. Tradidit enim: « ... Ayant détruit la possibilité de mon mariage avec celui que j'aimais, ma mère me dit qu'elle avait choisi un homme qu'elle regardait convenable à tous les égards, qu'il allait arriver en Amérique pour demeurer chez elle comme son hôte, qu'elle avait déjà négocié au sujet d'un mariage... Je persiste à déclarer que si j'ai consenti au mariage avec le Duc de Marlborough, ce fut sous la pression très forte de ma mère; et d'après sa volonté absolue. En plus des menaces, dont il est parlé ailleurs, ma mère me dit plusieurs fois que si je persistait à m'opposer à sa volonté, c'était, vu son état de santé, une contrariété telle; qu'elle pouvait amener sa mort. Tel fut aussi l'avis du docteur, lequel me fut connu par une amie de ma mère, Mme Jay, qui le tenait d'elle ». - Ei igitur quem puella deperibat alium virum suffecit eius mater, quae cum esset nobilitatis tituli cupidine adiecta, omnique esset Consuela muliebri gratia perfusà divitiisque praepollens, vix Ducem Londini cognovit, eum illico hospitem apud se voluit in urbe Newport, ut filiae in maritum haud utcumque proponeret, sed praecise adsignaret: « Elle disait que je devais obény qu'elle savait très bien, que je n'avais pas le droit de choisir un mari; je devais prendre l'homme de son choix ».

5. Attamen, etsi testimonium metum passi iuramento firmatum summi momenti adminiculum in iure censeatur ad matrimonii nullitatem arguendam ob incussum metum, quia metuens tantum trepidationem animi experitur et directe cognoscit, ceteri autem nonnisi per indicia, vim tamen probandi non habet, nisi per aliorum testium depositionem et per praesumptiones probe confirmetur. At m themate id plene consequitur sive per testium attestationes, sive per praesumptiones. Nam pars ipsa conventa deposuit se rescivissè a sua uxore post viginti circiter dies ab initis nuptiis hoc matrimonium eam contraxisse quia a matre fuerat adacta: «Elle m'a dit que áa mère avait insisté pour qu'elle se mariât avec moi; que sa mère était ardemment opposée à son mariage avec M. E., et que toute contrainte, poussée' presque jusqu'aux -violences physiques, avait été employée pour arriver à ces fins ». - Consuelae autem mater, quae metum intulit, fateri et declarare non dubitavit: «J'ai forcé ma fille à épouser le Duc. J'ai toujours eu une influence absolue sur ma fille, mes enfants m'ayant été entièrement confiés après mon divorce: j'avais eu seule leur éducation entre nies mains. Quand jë donnais un ordre personne ne discutait. Je ne l'ai donc pas priée, mais commandée de se marier avec le Duc... J'ai alors invité le Duc à venir me faire visite Chez moi à Newport. Il vint et il resta environ 14 jours. Alors j'ai dit à ma fille que c'était lui le mari, que j'avais choisi pour elle. Elle en'fut toute bouleversée, et elle répondit qu'elle

né pouvait pas l'épouser. Je considérais que j'étais justifiée à passer outre à son opposition comme simplement la niaiserie d'une jeune fille sans expérience ». — Actricis pariter amita testata est: « Ce mariage a été imposé par ma sœur à sa fille, qui, je l'ai déjà dit, désirait faire un autre mariage ». Domina tandem Lucia Jay, sciscitanti iudici: «Estimez-vous que cette contrainte était simple persuasion, ou plutôt coercition? », sub iuramento affirmavit: «Aucune persuasion tout à fait, mais contrainte absolue, cela je le jure, je le sais ». - Porro cum illa haberi debeat probatio plena et perfecta quae fit per duos testes omni exceptione maiores (Reiff., lib. IV, tit. XIX, *de Divortiis),* constare patet in casu de incusso metu; partes enim in causa et adducti testes, ex declaratione Episcopi Southwarcensis, Parisiensis Curiae aliquorumque parochorum omni fide vere praestantes résultant.

Quae conclusio ex alia parte magis magisque roboratur in casu et convincitur per aversionem, qua adversus Ducem ferebatur Consuela; nam circa viri characterem in iurata sua declaratione tradidit actrix: « L'arrogance de son caractère créa en moi des sentiments d'hostilité. Il avait l'air de mépriser tout ce qui n'était pas anglais, mon orgueil en fut offensé ». Huic autem affirmationi quoad indolem Ducis optime cohaeret attestatio ipsius amitae actricis.

6. Minus denique ambigendum esse tenuerunt Patres in casu de metus gravitate. Attento enim quod metus gravis haberi potest absque minis et verberibus, quodque ipsamet parentum indignatio malum profecto est, imo malum grave, si gravis et diuturna futura sit, prouti communiter docent Auctores et diserte tradit Clericatui *[De Matrim.,* dec. 37, n. 24) his verbis: «Metus reverentialis dupliciter consideratur vel cum periculo, vel sine tali periculo. Primo modo quando filius vel filia non obtemperans voluntati patris... timet rationabiliter reddere illum sibi infensum, superciliosum, torve aspicientem, nec placide loquentem, et multo magis etc., quae omnia reputantur in filio mala gravia et insupportabilia », rimatis processualibus tabulis, gravitas metus in praesenti evidenter concluditur. Dant enim cuncti testes Carolo puellam nupsisse voluntate victam indomitae matris, unde eiusdem indignationis periculum valde pertimescendum Consuelae erat si impositae nuptiae infectae mansissent; praesertim si consideretur quod coram illa contremiscere pronum ei erat quae, suavis et mitis et obedientiae assuefa, matri erat subiecta ex adverso imperiosae, contradictionis experti omniaque flectenti mori suo suaeque effrenatae cupiditati; — Accedit quod nisi Carolo nupsisset grave alterum malum et periculum formidandum erat Consuelae, mors nempe ipsius matris ex ipsamet doctoris sententia, quod frequentissime mater suae filiae minabatur, prouti in suo. tertio interrogatorio actrix sic retulit: « En plus de

menaces dont il est parlé ailleurs, ma mère me dit plusieurs fois que si je persistais à m'opposer à sa volonté, c'était, vu son état de santé, une contrariété telle, qu'elle pouvait amener sa mort. Tel fut aussi l'avis du docteur, lequel me fut connu par une amie da ma mère, Mme Jay, qui le tenait d'elle». Quam iuratam assertionem dña Tifïany, actricis amita, confirmavit aiendo : « Ma sœur faisait des scènes continuelles à sa fille, et essayait de l'attendrir en lui disant qu'elle avait une maladie de cœur, et que si elle continuait à lui résister, elle en mourrait ».

7. His non obstantibus haud facile Consuela imperio matris adhaesit. Constat enim in primis exposcenti viro ut sibi nubere vellet nullum consensum puellam dedisse, sed lacrimas f udisse, ac postera die in ephemeribus vulgata nuptialia legisse, quae profecto haud iniverat. De dissidiis autem et iurgiis matrem inter et filiam propter huius voluntatem matrimonio adversantem sat testes loquuntur. - Equidem neminem habens ad quem posset confugere, ne ad patrem quidem, sive quia per divortii sententiam, qua eius pater et mater seiuncti erant, sub potestate solius matris constituebatur, sive quia ipsemet pater indomitae uxoris voluntatis influxum constanter fuerat perpessus, perdurantibus minis et obstinato matris consilio, nuptias tandem Consuela cum Carolo inivit. At vere dicendum in casu coactam Consuelam fuisse matrimonium eligere, ut sese a metu liberaret. Quod adeo verum est ut verens mater ne ultimo momento Consuela mutaret nubendi extortum assensum, die nuptiarum custodem posuerit ad eius portae cubiculum, ne quis ad illam accessum haberet et cum ea colloqueretur. Unde tanto moerore confecta matrimonium deinceps Consuela contraxit, ut pars ipsa conventa ad rem fassa fuerit: « Elle arriva très tard, et paraissait troublée ».

8. Matrimonium tandem gravi sub metu a Consuela contractum nulla inde fuit ratificatione sanatum. Ad validationem enim consensus oporteret in casu ut scientiam calluerit actrix de matrimonii nullitate ex defectu consensus, matrimonialemque consensum renovaverit perdurantibus nuptiis. Porro inverisimile est canonica scientia praeditam Consuelam fuisse super impedimentis matrimonium irritantibus, eo vel magis quod sectae acatholicae erat inscripta; quae scientia ceteroquin in feminis non est praesumenda, sed e contra probanda (Cfr. 1. 9 pr., D., *de iuris et facti ignorantia,* XXII, 6). Cum autem in casu nulla suppeditetur probatio de notitia impedimenti irritantis, cumque animorum dissociatio breve post tempus a matrimonii celebratione incoeperit et usque ad divortii sententiam perduraverit, ne fingi quidem potest in casu renovatio consensus ex parte Consuelae.

9. Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum

prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Southwarcensis, decernimus, declaramus et définitive sententiamus: « Constare de matrimonii nullitate inter Consuelam Vanderbilt et Carolum ï)e Marlborough » et sic proposito dubio respondemus *Affirmative,* statuentes praeterea eamdem Consuelam Vanderbilt ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostrani definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.,* Concilii Trid., et can. 1924 Codicis I. C. iis adhibitis exsecutivis èt* coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in Sedé Tribunalis S. R. Rotae, die 29 iulii 1926.

Henrichs Quattrocolö, *Ponens.*
L. £ß S. ' Franciscus • Morano.
Àrcturus Wynen.

Ex Cancellaria, die 7 augusti 1926.

T. Tani, *Notarius.*

II

Citationes edictales

I

SMYRNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (FILIPPUCCI-SEREGGI)

Cum ignoretur locus actnalis commorationis Philippi Sereggi (qui etiam signat in actis Séracy, vel Cheriqui) in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. B. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 15 ianuarii 1927, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de. loco commorationis praedicti Philippi **nereggi** curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. **£g** S. U. Mannucci, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 novembris 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Philippe Sereggi (qui signe aussi Séracy, Cheriqui) défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Eote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), 15 janvier 1927 à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote:

Conste-t-ïl de la nullité du mariage dans ce cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Philippe Sereggi devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

MOHILOVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BACHMAKOFF-ELOHINE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Georgii Elchine (iam loeumtenentis in Equitum Excubiis Imperatoris Eussiarum) in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. E. Rotae (Eoma, via delia Dataria, 94) die 29 ianuarii 1927, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Georgii Elchine curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. **£g** S. F. Guglielmi, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Eotae, die 24 novembris 1926.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. George Elchine (jadis lieutenant des dragons de la Garde Impériale de Eussie) défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. E ote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 29 janvier 1927 à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote:

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du Heu de la résidence du dit M. George Elchine devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

MONITUM

Ut necessitatibus Officialium Sanctae Sedis ob annonae caritatem in dies ingravescentibus, pro viribus, consuleretur, itemque ut SS. Congregationes vel Tribunalia vel Officia, maxima qua fieri potest sollicitudine ac festinatione, res cuique proprias expedire queant. Ssmo Domino Nostro Pio Pp. XI opportunum visum est novas decernere normas tempusque statuere quo ojperi ac labori vacandum erit. Quapropter a proximis calendis Ianuariis quae memoravimus S. Sedis Officia ab hora nona ad decimam tertiam cum dimidio patebunt; eorumque Officiales per id temporis spatium suo quisque munere fungentur.

Dies vero feriati hi qui sequuntur erunt:

Singuli dies festi de praecepto;
Anniversarius dies coronationis Summi Pontificis, itemque obitus Decessoris;
Stati dies Consistoriis habendis sive publicis sive semipublicis;
Feria quarta Cinerum;
Postremi dies tres maioris Hebdomadae et feria secunda et tertia Paschatis;
Pervigilium Deiparae in caelum receptae;
Secundus dies mensis Novembris, quo die fit Commemoratio fidelium defunctorum;
Pervigilium Nativitatis Domini et consequentes duo dies;
Ultimus anni dies.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 16 novembre 1926, nel Palazzo Apostolico Yaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi'Prelati **e** dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione Preparatoria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Giovanni Battista Trona, Sacerdote della Congregazione dell'Oratorio di S. Filippo Neri nella città di Mondovì.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 novembre 1926. Monsig. Pietro Ercole, *Direttore amministrativo dei Musei Pontifici al Laterano.*

» » » Il Revmo P. Guglielmo Schmidt, *Direttore scientifico del Museo Missionario-Etnologico.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

29 giugno 1926. Monsig. Sosio D'Angelo, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

là luglio » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Compagnia di Gesù e Maria e dell'Adorazione Perpetua del Ssmo Sacramento dell'Altare, detta di Picpus.*

16 novembre » Monsig. Luciano Perez Platero, *Uditore di Rota presso la Nunziatura Apostolica di Spagna.*

22 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Istituto delle Suore di San Giuseppe del Sacratissimo Cuore* (Sidney).

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

26 ottobre 1926. Monsig. Andrea Cappellazzi, della diocesi di Crema.
» » » Monsig. Bettino Bettoni, della medesima diocesi.
10 novembre » Monsig. Germano Breton, dell'archidiocesi di Tolosa.

Prelati Domestici di S. S.:

21 giugno 1926. Monsig. Sosio D'Angelo (Boma).
31 agosto Monsig. Giovanni S. Mies, della diocesi di Detroit.
» » Monsig. Giuseppe Ciarrocchi, della medesima diocesi.
» » Monsig. Raimondo Campion, della medesima diocesi.
2 settembre Monsig. Giacomo Henry, dell'archidiocesi di Cincinnati.
» » Monsig. Francesco Varelmann, della medesima archidiocesi.
6 » Monsig. Vittorio Leandri, della diocesi di Chiusi e Pienza.
8 » Monsig. Antonino Arata, della diocesi di Piacenza.
17 » Monsig. Prancesco Cao, dell'archidiocesi di Cagliari.
22 » Monsig. Antonio Marquez de Figueiredo, della dioc. di Vizeu.
21 » Monsig. Michele Maresca, dell'archidiocesi di Sorrento.
2 ottobre Monsig. Edoardo F. Quirk, della diocesi di Newark.
» » Monsig. Giovanni Fr. Ryan, della medesima diocesi.
11 » Monsig. Francesco Giuseppe Müller, della diocesi di Fulda.
13 » Monsig. Stefano Butler, della diocesi dì Sioux City.
25 » Monsig. Rodolfo Tartini, della diocesi di Lugano.
» » Monsig. Giovanni Antonio Deriu, dell'archid. di Oristano.
6 novembre Monsig. Giulio Berlandier, della diocesi di Aix.
10 » Monsig. Ferreo! Thomassin, della diocesi di Saint-Dié.
» » Monsig. Lamartine Correa De Miranda, della dioc. di Corytiba.
18 » Monsig. Giorgio Principe di Baviera (Roma).
20 » Monsig. Saverio Gaglio, dell'archidiocesi di Monreale.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

5 ottobre 1926. Al sig. Cesare Jonghi-Lavarini, della diocesi di Novara.
11 » » Al sig. cav. Maurizio Charvet, della diocesi di Lilla.

21 ottobre 1926. Al sig. Giovanni Saint, dell'arehidiocesi di Eouen.
4 novembre » Al sig. Edoardo Prenat, dell'arehidiocesi di Lione.
5 » » Al sig. Arnaldo Fortini, della diocesi di Assisi.
12 » » Al sig. avv. Francesco Paolo Cerpa, della diocesi di Lanciano.

Il cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

1 settembre 1926. Al sig. Giorgio Obaji.
5 ottobre > Al sig. aw. Clotildo Vanzino, della diocesi di Novara.
» » > Al sig. Giovanni Giuseppe Nolf, dell'arehidiocesi di Malines.
6 » Al sig. Enrico J. J. van den Biesen, della diocesi di Breda,
11 Al sig. archit. Edoardo Custodis, dell'arehidiocesi di Colonia,
lo Al sig. prof. Carmine Palmieri, della diocesi di Lecce,
18 Al sig. avv. Guglielmo Alcimo Dannery, della diocesi di Périgueux.
19 Al sig. archit. Giovanni Amigó y Barriga, della diocesi di Barcellona.
Al sig. avv. Teodoro Feídhaus, della diocesi di Münster.
21 » » Al sig. Carlo Saint, dell'arehidiocesi di Eouen.
27 » » Al sig. Alano Brodrick, dell'arehidiocesi di Westminster.
4 novembre » Al sig. Ludovico Prenat, dell'arehidiocesi di Lione.
5 Al sig. Augusto Simoni (Assisi).
U Al sig. Francesco Delmont (Belgio).
» Al sig. Giuseppe Bronkart (Belgio).
15 Al sig. Giuseppe Brugiotti (Roma).
23 Al sig. Giulio Goetghebeur, della diocesi di Lilla.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

6 agosto 1926. Al sig. Ercole Pisani (Roma).
» *novembre* » Al sig. Antonio Regis,, dell'arehidiocesi di Torino.
19 » » Al sig. Basilio Martini, della diocesi di Fabriano.
20 » » Al sig. Giovanni Taverna, dell'arehidiocesi di Torino.
24 » » Al sig. Federico Harty (Costantinopoli).

MAGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

28 novembre 1925. Monsig. Alfredo Wroblewski, della* diocesi di Mohilew.
4 ottobre 1926. Monsig. Francesco Giuseppe Spellman, dell' archidiocesi di Boston.
11 » » Monsig. Andrea Klarmann, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Ottavio Silvestri, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso F. Lynch, della medesima diocesi.
4 novembre » Monsig. Alberto Hausheer, della diocesi di Basilea e Lugano.

9 novembre 1926. Monsig. Giovanni Lopez, della diocesi di Guadix.
18 » » Monsig. Adalberto Witz, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Giuseppe Bóka, della diocesi di Giavarino.
19 » » Monsig. Giuseppe Maria Gonzalez, della diocesi di Caratinga.
\ ' » Monsig. Giovanni Tietz, della diocesi di Banzica.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

6 novembre 1926. Il sig. Giuseppe Edoardo Eadcliffe, della diocesi di Middlesborough.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 novembre 1926. Monsig. Antonio Vieira de Mattos, dell'archidiocesi di Diamantina.
» » » Monsig. Pietro Gruenter, dell'archidiocesi di Colonia.
• » » » Monsig. Giuseppe Jansen, della medesima archidiocesi.
15 » » Monsig. Dante Fantin, della diocesi di Vicenza.

NECROLOGIO

1.8 agosto 1926. Mons. Giovanni Claudio Combaz, Vescovo di Nagasaki.
13 novembre » Mons. Michele Hoban, Vescovo di Scranton.
27 » » Mons. Antonio Keil, Vescovo tit. di Dardano.

AVVISO

Si fa viva preghiera agli Itimi e Revmi Ordinari e Superiori degli Ordini Religiosi, di inviare entro il mese di Dicembre all'indirizzo dell' Annuario Pontificio - *Vaticano - Roma, tutte le notizie concernenti i Sacerdoti decorati di titoli Pontifici e i cambiamenti nelle Curie Generalizie.*

Annus XVIII - Vol. XVIII 31 Decembris 1926 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

CONSISTORIUM SECRETUM

I. - SSMI DOMINI NOSTRI ALLOCUTIO

CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Feria II, die 20 decembris 1926 in Palatio Apostolico Vaticano fuit Sacrum Consistorium, in quo primum Sanctissimus Dominus Noster Patres Cardinales alloquutus est et novos Cardinales enuntiavit ut sequitur:

VENERABILES FRATRES

Misericordia Domini plena est terra:[1] haud aliter quam per liaec verba placet hodie Nobis ad dicendum aggredi, grato impulsis in Deum animo ob tantam beneficiorum copiam, quibus, vertente .anno, et Nos et Ecclesiam atque adeo orbem terrarum affecit.

Primum Aethiopibus et Syris, Rhaetis et Italis, Gallis et Hispanis gloriari ac laetari iure meritoque licuit de suorum consecratione civium - martyrum, confessorum ac virginum, - quos cum in beatis caelitibus sollemni ritu adscriberemus, tum novos hominibus universis deprecatores validissimosque apud Deum patronos designavimus, tum etiam christianarum perfecta exempla virtutum, alia in alio vitae genere, ad imitandum proposuimus.

[1] ***Ps.*** **XXXII,** 5.

Vidimus, praeterea, recentiores ex America filios cum gentibus iam diu in Christi familiam adscitis certasse feliciter. Nam Conventu Eucharistico Chicagiae habito nihil admirabilius, sive incredibilem apparatus magnificentiam, sive insignes fidei, pietatis externasque interioris vitae significationes spectemus: unde factum, ut eiusmodi eventum haud longe a maximis illis videatur abesse, quae assueta triumphis Ecclesia usque adhuc, viginti saeculorum spatio, in suos annales perscripsit. Cumque, paucis ante mensibus, regiam Christi dignitatem publice colendam pronuntiavissemus, quotquot ex omnibus gentibus Chicagiam ea occasione coivere homines, non tam suo quam totius catholici orbis nomine coram Rege Eucharistico in genua prociderunt omnes; ab iisdem vero, in pompa immensa atque interminata compositis, « adoro te devote, latens Deitas » itemque « procede et regna » omnibus linguis conclamatum est.

In utriusque pariter hemisphaerii incolis spiritum gratiae et precum christianeque vivendi studium excitavit denuo, septimo post obitum saeculo exeunte, quasi e glorioso revocatus sepulcro, ille « Magni Regis Praeco » Franciscus Assisiensis. Itaque confidimus - quemadmodum fieri oportet, ne saecularia eiusmodi sollemnia optimis fructibus vacua praetereant - fore, ut, quod vir sanctissimus paupertatis exhibuit ac paenitentiae studium, quem pacis amorem, quam in proximos caritatem atque in ipsa animantia resque omnes creatas humanitatem, si non omnes consequi imitatione valent, saltem discant ab terrenis rebus recte aestimatis suum abalienare animum, voluntaria castigatione domitas habere cupiditates, fraterna proximos caritate complecti ac se totos in precatione sancta colligere: quae qui neglegant, nescimus quo pacto vitam ad Christi mandata compositam traducere queant.

Magni quidem Regis Praeconi ad spiritus renovationem populos revocanti fieri non poterat quin se dociles praeberent filii Nostri ex dissitis amplissimisque Sinarum regionibus, quo franciscales viri Ioannes a Monte Corvino et beatus Odoricus a Portu Naone, saeculo ab humano Legiferi Patris sui exitu nondum elapso, summa fidentia planeque et exploratoribus et apostolis consen-

tanea, alius ex alio, traiecerant, ad viam tot ex eo ipso Ordine sodalibus quasi muniendam, qui, alienae salutis studiosissimi, eo deinceps confluxere, et se divini Eegis praecones non modo dignos - quod ipsum de missionalibus nostris omnibus dicendum - sed etiam animosos fidissimosque, facto saepius martyrio, praestiterunt. Divina igitur providentia contigit, ut eum animorum motum, quem septies saecularis Francisci commemoratio excitavit, Sinae quoque, ut modo attigimus, participarent, lectissimis sex filiis ante ad Nos dimissis, ut in hoc catholicae unitatis veluti centro de Vicarii Iesu Christi manibus sacerdotii plenitudinem primi inter suos susciperent, postea ad venerabile Assisiensis Patriarchae sepulcrum, cui quidem honestando sua pontificalium rituum libamenta déferrent. Ob insuetum profecto saluberrimumque eventum - quod, cum maximi sit, ad gentem illam ad catholicamque religionem quod attinet, momenti, tum laetissimam Nobis spem commovet, missionalium operam eo latius citiusque provectum iri, quo saepius effectum a Nobis nuper consilium, prout magnopere cupimus ac confidimus, peragere passim licebit - placet gratam voluntatem, qua Pastorum Principem, benignum tanti muneris largitorem, prosequimur, coram amplissimo Conlegio vestro testificari. Grate item eos omnes dilaudamus, quorum apostolicis debemus laboribus si huc denique ventum est, ut episcopos indigenas primum consecrare potuerimus; cum vero operam iidem suam tam praeclare cumulaverint, nulli profecto sunt, quos pari, atque ipsos, iure in partem Nostrae laetitiae speique Nostrae vocemus.

Verumtamen pulcherrimis consolatoriisque rebus, de quibus vos, Venerabiles Fratres, allocuti adhuc sumus, aliae aliunde accedunt maeroris plenae, unde molestiam haud mediocrem concipimus.

Atque primum animo et paene oculis Nostris Mexicana obversatur Ecclesia, quam reipublicae illius gubernatoresirociter impieque divexant; qui quidem gubernatores - perinde atque homo peccati et filius perditionis, in fine mundi revelandus, de quo Paulus [1] - « omne quod dicitur Deus aut quod colitur » proterunt ac proculcant, et nobilem illum populum, animos violando, ita habent, tam-

[1] II, *Thess.,* II, 4.

quam si de turba servorum scelestorumque hominum ageretur, idque specie causaque talium legum interposita, quae legis nihil praeter nomen habent, quandoquidem divinis omnibus humanisque iuribus manifesto repugnant. - O, in tanta rerum acerbitate ac turpitudine, quam praeclare catholici e generosa afflictaque natione, quam digne se gerunt. Episcopi et sacerdotes, religiosi sodales et laici homines, divites et pauperes, viri et mulieres, grandiores natu et iuvenes, immo etiam adulescentes et puellae, primo fruentes aetatis flore, de se plures iam menses edunt tale spectaculum, quod cum cordatis omnibus hominibus vel Dei angeli admirentur. Etenim, ut incolumis Dei honor et sua conscientiae dignitas consisteret, ut sua cuiusque vita a fide ne dissentirei, ut cum Ecclesia catholica apostolica romana, cum Iesu Christi Yicario eiusque praescriptis cohaerere ne desinerent, iniurias omne genus passi sunt, exsilia et vincula, indignitatesque morte ipsa atrociores; nec vitae multorum est parcitum. Hi quidem oppetiere mortem dum Christo Regi succlamabant et corona precatoria Deiparam Virginem consalutabant, fide sua suique fortitudine animi ceteris ad aemulandum veluti proposita; atque iidem, tam glorioso interitu, ut in omnem memoriam, communi non sine fructu, prodentur, ita pulchriorem augustioremque diem illum victoriae pacisque optatissimum effecturi sunt, quem profecto approperant ipsimet, paenitentiam ac veniam insectatoribus carnificibusque suis magna effusi sanguinis voce impetrando. Id ipsum Nosmet cotidie imploramus et Nobiscum - ut optare Nos haud semel ediximus - christifideles omnes implorare pro certo habemus. - Quae quidem omnia, miserabilia sane at etiam magnifica ac plena solacii, aliquanto copiosius in Encyclica Epistula ***Iniquis afflictisque*** paulo ante tractavimus; quodsi documentis testimoniisque nisi sumus omni exceptione maioribus, tamen, seu facta seu verba spectamus, fuit enarratio temperatior ac mitior quam res postulabat, ne nimii videremur. Verum in hoc Consistorio, Venerabiles Fratres, considere vobiscum non poteramus, quin iterum universo orbi denuntiaremus, cum ademptam hinc iniquissime sacram profitendae religionis Deique colendi libertatem violatamque ipsam humanam dignitatem, tum

edita illinc mirabilia christianae magnitudinis exempla. Quam quidem iterare expostulationem eo opportunius putavimus, quod - ut est nuntiatum nuperrime - catholicorum inibi vexatio, aucta adversarium crudelitate atque impietate, ingravescit. Deturbati enim omnes de suis sedibus episcopi; aut in aliquem? locum coacti aut in custodiam inclusi aut necati alii pii sacerdotes; facta inermium civium trucidatio, qui ad quoddam Beatissimae Virginis Sanctuarium orando contenderent; saevitum in Eucharistiam sanctissimam; evulsa Christi crucifixi, Domini ac Redemptoris nostri, imago ab ipsis privatis scholis, iuvenibus studiosis publice vel per nobilissimas litteras, etsi nequiquam, conquerentibus, quibus paterno animo plaudimus ac benedicimus.

Iam a longinquis Mexici terris ad propinqua m Galliam cogitatione ferantur, ut ad gravem illam controversiam quod attinet de politica parte vel schola, quam'^***iÂetion Française*** vocant, deque ab ipsa profectis institutis diurnoque commentario - qua quidem controversia plurimorum animos illic agitari novimus - sententiam iterum aperiamus Nostram: iterum, inquimus, siquidem non semel iam nec ambigue, quid sentiremus, ediximus. Eadem autem de re ideo vos alloquimur quia, ex una **x**^rte, praeclaram magnamque opportunitatem, Venerabiles Fratres, ipse amplissimus consessus vester, ad quem quidem oculos intendit catholicus orbis, Nobis offert ac praebet, eo vel magis quod quae dicturi sumus, vel extra Galliae fines aliquid possunt habere utilitatis et commodi; ex altera vero, praestat eorum optata atque exspectationem explere, qui, ut de omni se eximeremus dubitatione, litteris, sincerum pietatis sensum et veri rectique amorem redolentibus, postulavere.

In quo si Nobis aegritudine ac maerore vacuis esse non licuit, haud exigua tamen solacia miserentissimus Deus impertivit, cui quidem, ut officio et dulci quasi cuidam necessitati pareremus, gratum Nostrum properavimus significare animum illo Psalmorum loco: « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae iaetificaverunt animam meam ».[1]

[1] *Ps.* XCIÍ1, 19.

Quod enim Nostram auctoritatem interponendo rem optatissimam nec tam tempestivam quam*' necessariam fecissemus, ab optimis laicis, a sacerdotibus ex utroque clero, ab venerabilibus episcopis animarumque pastoribus grates Nobis actae sunt: ipsis igitur peculiare esto propensae voluntatis Nostrae testimonium, iisque una simul omnibus, qui, fidem suam operibus manifestantes, verba Nostra tamquam a Iesu Christi Vicario profecta aut obsequenter amanterque exceperunt, aut voce et scriptis cum prope vel procul vulgarint, tum sincere fideliterque interpretati sunt et, quotiescumque oportuit, strenue defenderunt. — Quotquot vero instant, ut clarius pressiusque de re proposita loquamur, volumus iidem reputent, in iis quae ad usum pertinent actionemque vitae, absolute aliquid] ac definite in universum praecipi haud semper posse; praeterea quae ad hunc diem scripsimus vel diximus - quaeque profecto ex Gallis, quorum interest, iam nunc nemo unus ignorat, - in iis satis expressas contineri aut facile inde erui posse leges ac rationes quae ad recte iudicandum agendumve conducant. Addimus, si qui sunt quorum menti clarius adhuc praeferri lumen oporteat, catholicis nullo pacto licere ad eorum incepta et quasi scholam accedere, qui et studia partium religioni anteponunt et hanc illis servire iubent; ne licere quidem se et alios, iuvenes potissimum, huiusmodi vel auctoritatibus vel disciplinis obiicere, unde cum fidei morumque integritati, tum catholicae ipsius iuventutis institutioni periculum confletur. Quo in genere - ut ^nullam earum, quae factae sunt percontationes rogationesque, praetereamus - non licet item catholicis sustentare, fovere ac legere diurnos commentarios ab hominibus editos, quorum scriptarum ab nostra de fide et moribus doctrina dissentiant, nequeunt non improbari, quique etiam haud raro, per diarii capita, per recensiones ac titulos talia lectoribus, maxime adulescentibus ac iuvenibus, proponunt, in quibus spiritualium ruinarum causam non unam reperiant.

Equidem haec omnia, quamquam non sine animi dolore, memoravimus tamen tum ne tot filiis deessemus, qui ad communem omnium Patrem ac Pastorem confugissent, tum ne oblivisci

viderentur, positos a Deo ipso Nos esse ad pervigilandum « quasi rationem pro animabus... reddituri ».[1] Nemo profecto non videt. Nobismet quoque Paulum Apostolum consuluisse, cum gravem eiusmodi causam attulit ad christifideles monendos, obedirent ac subiacerent praepositis suis, ut hi rationem Deo redderent « cum gaudio, et non gementes »: quod ne ipsis quidem christifidelibus expediret.[2] Ceterum carissimos filios e Gallia Nostros dissociati inter se et discordare diutius rei politicae causa, nec ipsis nec Civitati nec Ecclesiae expedit. Sed, contra, omnibus atque ad omnia erit summopere profuturum, in iis, quae religionis sunt, coniunctissimos eos esse universos, scilicet in tuitione divinorum Ecclesiae iurium, matrimonii christiani, domestici convictus, puerilis ac iuvenilis institutionis, omnium denique sacrarum libertatum, quae sunt Civitatis fundamenta; atque ita concordes, per populares cotidie frequentiores solidioresque significationes, per sanae doctrinae de re religiosa ac morali propagationem, per caritatis apostolatum, multiplicis eius, quam memoravimus, libertatis cum germanam efferre notionem, tum acriorem in dies excitare vulgo appetentiam, ut eam aliquando cives, plena sui iuris conscientia, efficaciter repetant ac vindicent. Quae quidem voluntatum consensio ut salutariter eveniat, quemadmodum vehementer cupimus, sic Auctorem omnium bonorum multis cotidie supplicibusque precibus exoramus. Integrum, nihilo setius, unicuique esto, legitime atque honeste eam habere potiorem Civitatis administrandae rationem, quaecumque ab divina rerum ordinatione, non discrepat.

Quae vero de animorum coniunctione atque ad agendum pro rebus sanctissimis conspiratione nunc hortati sumus, nihil reapse ab consiliis immortalis memoriae decessoris Nostri Leonis XIII distant ac differunt, perinde ac cum his monitiones sanctae recordationis Pii X cohaerebant: quod liquido comperiet quisquis utriusque decessoris acta et documenta, sine opinione praesumpta, conferat, quemadmodum Nosmet contulimus, simulque memi-

[1] *Hebr.* XIII, 17.
[2] Ibid.

nerit, quae olim dicta sunt, omnibus eadem omnia reddi semper nec oportere nec posse.

Etsi, ceteroqui, supervacaneum putamus, tamen « ex abundantia cordis », ut dici assolet, adiicimus, permotos Nos esse ad loquendum ac permoveri non praeiudicatis opinionibus partisve alicuius studio, non humanis rationibus, non ignoratione vel tenuiore beneficiorum aestimatione quae Ecclesiae adeoque Civitati aut ab aliquibus aut a parte scholave aliqua obvenerint, sed dumtaxat atque unice suscepta in Nosmet ipsos religione conscientiaque eius, quo obstringimur, officii, idest tuendi divini Regis dignitatem, animarum salutem, religionis bonum et futuram ipsam catholicae Galliae prosperitatem. Hisce omnibus de causis, atque etiam ut dubitationibus falsisque interpretationibus ne sit locus, quales, cum alias aliter, tum in memorato diurno commentario nuperrime, haud reverenter quidem nimisque audaciter adhibitae sunt, certa Nobis spe polìicemur, fore ut Venerabiles Fratres Galliae Purpurati Patres, Archiepiscopi atque Episcopi, ***pio*** pastorali munere, quae sit mens Nostra ac paterna voluntas ad gregem non tam perferant cuiusque suum, quam fideliter luculenterque explicent atque explanent.

Haec, Venerabiles Fratres, verba quae fecimus, quibus et vestra ipsorum praesentia sollemnitatem et appropinquans Regis pacifici Natalis quandam addit sanctitudinem, utinam plenam actuosamque instaurent inter catholicos Galloá concordiam, qua auspice, efficienter pro supremis iis Regni divini rationibus propugnare liceat, quibus tamquam fundamento et corona et sanctione cetera nituntur: Regni divini, inquimus, quod qui quaerunt, iam, ex certis ipsius Christi Regis promissis, reliqua sibi omnia conciliant ac quasi praeoccupant: « Quaerite... primum regnum Dei... et haec omnia adiicientur vobis ».[1]

Atque etiam Italiae, quam quidem Nobis et natura et religio tot nominibus praecipue caram efficiunt, procellarum experti esse non licuit. Procellarum, inquimus, idque consulto: cum eam pri-

[1] Matth., VI, 33.

miim indignatione omnem atque honore pertulerit insanam facinus in virum illum intentatum, qui tam singulari vi et alacritate animi Civitatis tractat gubernacula, ut ipsius rei publicae salutem periclitari iure dixeris quoties huius incolumitas periclitatur. At praesentissimo et paene aspectabili divini Numinis praesidio factum, ut primum illum irae abque horroris motum mox exciperent cum ingenti popularis laetitiae clamore gratulationes et publice habitae Deo Servatori gratiae, quod e tanto discrimine hominem prope interimendum liberasset atque incolumem prorsus praestitisset. Nos vero, ut in primis ea de re certiores facti sumus, ita profecto in primis debitas supremo vitae mortisque arbitro Deo grates persolvimus, qui ab excelso caelorum solio res omnes hominesque universos et singulos suo numine regit ac temperat. Attamen cum Nosmet - consociatis Nobiscum episcopis, sacerdotibus piisque christifidelibus - de concessa eiusmodi incolumitate gauderemus gratiasque Deo ageremus, quam quidem incolumitatem, hoc ipso, et plurimum ad patriae salutem ha.bere momenti et communis beneficii loco aestimandam esse profitebamur, ecce vidimus novam quandam proceilam per Italiam concitari, vim intellegimus catholicis hominibus institutisque illatam et vastitatem in eorum sedes inductam. Aliorum tum audacia ac petulantia eo devenire, ut nihil eos templorum sanctitas, nihil venerabilis episcoporum dignitas et sacerdotalis religio muneris moveret in officioque contineret; alii caeco impetu in christifideles ferri quasi in seditiosos ac rebelles, cum pro sua ipsorum fide ac religione sint publici ordinis ac tranquillitatis amatores potissimi ac defensores ; alii, improbo quodam delectu ac discrimine, optimum quemque e catholicis conquirere ut indignius haberent, neque ipsos tantummodo, at eorum instituta atque opera, quae aut bonis scriptis divulgandis aut religioni et vel humano cultui provehendis aut communi bono, oeconomico - ut aiunt - ac sociali, propagando excitata erant. Optimum quemque, inquimus, christifidelem, cum inter optimos magnanimi ii viri censendi sint, qui, mente recta, ut probe novimus, nec sine gravibus incommodis, institutis eius generis operam

suam, Antistitibus suis auctoribus ac ducibus, omni contentione navant: in quo illud unum, aequae mercedis instar, sibi habent propositum, ut ab ipsis hauriant laboribus suis, unde fidem suam alant, et, animosiores facti, in christianae vitae professione perfectius quiddam attingant.

Haec, Nobis sane exploratissima, denuntiamus; quodsi animadvertendum est, quaedam ex iis visa esse principio, ut assolet, graviora quam re ipsa fuere, tamen cetera nimio plus gravitatis habuere quam vulgo cognitum est. Quae quidem omnia idcirco a Nobis commemorantur, ut tot filiis Nostris, iuvenibus praesertim carissimis, simul dicamus, quae ipsi iniuria perpessi sunt -idque dumtaxat ut catholici, quod nomen profecto nobilissimum nunquam alias tam honeste professi sunt - ignota Nobis atque occulta nequaquam fuisse ; immo Nosmet una simul cum ipsis condoluisse et preces fiduciae plenas Deo adhibuisse, quibus et vexatis perseverantiam et insectatoribus paenitentiam emendationemque imploraremus.

